Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

L

urn:nbn:de:bsz:31-107476

Visual Library

ingrage.] Plin. lib. 7. cap. 15: Aliis sterilis est juventa: aliis semen in vita datur gignere. Idem lib. 9. cap. 55: Nec nisi juventa constat illi qui quæritur vigor. Viridis juventa, Virg. 5. Aeneid. Audax juventa, idem 4. Geor. Imbellis juvēta, Horat. 3. Carm. Ode 2. ¶ Iuventa pro juvenum multitudine, quæ & juventus dicitur. νεολαία. Martial. lib. 2: Quintiliane vagæ moderator summe juventæ. Iuventa dea melioris ætatis & juventutis, apud Vallam lib. 4.

Iuvēntas, Dea quæ juventuti præesse putabatur. ἥβη. Horat. 1. Carm. Ode 30: Et parum comis sine te juventas. Vbi Acroni: Aliud est juventa, aliud juventus: Iuventa, ætas putatur; juvētas ipsum numen: juvētus, ipsi juvenes. ¶ Accipitur tamen juventas, pro ætate ipsa juvenili. Lucret. lib. 5: Tum demum puerili ævo florente juventas Occipit, & molli vestit lanugine malas.

Iuvo, as, juvi, lutum. act. p. Opem fero & auxilior, adsum, defendo, præsto sum. [עזר bazár. βοηθέω, ὠφελέω. Gal. Aider. Ital. Giovare. Ger. Helffen. Bel. Helpen. His. Ayudar. Pol. Pomagam. Vng. Segitsegem. Ang. To aide, to help.] Plautus in Trinummo: nunc ego te quæso, Vt me opera & consilio juves. Terent. in Heavt. Crede, inquam, mihi, Aut consolando aut cōsilio, aut re juvero. ¶ Iuvare pro beneficio & misericordia prosequi. Cic. 4. Verr. Legis Corneliæ meminit, quæ proscriptum juvari vetat. Livius: Iuvisse eos omni commeatu classem hostium. ¶ Iuvat impersonale: delectat. ἀρέσκει. Virgil. 3. Aeneidos: Iuvat evasisse tot urbes. Iuvat me & juvat mihi æquè Plautus dixit in Captivis: Neque unquam quicquam me juvat quod edo domi. Idem in Cistel. Quando ita tibi juvat, vale atque salve. ¶ Iuvari pro adjuvari, auxilio levari. Plin. lib. 19. cap. 17: Quod sic etiam juvatur. Ovid. 1. de Ponto, Eleg. 4: Sed vereor ne me frustra sanare labores: Nec juver admota perditus æger ope.

Iuvāns, participium. [עזר bazár. ἐπιβοηθῶν, ἐπικουρῶν. Gal. Aidant. Ital. Aiutante. Germ. Helffend. His. Ayudador. Pol. Pomagający. Vn. Segitő. An. Aiding, helping.] Cic. ad Treb. Meq; diis juvantibus ante brumam expectabis.

Iuto, as, frequentativum, de quo ADIVTO.

Iuvāmēn, Iuvatio & Iuvamentum, idem significant, scilicet auxilium. [עזר bezér עזרה bezráh. ἐπικουρία, ἐπίκουρος. Gal. Aide. Ita. Giovamento. Ger. Hulff, helffung. His. Ayuda. Pol. Pomoc. Vng. Segitség. Ang. Aide, help.]

Iuxta. Prope, propter. [יחד hád. πλησίον. Gal. Auprès, iouxte, voignant. Ital. Appresso. Ger. Bey, oder nah darbey. His. Cerca. Pol. Podle. Vng. Mellet (& cum affixis) mellettem, mellented, mellette. An. Near or nigh to.] Virgil. libro 4. Aeneid. - humilis volat æquora juxta. Plautus: Iuxta te sum, ut piè tueatis, oportet. ¶ Aliquando significat simul, conjunctim, ἅμα. Varro de vita pop. Rom. Quum interea lucubrando faceret juxta ancillas lanam: id est, simul cum ancillis. ¶ Quando verò adverbium est, significat æquè, similiter, eodem modo, ὁμοίως. Plautus: Dixi tibi, mater; juxtà mecum rem tenes: id est, æquè atque ego. Salust. in Iugurtha: Hyemem atque æstatem juxtà pati. Cicero in Planciana: Reliquis officiis me juxtà ac si meus frater esset sustentavit. ¶ Apud veteres juxtim pro juxtà invenitur. Sisenna: Iuxtim Numicium flumen obtruncatur. Livius Andronicus in Aegisthio: In sedes collocat se regias, Clytemnestra juxtim, tertias naræ occupant. Ex Nonio. ¶ Interdum etiam secundum vel post. Gellius lib. 4. capite 9: Nigidius Figulus, homo (ut ego arbitror) juxta Marc. Varronem doctissimus: hoc

est, secundum Varronem vel post Varronem.

Iuxtim, adverbium, significat propè. [יחד hád. πλησίον. Polen. Podle. Vng. Melle.] Suetonius in Tib. Magistratibus pro tribunali cognoscentibus, pletunque se offerebat consiliarium, assidebatq; juxtim, vel ex adverso in parte priori.

I ante X.

IXIX. In nōtis antiquorū, Duodeviginti. IX. Nonus decimus.

Ixia. [ἰξία. Pol. Zatocza ptyska, dyrwiscil.] Herba quædā, cū terra colorem mutans: unde & Chamæleonē appellarunt. Ixias autem dicitur ἀπὸ τοῦ ἰξοῦ: hoc est, à visco, quod quibusdam in locis circa radicem ejus invenitur, quo pro masticbe utuntur mulieres. Hujus duæ sunt species, candido & nigro colore distinctæ. Vide Plin. lib. 22. cap. 18.

Ixine, interpretatione Theod. Chamæleon albus.

Ixōn. [ἰξών. Pol. Lep. Vng. Lép.] Græci appellant viscum, quo aves capiuntur: unde & chamæleonem herbam ixiam vocavēre, quòd quibusdam in locis ad radicem ejus viscum inveniatur, quo mulieres vice masticbes utuntur.

Iynx, iyngis. [ἴυγξ. Germ. Ein Wendthals oder Natterbatz. Pol. Lemiesl'ubka. Vn. Tekerceny.] Avis quæ verticilla à colli versura vocatur. Hæc paulò major est quàm fringilla, colore vario, linguam serpentibus similem habet, quam longitudine quatuor digitorum extēt, rursumque contrahit intra rostrū, collum circūagit in adversum, reliquo quiescente corpore: unde & Torquilla à quibusdam est appellata. Sunt qui & turbinem vocant, putantque avem esse amatoriis medicamentis infamem. Frequens avis hujus mentio est apud Theocritum in Pharmaceutria.

DE LITERA K.

LITERA, Græcorum est, non Latinorum, quam ipsi κάππα nominant. Ea Latini non utuntur, nisi in Kalendis, quam tamen vocem non incommodè per C scribimus. Nam & Priscianus testis est, K apud Latinos esse supervacuum: & Quintilianus non obscurè innuit loco ejus nos habere literam C, quæ ad omnes vocales vim suam peiterat. ¶ In notis antiquorum K. Calendę, vel caput, vel charissimus, vel cardo, vel castra, clarissima, vel Cœlius. K A R. Carthago. K A P. Calen. Aprilis. K A L. I A N. Calendis Ianuarii. K. A V G. Calendas Augusti. K A R O. Carthago. K A R O. C. Carthago civitas. K A R. M. cardo maximus. K A R. F. cardo finalis. K. Carthago, civitas, vel capite, census vel censum, vel cæsus vel calumniæ causa. K. D D. Castra dedicavit, vel dedicamus, vel dedicata, vel dedicanti, vel dedicaverum. K. F X. castra fixit. K. F E B. Calendis Februarii. K L. Calendæ vel Calendis. K L D. Calendis. K A L. S E P. Calendis Septembris. K L. N O V. Calendis Novēbris. K L. O C T. Calēdis Octobris. K L. D E C. Calēdis Decēbris. K. M. carissimus vel cardo maximus. K M A. Calēdis Maii. K. M A R T. Calēdis Martii. K M R. Cara memoria. K M T. Cœlius mortuus. K O. Carolo. K P. Carolo positus, vel castra ponit, vel posuit, vel castra ponti. K P R. Castra peregrina. K Q. Calēdę Quintilis vel Quintileis. K R. Chorus. K R. C. Cara civitas. K R M. carmen. K R A. C M. Cara cave me. K R. A M. N. Carus amicus noster. K R. N. Carus rex noster. K S. Chaos. K. S. Calēdę Sextileis, vel Sextilis. K. T. capite tōsus.

L

LITERA Latinorum est, Græcorum lambda sono & potestate respondens, una ex iis quæ à Græcis ἀμετάβολα, hoc est, immutabiles, à Latinis liquidæ appellātur. Quo fit, ut mutam immediatè subsequens in eadem syllaba, præcedentem syllabam, si brevis fuerit, reddat indifferentē. Hinc fit ut Atlas priorem syllabā habeat indifferentem, quū natura brevis sit. Martial. Non aliter ridetur Atlas cum compare mulo. Et alibi: Conturbabit Atlas. Virg. eandem producit 8. Aen. - Majam maximus Atlas. ¶ Nomina verbaq; ab hac litera incipientia, si cum præpositione AD vel IN componantur, posterior litera præpositionis cōvertitur in l: ut allabor, alluo, illino, illustris, pro adlabor, adluo, inluo, inlustris. ¶ In notis antiquorum L. Lucius, vel Lucia, vel Lælius, Lælia: libertus, locus, lex, lector, Lolius, Quinquaginta. L. A. lex alia. L. A. C. Latini coloni. L. A. D. locus alteri datus. L. AE L. Lucius Aelius. L. A G. lex Agraria. L. A N. Quinquaginta annis, vel Lucius Annius. L. A P. ludus Apollinis, vel Apollineus, vel Apollinatis. L A T. P. V III. E. S. latum pedes octo & semis. L. A D Q. locus adquisitus. L. B. liberi. L. B I B. Lucius Bibulus. L. B. M. D. locum bene merenti dedit. L. B O. lex boatia. L. B. P. locus bene possessus. L. C. locus. L. C. Latini coloni, vel Lucius Cattius, vel Lucius Cornelius, libertatis causa, Latini cives, vel cōsules. L C. D I V. lucrum divinum. L. S. lucrum sacrum, vel locus sacer. L. C AE. vel L. C OE. Lucius Cælius, vel Lucius Cœlius. L. C E N. Lucius Censorianus. L. C I N. lex Cinica. L D. laudandum. L. D. locum deditum, vel lucrum deditium, vel locum dedit, vel legem dat, vel locus divinus. L. D. AE. E. M. locum dedit Aelius bene merenti. L. D D. locus deditus. L. D. D. locus dono datus, vel locum dono dederunt, vel dedit. L. D. D. D. locus datus decreto decurionum, vel libens dono dedit, dicavit, vel libens dato decreto decurionum. L. D. D D. locum diis dedicavit. L. D I V. locus divinus.

Labārum, pen. cor. λάβαρον, Vexillum erat militare ante imperatorem gestari solitum, auro intertextum, gemmisque intermicantibus splendidissimum: tantæ olim existimationis, ut à militari turba adoraretur. Hujus deinde loco Constantinus

erectis insigne jussit preferri. Meminit hujus vexilli Ambrosius in Epist. Septimius in Apologetico, Sozomenus Historiæ Tripar. lib. 1. cap. 5. Et præter hos Cassiodorus, Rufinus, & Prudentius in Symmachum. [Pol. Peporzyk.]

Labasco, vide LABO.

Labefacio, Labefacto, vide LABES.

Labellum, vide LABRUM.

Labes, hujus labis, f. t. Ruina, lapsus: à labendo. [מום mum מאומה tumeáh. κηλὶς, ἀκλὴς, ἀμήχανος, λύμη. Gall. Tache, macule, souillure. Ital. Ruina, macchia. Ger. Ein einfall, sturm, ein masen oder fleck. Belg. Eenen vat, schade. Hisp. Manzilla ò caymiento. Pol. Vpadek, Zmaza. Vn. Veßkeßet. Ang. A failing, a spot, a blemish.] Virg. 2. Aeneid. Hinc mihi prima mali labes. ¶ Est quoque Labes violenta quædam illuvies aquæ: aut tempestatis, grandinisve ruina: aut quum terra in altissimum hiatum aperitur. Cic. 1. de Divinat. Delata etiam ad Senatum labes agri Privernatis, quū ad infinitam altitudinem terra desedisset. Ibidem: Ut multa oppida corruerint, multis locis labes facta sit, terræque desederit.* Labes, atque eluvies civitatis, Cicero pro Domo sua. Labes atque pernicies provinciæ, Idem 2. Verrina. ¶ Labes item accipitur pro macula, qualis fieri solet, aut oleo, aut simili liquore in vestem delapso. κηλὶς, σπῖλος. ¶ Frequentiùs tamen per translationem pro quovis animi vitio fœdiore accipitur. Cic. pro Domo sua: Hanc labem turpitudinis, & inconstantiæ poterit pop. Rom. dignitas sustinere? Ovid. in Epist. Dejaniræ: Lætaque sit vitæ labe noverca tuæ. Cicer. 3. Offic. Hunc tu quas conscientiæ labes in animo censes habuisse? quæ vulnera?

Labecula, diminutivum. [μικρὸς σπῖλος, κηλίδιον. Gal. Petite tache ou souillure ou ruine. Ital. Picciola macchia, picciola ruina. Ger. Ein mösslein. Hisp. Pequeña manzilla ò caymiento. Polon. Zmazka. Vngar. Veßketke, afectke. Angl. A litle spot or blemish.] Cicer. in Vatin. Sed quum Annium tantopere laudes, & clarissimo viro nonnullam laudatione tua labeculam aspergas, &c.

Labefacto, is, act. 1. Rumpo, frango, perdo, mobile & instabile reddo. [הטיל hippil כתם nathás נתץ nathás השחית hischchith. καταρρίπτω, διαφθείρω. Gal. Rompre & gaster perdre & corrompre. Ital. Destruggere, ruinare, crollare. German. Verderben/ schwechen/ geschenden/ wackend machen. Belg. Omwerpen/ waggelen bewegen. Hispan. Hazer caer à otro destruyr, quebrar. Pol. Wskol ossuie, ost abiam, psuie. Vngar. Meg tántoritam el ryrhm therhm. Ang. To breake, to make feble.] Terent. in Adelph. Omnes dentes labefecit mihi. Præterea colaphis tuber est totum caput. ¶ Aliquando pro deterrere, & à constantia abducere. Cic. pro Sestio: Quem nulla unquam vis, nullæ minæ, nulla invidia labefecit. ¶ Labefacere fidem suam dicitur debitor, quum malè solvendo, efficit ne quis ei quippiam velit credere. Sueton. Rediit sanè nihilo opulentior, ut qui propè labefacta fide, omnia prædia fratri obligaret. ¶ Aliquando pro enervare, frangere, debilitare, resolvere. Lucret. usque adeò Veneris compagibus hærent Membra voluptatis dum vi labefacta liquescant.

Labefactio, onis, f. t. Debilitatio. [מעולה mappalàh חולשה chalischáh. κλόνος, ἡ λύσις, ἡ βλάβη. Gal. Gaslement, branslement. Ital. Rouina, crollamento. German. Wacklung/ erschüttung. Hispan. Cayada, caymiento. Pol. Ossłabienie. Vng. Meg tántoritás eyeri ébes. Ang. A breaking, or making weake.] Plin. lib. 23. cap. 1: Tussim veterem inhibet, & gutturis rheumatismos, orthopnœam, dentium labefactionem.

Labefactus, particip. [נתץ nittáts, διασεσεισμένος, διαφθαρείς. Gal. Rompu, gasté. Ital. Rotto guastato. German. Verderbt/ erschüttet und bewegt. Hispan. Rompido gastado. Pol. Ossłabiony. Vng. Meg tántorittatot, thorebt. Ang. Broken, made weake.] Virg. 4. Aeneid. animum labefactus amore. Robora labefacta, Ovid. 12. Metam.

Labefacto, as, act. p. frequentativum, Affligo, perdo, corrumpo, concutio, convello, quatio. [הטיל hippil כתם nathás נתץ nathás השחית hischchith. διασείω, διαφθείρω. Gal. Gaster, ruiner, corrompre. Ital. Rompere, guastare, corrompere. German. Verderben/ geschenden/ erschütten und bewegen. Hisp. Hazer caer à otro, destruyr, gastar, corromper. Pol. Psuie, kaze, porusam. Vng. El tántorgatom el veßtem, el rontom. Angl. To destroye, to corrupte, to vndoe.] Colum. lib. 2: Igitur in opere boves arctè junctos habere convenit, quò speciosius ingrediantur sublimes, & latis capitibus, ac minus colla eorum labefactentur. Cicero in Catil. Quòd si legere vel audire velitis, externas maximas Respub. ab adolescentibus labefactatas, à senibus sustentatas & restitutas reperietis. ¶ Aliquando pro commovere, & à proposito avertere. Cicero ad Cornif. Nec verò postea destiti labefactare eum, qui summa cum tua injuria, contumeliaque, Reip. provinciam absens obtinebat.

Labium, bii, & Labrum, bri, n. f. Ejusdem sunt significationis. [שפה saphàh. χεῖλος. Gal. Levres, baulieure. Ital. Labro. Germ. Ein lefftzen. Bel. Lippe. Hisp. El beço è labio de la boca. Polon. Warga. Vng. Aiak. An. A lip.] Sunt enim extremitates, & opercula oris, & veluti vallum quoddam ad tegendam dentium defor-mitatem à natura datum. Sosipater tamen distinguit ex Varrii Flacci sententia ita, ut modica sint labra, labia immodica, & inde labeones dici. Persius: Nec fonte labra prolui Caballino. Terentius in Eunucho: Labiis demissis. Cæsar 5. bel. Gal. Capilloque sunt promisso, atque omni parte corporis rasa, præter caput, & labrū superius. Martial. lib. 2: Basia dimidio quòd das mihi Posthume labro, &c. ¶ Admovere labra poculis. Virgil. 3. Aegloga: Necdum illis labra admovi, sed condita servo. ¶ Primoribus seu primis labris aliquid degustare, proverbiali metaphora dicitur, pro eo quod est leviter & perfunctoriè aliquid attingere. Cic. 1. de Natura deorum: Hūc censes primis, ut dicitur, labris gustasse physiologiam? Idē 2. de Orator. Qua isti rhetores ne primoribus quidem labris attigerunt. ¶ Mordere labrum ἐσθίειν τὰ χείλη, vel hodiernis temporibus vulgò dicitur, qui stomachatur animoque ringitur. Sumptum ab indignantium gestu. Aristophan. in Vespis. ¶ Labra item dicuntur rei cujusvis extremitates: unde summi fossarum & fluviorum margines, labra appellantur. Cæsar 7. bel. Gall. Fossam pedes viginti latam directis lateribus duxit, ut ejus solum tantundem pateret, quantum summa labra distabant. ¶ In vulneribus quoque extremæ oræ, quę acu junguntur, labra dicuntur. ¶ Labrum item dicitur vas amplum & patulum, in quod aqua è fonte delabitur. Plin. Epist. 101: Inter has marmoreo labro aqua exundat, circumjectasque platanos, & subjecta platanis leni aspergine fovet. ¶ Est & labrum genus vasis in balneis ad lavandum aptum, quasi lavabrum, λουτήρ. Cic. Terent. Labrū si in balneo non est fac ut sit. ¶ Itē quodvis aliud vas amplum & patulum. Virgil. 8. Aen. Sicut aquæ tremulum labris ubi lumen ahenis, Sole repercussum, aut radiantis imagine lunæ. ¶ Hinc labra vinaria, lupinaria, & olearia dicuntur, in quibus lupini conduntur, & in quæ vina è lacu, oleum è cortina transferuntur. Cato: Oleum in labrum primum indito. ¶ A' labrum in primo significato fit sublabro: de quo infrà. ¶ Apud antiquos etiam labias legimus in fœminino genere. Plaut in Stich. Age tibicen, quando bibisti, refer ad labias tibias. Sic enim legit Nonius. Item apud Gellium: Labias sensim primores emovemus.

Labellum, & labrosus, vidè paulò infrà.

Labo, as, n. p. Cado, vacillo, nuto. [מעד mahádh מט mat נפל naphál. ταλαντεύομαι. Gal. Branler, chanceler, vaciller. Ital. Cadere, vacillare. German. Fallen/ zu dem fall sencken. Hispan. Caer, bambanear. Polon. Walię sie, upadam. Vng. El tántorodom, el esem. An. To fall, to slide, to slipe.] Ovid. lib. 11. Metam. Iamque labant cunæ, spoliataque tegmine ceræ Rima patet. Virg. li. 2. Aeneid. labat ariete crebro Ianua. Horat. 3. Carm Ode 6: delicta majorum immeritus lues Romanæ, donec templa refeceris, Aedesque labantes deorum. Virg. 12. Aeneid. Genua labant, gelidus concrevit frigore sanguis. ¶ Et per translationem Labare sermone: pro inconstanter & timidè loqui. Plinius libro 14. capite 22. Labant animi: hoc est, deficiunt. Livius 6. bell. Maced. Labat consilium meum, Cic. ad Attic. lib. 8. Mens labat, Celsus lib. 2. cap. 7.

Labasco, scis, scere, n. t. verbum inchoativum. Casum minari, & ruinæ vicinum esse. [מעד mahádh מט mat נפל naphál. σφάλλομαι, ταλαντεύομαι. Gal. Commencer à cheoir, vaciller, chanceler. Ital. Minacciare ruina, cascare. German. Anbeginnen fallen/ anfahen fallen wöllen fincken. Belg. Waggelen/ wanckel worden. Hispan. Caer, amenazar cayda. Polon. Walię sie pomał u pochilam sie. Vngar. El tántorgaky fogok el e ö fölbe vogyok. Ang. To beginne to fall.] Lucretius libro 4: Vincitur in longo spatio tamen atque labascit. ¶ Per translationem accipitur pro animo concidere, frangi, & de pristina constantia excidere. [חתת chathath. ἀθυμέω.] Terent. Evnuch. Labascit victus uno verbo, quàm citò! ¶ Reperitur & labascor, deponens pro neutro. Varro rerum divinarum libro 7: Postquam vidit misericordia labasci mentem infimam populi. Nonius.

Labor, eris, lapsus, d. t. Cado, ruo, corruo, dilabor. [נפל naphál. πίπτω, ὀλισθαίνω. Gal. Cheoir peu à peu, defaillir. Ital. Cascare, sdrucciolare, scorrere. German. Fallen/ hinschnden. Belg. Vallen. Hisp. Caer, deslizarse, deleznarse. Polon. Vpadam, chilesie. Vng. El tántorodom, sikamom, esem. Ang. To fall, to slide, to decaie, to do amisse.] Cicero de Arusp. resp. Ut aliquis lapsus de cœlo cœtus hominum adeat. ¶ Interdum idem est quod in desuetudinem abire, sive exolescere. Liv. in præfat. lib. 1: Labente deinde paulatim disciplina. ¶ Aliquando errare, falli, peccare. Cicero 1. de Finibus: Epicurus autem, in quibus sequitur Democritū non ferè labitur. ¶ Labi etiam dicuntur ii, qui in lubrico figentes vestigia in terram ruunt.

Labilis, lis, n. t. Quòd facilè labitur.

Lapsus, us, m. q. Ruina, casus. [מפלה mappeláh, πτῶσις, ὀλίσθημα. Gal. Cheute, coulement, glissement. Ital. Rovina, errore. Ger. Ein fall/ schlipffung. Hisp. Resvaladero, cayda. Pol. Vpadek, poslizgnienie. Vn. Esés romlás veßk. An. A fall, a sliding.] Plin. li. 7. c. 37. Et victor supremā in fenestra lapsu scalarū exanimatus est. ¶ Per trāslationem tra-

nem etiã accipitur pro errore vel culpa per imprudentiam admissa. Plin. lib. 5. cap. 1: Haud alio fidei proniore lapsu, quàm ubi falsæ rei gravis autor existit. ¶ Item lapsus, serpētum progressus apud Virg. 2. Aeneid. At gemini lapsu delubra ad summa dracones Effugiunt. ¶ Lapsus rotarum à Virg. 2. Aeneid. dicuntur, quasi labiles rotæ, quibus scilicet subjectis, facilius laberetur ingens ille equus ligneus.

Lapsabundus, [Pol. *Vpadaiaci.* Vng. *El esö, el iszamo, haylo.*] Seneca Epist. 53: Alterius fundamenta lapsabunda in mollem ac fluidam demissa humum.

Lapsio, f. t. lapsus, ruina. [מפלה *mappelah*, [illegible]. Gall. *Cheute.* Ital. *Ruina.* Germ. Ein fal. Hisp. *Cayda.* Pol. *Vpadek.* Vng. *El eses, romlás.* Ang. *A fall, a slyding.*] Cic. 4. Tusc. Sed hæc in bonis rebus, quòd alii ad alia bona sunt aptiores, facilitas nominetur: in malis proclivitas, ut significet lapsionem: in neutris habeat superius nomen.

Lapso, as, frequentativum, Lubrico, & nutanti gradu incedo. [[illegible] [illegible]. Gall. *Se couler, glisser souvent.* Ital. *Scorrere.* Germ. Schwancken, gehen als wann einer alle tritt fallen wolte. Hispan. *Deslizarse.* Pol. *Chwieiacz sie ide.* Vngar. *Tantorgok [illegible].* Ang. *To slide or slip often.*] Virgil. 2. Aeneid. -hæc dicens altaria ad ipsa trementem Traxit, & in multo lapsantem sanguine nati. ¶ Lapsantem gressum firmare, Silius lib. 3.

Labor, oris, m. t. Opera, defatigatio, diligentia, cōtentio. [עמל *hamal* יגיע *jeghiah* [illegible]. Gall. *Labeur, peine & travail.* Ital. *Fatica.* Ger. Arbeit, mühe. Hisp. *Trabajo con afan.* Pol. *Pracza, robota.* Vng. *Muka.* Angl. *Labour, travayll or paine.*] Nec me labor iste gravabit, Valla. Labo primam brevem habet: labor primam longam. Hinc labor, oris, & laboro, as, prima brevi: quod an ab altero illorum derivetur, an ab utroque potiùs, liberum opinaturis relinquo. Cicero de Senectut. Nonne melius fuisset otiosam ætatem & quietam sine ullo labore, aut contentione traducere? Ovid. 1. de Arte: -pars est exhausta laboris. Cic. pro Archia: Quid est quod in hoc tam exiguo vitæ curriculo, & tam brevi, tantis nos laboribus exerceamus? Labor exercet apes, Virg. 1. Aen. ¶ Labor apud poëtas frequenter accipitur pro periculo, calamitate, vel alio quovis incommodo. Vir. 1. Aen. Me quoq; per multos similis fortuna labores Iactatam hac demum voluit cōsistere terra. Idē 3. Aen. -requies ea certa laborū. Ovid. Epist. 9: -series immensa laborū. ¶ Dicitur etiam labos, sicut lepos, arbos. Plautus Trinummo: Quanquam ibi animo labos grandis capitur. Arduus labos, Valerius sexto Argon. ¶ Laborem ferere, [illegible], vulgò dicebātur qui frustra laborarent, quasi nihil fructus è labore reportaturi præter laborem. Diogenianus.

Laboro, as, penult. prod. n. p. Contendo, nitor, operam do, laborem adhibeo. [עמל *hamal* יגע *jaghah*, [illegible]. Gal. *Labourer, travailler, pener, ahanner.* Ital. *Affaticarsi, faticare, durar fatica.* German. Arbeiten, werken. Hisp. *Trabajar, afanando.* Polon. *Pracuie, robie.* Vngar. *Mukálkodom.* Ang. *To labour, to worke.*] Seneca: Iugiter fodiēdo laborat. Cic. 5. Verrina: Omnibus enim nervis mihi contendendum est, atque in hoc laborandum, ut omnes, &c. ¶ Ambitiosè in re aliqua laborare, Quintil. lib. 3. cap. 11. ¶ Vnde & per translationem laborare pro malè habere sumitur: ut quum aliquem laborare quartana, [illegible], aut laborare podagra dicimus. Plinius: Succus ejus podagra laborantibus prodest. Laborare ex renibus, Cicero 2. Tusc. Laborare ex dolore puerperii, Terent. in And. Laborare à frigore, Plin. lib. 32. cap. 10. ¶ Interdum idem quod angor, solicitus sum. [illegible]. Cic. Epist. 110: Nam de judiciis quod quæris, multò laboro minus: trahantur per me pedibus omnes rei: sit vel Selius tam eloquens ut probare possit se liberum, non laboro. Idem Quinto Fratri: De filii tui eruditione quod labores nihil est. Idem D. Bruto: Senatum, populumq; Romanum de te laborare non solùm salutis suæ causa, sed etiam dignitatis tuæ. ¶ Aliquando pro arte conficere, colore. [illegible]. Virgil. 2. Aen. Arte laboratæ vestes. Et laboratus ager, dicitur qui probè cultus est. [illegible]. Laborati libri, elucubrati. Martial. li. 1: Plena laboratis habeas quū scrinia libris, Emittis quare Sosibiane nihil? ¶ Non laboro de hac re: hoc est, non curo, neq; anxius sum, inquit Budæus. Cicero pro Rosc. Amerino: Quoniam cujus consilio occisus sit invenio: cujus manu sit percussus, non laboro. Idem 4. Academ. Sed quia non laboro quàm valde ea, quæ dico, probaturus sis, eo minus conturbor. ¶ Laborare re frumentaria. Cæsar 3. bel. Civilis: Illi omnia perpeti parati, maximè re frumentaria laborabant. ¶ Laborare vitiis, Liv. 4. bel. Maced. Diversisque duobus vitiis, avaritia & luxuria civitatem laborare. ¶ Laboratur, in magnum discrimen est ventum. Cic. ad Lentulum lib. 1: Laboratur vehementer, inclinata res est. ¶ Hujus verbi composita sunt, allaboro, & elaboro: de quibus egimus suprà suis locis. ¶ A' laboratus fit cōpositū Illaboratus, illaborata, illaboratū, quod ita secernitur ab inelaborato, quòd inelaboratū dicitur, quòd non satis artificio excultum est, [illegible]. Illaboratum verò, quod ex tempore & sine labore factum videtur, [illegible]. Illud vitio dari solet, hoc laudi. Quint. de Cicer. Quum interim hæc omnia, quæ vix singula quisquam intermissa cura consequi posset, fluunt illaborata. ¶ Laborantibus Deum adesse testatur hic Alexidis Senarius: [illegible].

Laboratior, comparativus pro elaboratior: hoc est, operosior. [Pol. *Pracowitszy.* Vng. *Naiob, nagyob mukánal való.*] Tertull. de Virg. velādis: Tāto cōtinentia majoris ardoris laboratior.

Laboriosus, a, um, duplici significatione dicitur. Nam & laboriosum dicitur quod multum laborat, & in quo multum laboratur. [יגע *jaghéah*, [illegible]. Gall. *Laborieux, penible.* Ital. *Faticoso.* Ger. Arbeitsam. Hisp. *Trabajoso con afan.* Pol. *Pracowity.* Vn. *Mukás.* An. *Painfull, full of labour.*] Cic. pro Cælio: Vos laboriosos existimet, quibus otiosis, nec in communi quidem otio liceat esse. Laboriosus ager, in quo colendo plurimùm laboratur. Cæcilius durum sus fugit, & laboriosum. Laboriosum opus, difficile, & quod non sine labore perficitur. Plaut. in Merc. Laboriosi nihil tibi quicquam operis imperabo. Laboriosæ exercitationes. Cic. 1. de Fin. Quis nostrum exercitationem ullam corporis suscepit laboriosam, nisi ut aliquid ex ea commodi consequatur? ¶ Hinc laboriosior, laboriosissimus.

Laboriosè. [[illegible]. Gall. *Avec peine & travail.* Ital. *Faticosamente, con afanno.* Ger. Mit arbeit, mühsamlich. Hisp. *Trabajosamente.* Polon. *Pracowicie.* Vng. *Mukásan.* Ang. *Painfullie, with great labour.*] Laboriosius, laboriosissimè, adverbia. Quod est cum maximo labore, [illegible]. Cic. 1. Verr. Itaque semper hi diligentissimè laboriosissimeque accusarunt, qui seipsos in discrimen existimationis venire arbitrati sunt. Idem pro Roscio: Quò quisque est ingeniosior, hoc docet iracundiùs, & laboriosiùs.

Laborifer, pen. corr. adjectivum idem quod laboriosus, seu laboris patiens: [illegible]. Gall. *Laborieux, qui porte ou endure travail.* Ital. *Saldo alla fatica.* Ger. Arbeitsam, der arbeit hat. Hisp. *Trabajoso, que trae labor.* Pol. *Robotni.* Vng. *Muka szenvedö.* Angl. *Laborious, that indureth labour.*] ut, Hercules laborifer. Ovid. 9. Metam. Nanque laboriferi quum jam natalis adesset Herculis. Idem 15. Metam. -numenque superbum Cæde laboriferi credunt gaudere juvenci.

Labrum, bri, Vide LABIVM.

Labellum, li, n. f. diminutivum: sicut à flabro, flabellum. [[illegible]. Gall. *Petite levre.* Ital. *Labretto.* Ger. Ein läfftzlein. Hisp. *El beço.* Polon. Warzyczki. Vng. *Haiakaiska.* Ang. *A little lip.*] Cic. 1. de Divin. At Platoni quum in cunis parvulo dormienti apes in labellis consedissent, responsum est, singulari illū suavitate orationis fore. ¶ Interdum etiam pro vasculi genere ponitur, facto ad similitudinem labri, quo in balneis uti solemus ad lavandum. Plin. Cineremq; in labellis aqua addita confricant manu, & considere patiuntur.

Labosus, a, um, veteres à labe dixerunt. Lucil. Præterea omne iter hoc est labosum atque lutosum.

Labrosus, a, um, Quod extremitates habet, veluti quædam labra prominentes. [[illegible]. Gall. *Lippu, qui a grosses levres ou gros bord.* Ital. *Cosa con orlo ò con cornice.* Ger. Das ein port oder läfftzen hat. Hisp. *Cosa de grandes becos.* Pol. Warzasty. Vng. *Makas.* Angl. *That hath great lippes.*] Celsus lib. 7. cap. 26: Ferramentum fecit in summa parte labrosum, in ima semicirculatum.

Labrum venereum, Herba est ex genere aculeatarum, echinata ferens capitula, quibus fullones pannis vestibusque lanam inducunt. [[illegible]. Pol. *Szczotki, polnaszczec.* Vng. *Pap tasska.*] Dioscorides dipsacum appellat. Vulgus Herbariorum *Virgam pastoris.*

Labrus, Piscis genus, cauda placens, ab uno Ovidio memoratum, referente Plin. lib. 32. cap. ult.

Labrusca, æ, f. p. Vitis agrestis, quæ & arratica dicit. [באשה *beoshah*, [illegible]. Gall. *Vigne sauvage.* Ital. *Lambrusca.* Ger. Ein wilde Weinreb. Hisp. *La vua de la vid silvestre.* Pol. *Lesna macicza winna.* Vngar. *Vad szölö.* Angl. *A wilde wine.*] Labrusca dicta, teste Servio, quòd in agrorum labris: hoc est, marginibus, & sepibus nascatur. Virgilius in Buc. Sylvestris raris sparsit labrusca racemis. Legitur & labruscum neutri generis. Virgil. in Culice: Densaque virgultis avidè labrusca petuntur.

Laburnum, Arbor est Alpina, dura candidaq; materia, aquas refugiens, cujus florem cubitali longitudine non attingunt apes. Autor Plin. lib. 16. cap. 18.

Labyzus, [illegible], Aromatis genus, ex quo myrrhæ commisto Persicorum regum diademata solent parari. Est autem labyzus gummi quoddam myrrhæ non dissimile, sed lōgè pretiosius, odoratiusq;. Cæl. Rhodig. lib. 18. cap. 18.

Lac, lactis, Succus maternus, quo animalia nutriuntur, dictum à laciendo, quod admotis mammis infantes alliciantur. Vel potiùs à Prisco recto: dicebant enim Lacte, à Græco amputatis duā-

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

tis duabus literis γάλακτος. [חלב chaláb. γάλα. Gal. Du laict. Ital. Latte. Ger. Milch. Bel. Melck. Hi. Leche. Po. Mleko. Vn. Tey. An. Milke.] Vir. 3. Aegl. Et lac subducitur agnis. ¶ Lacte, gen. neut. in nomin. dixit Plaut. in Mil. Tam similem quàm lacte lacti est. Idem in Mæn. Nec aqua aquæ, nec lacte lacti, mihi crede, usquam similius. Hanc terminationem Sosipater lib. 1. approbat, quod omnino nullum, ut inquit ille, nomen in C mutam, aut in duas mutas C T. (scribebant enim veteres etiam lact) finiatur. Usus etiam Cato est eodem autore Sosipatro. Et in Italia atras capras lac album habere. Lac schiston, γάλα σχιστὸν appellatur, in qua pars caseosa separata est à serosa. ¶ Lac Cyrenaicum, laserpitii succus, quod & Laser appellatur, in Cyrenaica regione primùm repertum. Vide infrà in dictionibus LASER & LASERPITIUM.

Lactes, pluralis numeri, gen. fœm. [τὰ μεσεντέρια. Polon. Kiszki mniejsze w ztemicku. Vng. Vékony gyenge bél. Ang. The small tripes.] Dicuntur graciliora intestina per quæ labitur cibus, quæ tria sunt, tenue, jejunum, Pylorus: involvunturq; mesenterio, ut à spinæ contactu duro munitiora tutioraque reddantur. Dictæ lactes à lacte, aut propter mollitiem, aut propter candorem pinguedinis: aut certè ab antiquo verbo Lacio: propterea quòd cibum alliciant. Plaut. Curcul. Ita cibi vacuitate venio laxis lactibus. Plinius existimat Lactes tantùm in hominibus & ovibus dici, in cæteris autem animalibus ile appellari. Ejus verba sunt lib. 11. ca. 37: Ab hoc ventriculo lactes in homine & ove, per quas labitur cibus, in cæteris ile: à quibus capaciora intestina ad alvum, homini que flexuosissimis orbibus. ¶ Quidam pro intestinis pinguibus accipiunt: unde Persius: Emeris auriculas pulmone & lactibus unctis. ¶ Cornutus putat lactes loca in lateribus esse sub umbilico puberenus adeò delicata, ut plagam ferre non possint.

Lactāris, a, um, Quod lac in se habet, sive succum lacteum. [γαλακτώδης. Gal. Laictier, qui rend du laict. Ital. Che ha latte. Ger. Das Milch hat/oder Milch gibt. Hisp. Cosa que tiene leche. Polon. Mlecżny. Vng. Tejes. Ang. That giveth milke.] Plin. lib. 26. cap. 8: Tithymalum nostri herbam lactariam vocant, alii lactucam caprinam. Lactaria animalia; quæ lactis gratia pascuntur. Varr. lib. 2. de Re rust. cap. 1: Dandum bubus lupinum & lactariis medica & cytisum.

Lactārius, rii, m. s. Pistor qui cibos ex lacte conficit. [γαλακτουργός. Pol. Mlecżny kucharz. Vn. Tejes etek fözö.] Spartianus in Heliogabalo: Dulciarios, & lactarios tales habuit, ut quæcunq; coqui de diversis edulis exhibuissent, vel structores, vel pomarii, illi modò de dulcibus, modò de lactariis exhiberent.

Lacteus, a, um, Quod ex lacte est. [γαλακτινός. Gal. De laict. Ital. Di latte. German. Das von Milch ist. Hisp. Cosa toda de leche. Pol. Mlecżny. Vngar. Tejböl valo. An. Of milke.] Quandoque accipitur pro niveo & lactis candorem referente, ut, Colla lactea. Virg. 8. Aen. tum lactea colla Auro innectuntur. Lacteus porcus qui lacte alitur. Mart. lib. 5: Nondumque victa lacteum faba porcum: hoc est, porcum adhuc lactantem, & fabam per ætatem frangere non valentem. ¶ Lacteus orbis, sive circulus, in cœlo dicitur, quem Græci γαλαξίαν vocant: utroque nomine à lactis candore deducto. Cicer. in Somn. Scipion. Erat autem is splendidissimo candore inter flammas circus elucens, quem vos (ut à Graiis accepistis) orbem lacteum nuncupatis. Plinius libro 2. capite 23: Omnes fermè sub ipso Septentrione aliqua ejus parte non certa, sed maximè in candida, quæ lactei circuli nomen accepit. Vide Macrob. in Somn. Scipion.

Lacteolus, a, um, diminut. [ὁ γαλακτώδης. Vng. Teyetske.] ut puellæ lacteolæ, Catul. in Camerium. Epigram. 51.

Lacteo, es, n. s. Lac sugo. [ינק janák. θηλάζω. Gal. Teter, succer du laict de la mammelle. Ital. Lattare. Germ. Milch saugen. Bel. Suygen. Hispan. Mamar la leche. Pol. Doie, ssam. Vng. Szopok. Ang. To sucke milk out of a dugge.] Var. 2. de Re rust. cap. 5: Lactentes cum matribus ne cubent. Cicer. 2. de Divin. Romulus lactens fulmine ictus. Unde lactens porcus est, qui adhuc lac sugit. Varro 2. de Re rust. cap. 4: Porci qui depulsi sunt à mamma, à quibusdam delici vocantur: neque jam lactentes dicuntur. Lactentia frumenta vocat Virg. lib. 1. Geor. quasi lactescentia: hoc est, albescentia & lactis colorem referentia.

Lactesco, scis, scere, n. s. Fit in lac convertí. [γαλακτοῦμαι. Gall. Devenir laict, auoir du laict. Ital. Convertirsi in latte. Ger. Zu Milch werden. Belg. Melck worden. Hisp. Ser à hazerse leche. Pol. Mlecżka się obracżam. Vng. Meg teienbülöm. Ang. To be turned in to milke.] Cic. 3. de Nat. deor. Omnis ferè cibus matrum lactescere incipit. Nonnunquam idem quod lacte impleri. Plin. lib. 11. cap. 41: Asinæ prægnantes continuè lactescunt.

Lacto, as, act. p. Lac præbeo, quod propriè matrum est. [הֵינִיק hénik. θηλάζω. Gal. Alaitter. Ital. Lattare, dar il latte. Ger. Saugen/oder zu saugen geben. Bel. Te suygen geven. Hisp. Dar à mamar la leche. Pol. Doie, ssać daie. Vn. Szoptatok. An. To give sucke, to suckle.] Varr. 2. de Re rust. ca. 7: Anniculis jam factis dandum hordeum, & furfures usq; quo aderunt lactantes. Lactans mulier propriè dicitur, quæ lac in mammis habet. Gel. lib. 11. ca. 1: Nam plerumque sine discrimine quæcunque lactans est eo tempore, offerri solet. Celsus lib. 2. cap. 28, videtur lactantia accipere pro lactariis, hoc est, pro iis quæ ex lacte confecta sunt. Lac (inquit) mel, adeoq; lactantia, atque omne pistorum opus. Idem cap. 29. ejusdem libri: Mel crudum, lac, lactantia omnia, mulsum. ¶ A lacto fit compositum ablacto, hoc est, à lacte arceo: quod vide suo loco. ¶ Est præterea lacto frequentativum ab antiquo verbo lacio, quod significat decipio, & per blanditias in fraudem illicio. ἐκκλέπτω. ἐξαπατάω. Terent. in Andr. Non tibi satis esse hoc visum solidum est gaudium, nisi me lactasses amantem, & falsa spe produceres? Ibidem: Tune hic homines adolescentulos, imperitos rerum, eductos libere in fraudem illicis? Sollicitando, & pollicitando animos eorum lactas?

Lactātus, us, ui, m. q. Actus lactandi. [θηλασμός, ἀπόληψις. Gal. Alaittement, tettement. Ital. Lattamento. Ger. Saugung. Hisp. Aquella obra de dar à mamar la leche. Pol. Ssanie. Vng. Szoptatás. Ang. A giving of sucke or milk.] Plin. lib. 32. cap. 2: Ob id sibilo à piscatoribus tanquam serpentibus evocati, & capi, pinguescere lactatu, &c. De murænis.

Lacci renascum, Silphium est.

Lacca, secundum quosdam concavum, est gummi quoddam genus, fluens ex arbore, tinctoris utile. Vide Barb. in Corol. 23. lib. 1. Diosc.

Lacæna, λάκαινα, φαινόλης. Genus vestimenti.

Lăcĕr, ri, & Lacerus, a, um, pen. corr. Dilaniatus, discerptus, distractus, laniatus. [טרף taráph, בסרך nitráph, קרוע karúah. διεσπασμένος, ἐσπαραγμένος, ξαινόμενος. Gall. Deschiré, desmembré, mutilé. Ital. Stracciato, squarciato. German. Zerzerrt, zerrissen, eines Glieds beraubet. Belg. Ghescheert. Hisp. Despedaçado en partes. Polon. Oszarpany, obrumiony. Vn. Szakadozott. Ang. Rent or torne.] Propriè, ait Asconius, lacerus dicitur amputatus membris, auriculis, vel auribus. Virg. 6. Aen. Atque hic Priamidem laniatum corpore toto Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora, Ora manusque ambas, populataq; tempora raptis Auribus, & truncas inhonesto vulnere nares. Tacit. Donec soluta compage scutorum, exangues, lacerosq; prosternerent. Lacer (inquit Festus) dicitur, qui auribus curtatus est, item, Lacerum, quodcunque in corpore imminutum.

Lăcĕro, as, act. p. Dilanio, membratim discerpo. [טרף paráck, טרף taráph, קרע karáh, נתח nitdáh. διασπαράττω, σπαράττω. Gall. Deschirer, desmembrer, mutiler, mettre par pieces. Ital. Stracciare, squarciare. Ger. Zerzerren, zerreissen. Bel. Verschueren. Hisp. Despedaçar en partes. Pol. Rozrywam, targam. Vng. El zaggatom. Ang. To rent or teare in peeces.] Virg. 3. Aen. Quid miserum Aenea laceras? Ter. in Adel. Tum autem Syrum impulsorem, vah quibus illum lacerarem modis. Lacerare morsu viscera, Cic. 2. Tusc. Lacerare unguibus, Ibidem. Lacerare homines malè suadendo, Plaut. Curcul. Lacerare diem, in vanum consumere tempus diei, Plautus in Sticho. Lacerare rem suã, absumere bona sua, Plaut. in Merc. Lacerat me meus mœror, Cic. ad Attic. lib. 1.

Lăcĕrātio, onis, verb. f. t. Dilaceratio. [פרוק perik. טרפה terephah. נתוח nethúch. σπαραγμός. Gal. Deschirement, desmembrement. Ital. Stracciamento, smembramento. Ger. Beraubung eines Glieds, zerreissung. Hispan. Despedaçadura. Pol. Targanie, cżłonkow wiotrego oderwanie. Vngar. El szag gatás. Ang. A renting or tearing.] Cic. in Pison. An ego si te & Gabinium cruci suffixos viderem, majore afficerer lætitia ex corporis vestri laceratione quàm afficior ex infamia? Muliebres lacerationes genarum, Cic. 3. Tusculan.

Lăcerna, f. p. Vestis exterioris genus, pluviæ frigorisq; injuriæ propulsandæ in primis accommodatum, quo olim solos milites usos esse Cornutus scribit in Pers. Saty. 1. [φαινόλης, φελόνης. Gal. Manteau. Ital. Mantello, tabarro. Germ. Ein Regenmantel. Hisp. La vestidura tropada, capa de camino. Pol. Kopieniak, opończa. Vngar. Köpönyeg. Ang. A cloke to keep frome rayne and colde.] Plin. lib. 18. cap 25, de Vergiliarum occasu agens: Ergo ex occasu ejus de hyeme augurantur, quibus est cura insidiandi negotiatoris avaritia. Nubilo occasu pluviosam hyemem denunciant, statimque augentur lacernarum pretia. Hactenus Plin. Ob eandem etiam causam à viatoribus lacernæ sumebantur, præsertim ab iis qui expeditè & sine togæ impedimento iter facere volebant. Hinc M. Antonio objicit Cicero, quòd nimio festinandi studio ordinis magistratusq; sui oblitus, nõ toga aut calceis ornatus, ut Consulem decuit, sed gallicis & lacerna, ut quivis è vulgo in urbem redisset. Verba ejus sunt hæc 2. Philip. Nam quod quærebas, quomodo redissem, primùm luce, non tenebris: deinde cum calceis & toga, nullis nec gallicis, nec lacerna. Propert. l. 3: Texitur in castris quarta lacerna tuis. Ovid. 2. Fast. Mittenda est domino, nunc nunc properate puellæ, Quamprimum nostra facta lacerna manu. Verba sunt Lucretiæ puellas suas ad opus adhortantis, ut viro suo

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

ro suo in Ardeæ obsidione agenti lacernam mitteret. Lacernis item in spectaculis utebantur, & potissimùm cādidis, quæ togis superinduebantur. Martial. in distich. Amphitheatrales nos commendamus ad usus, Quum tegit algentes nostra lacerna togas. Candidis autem potissimùm lacernis in spectaculis usos fuisse, satis indicat Epigramma Martialis in Horatium quendam, qui cùm solus nigra lacerna spectaculis interesset, cæteris omnibus albatis, factum est, ut repentè caden te nive, cæteris concolor redderetur. Verba ejus sunt hæc:

Spectabat modò solus inter omnes
Nigris munus Horatius lacernis,
Quum plebs, & minor ordo, maximusque.
Sancto cum duce candidus sederet:
Toto nix cecidit repentè cœlo:
Albis spectat Horatius lacernis. Mulieres quoque lacernis quandoque usas legimus. Iuvenal. Satyr. 1: Ipse lacernatæ dum se jactaret amicæ. ¶ Festus lacernam dictam putat, quasi lacerām: hoc est, parte aliqua imminutam, eò quòd minor sit (ut ille ait) capitio.

Lăcernātŭs, penult. prod. Qui lacerna est indutus: [ὁ μανδύῃ κεκρυμμένος, φαινόλην ἐνδεδυμένος. Gal. Emmantelé. Ital. Mantellato, intabarrato. German. Mit einem Regenmantel bekleidet. Hisp. Vestido de tal vestidura. Polon. Wopończą vbrany. Vng. Köpenyeges. Ang. That weareth a cloke for rayne & colde.] ut, Amica lacernata, Iuvenal. Satyr. 1.

Lăcertă, æ, f.p. [חמט chomet, σαύρα. Gall. Laisarde. Ital. Lucerta. Ger. Ein grüner Heydochs, grösser aber dann die unsern. Hisp. Lagarto, animal reptile. Pol. Iaszczorka. Vng. Gyik. Ang. An enet or lisard.] vel Lacertus, ti. Serpentis genus notissimum, inde nomen habens, quòd pedes habeat ad nostrorum lacertorum similitudinem accedentes. σαῦρος. Ejus duo sunt genera colore & magnitudine distincta. Minorem zignyda vocant, sive chalcidē, tergo ferrugineo sive maculis quibusdam nigricantibus distincto. Alterum genus viride est superiore multò majus, Italiæ quàm nostris regionibus frequentiùs. Vtroque in genere mas lacertus dicitur. Virgil. Aeglog. 2: Nunc virides etiam occultant spineta lacertos. Cic. ad Attic. lib. 2: Nam ad lacertas capiendas, tempestates non sunt idoneæ.

Lăcertŭs, Piscis genus mari peculiare, cujus multæ enumerantur species à Plin. lib. 32. cap. ultimo. σαῦρος. Martialis: Quum saxetani fertur tibi cauda lacerti.

Lăcertŭs item, in homine dicitur summa brachii pars inter scapulæ & cubiti ossa intercepta, quæ à Celso humerus, à Galeno βραχίων appellatur. [τὸ ἐν τῷ βραχίονι μυῶδες, ὁ ὑπὸ ὦμον, alii βραχίων. Gall. Muscle, & partie charnue du corps, comme la fourre du bras de bras. Ital. Muscolo, la parte carnosa del braccio done ha 'l braccio la sua forza. Germ. Die dicke oder die Mauß des Arms. Hisp. El morezillo de musculo à braço, el braço. Pol. Plecze. Vngar. Husos kar. Angl. The braune of the arme.] Ovid. 3. Metam. -laudat digitosque, manusque, Brachiaque & nudos media plus parte lacertos. Virg. 5. Aeneid. -ferit æthera clamor Nauticus adductis spumant freta versa lacertis. Cicero de Senect. Milo ex lateribus & lacertis suis nobilitatus. Idem 4. Tuscul. O' pectora, ò terga, ò lacertorum toti. ¶ Et quoniam partes illæ corporis musculosæ sunt & validis toris compactæ, factum est, ut lacertos pro viribus ac robore accipiamus: neq; solùm pro corporis robore, verumetiam pro vehementia & pondere orationis: quos & nervos appellamus. Cicer. de Clar. Orat. Quanquā in Lysia sunt sæpè lacerti, sic ut fieri nihil possit valentius, Amētatas hastas ab aliquo accipere, & eas oratoris lacertis viribusq; torquere: apud Ciceronē li. 2. de Orat.

Lăcertōsŭs, a, um: id est, torosus, & musculosus. [μυώδης. Gal. Qui a gros muscles, fort & puissant. Ital. Forte, possente, de grossi mosoli. Germ. Groß oder starck von armen. Hisp. Cosa con morezillos, fuerte. Pol. Szyrokich plecow. Vng. Husos, inas. Ang. Stronge, that hath great braunes or sinewes.] Colum. lib. 7: Feminibus lacertosis, cruribus compactis. ¶ Ponitur etiam pro robusto & valido, quemadmodum lacerti pro robore & viribus. Cic. 8, Philip. Quos cēturiones pugnaces & lacertosos inter mimorum & mimarum greges collocavit.

Lăcesso, is, act. t. lacessivi & lacessi per syncopen, & lacessisse ꝓ lacessivisse, & lacesserunt pro lacessiverunt. Provoco, irrito, incito. [הסית hesith העיר hehir. ἐρεθίζω, ἄρχω, ... Gall. Irriter, agacer, provoquer. Ital. Provocare, incitare. Ger. Reitzen, außbieten. Bel. Terwecken/tergen/ ... Hisp. Provocar à desafiar. Pol. Draznie, wyzywam. Vng. Bosszontam, ingerlem, faraszton. Ang. To provoke, to edge to wrath.] Etiam in bonam partem accipitur quàm in malā, Terent. in prologo Evnuchi: Is ne erret moneo, & desinat lacessere. Cicer. Hos ego sermones, qui & multi sunt, & tuam existimationem (ut sentio) non offendunt, lacessivi nunquam: id est, excitavi, inquit Budæus. Salust. Pridie legiones in monte positas lacessivit. Cicer. Cornificio: Si igitur facies, meque amabis, & scripto aliquo lacesses. Ego enim respondere faciliùs possim, quàm provocare. Virgil. 3. Aeglog. Efficiam, posthac ne quenquam voce lacessas. Salust. Postremò dissimulandi causa, sive expurgandi, sicuti jurgio lacessitus foret, in Senatum venit. Colum. lib. 2. cap. 2: Nunquam stimulo lacessat juvencum, quod retractantem, calcitrosumque reddit.

Lăcessŏr, passivum, Provocor, petor. [Pol. Drażnią mnie, wyzywanie. Vng. Ingerlétetem, bozzontatom.] Cicero 3. de Orat. Testis sæpè non lædit, nisi lacessatur. Idem pro Pompeio: Nationes quas nunquam pop. Roman. neque lacessendas bello, neque tentandas putavit. ¶ Legitur & lacessiri per quartam verb. declinationem, ab indicativo lacessior: quemadmodum accerso dicimus, & accersio.

Lăchănŏn, Olus. [ירק jerek. λάχανον. Gall. Herbe à manger. Ital. Herba da mangiare. Ger. Kraut das man isset. Hisp. Ortaliza. Pol. Chwast. Vng. Laboda. An. All maner of pott hearbes.] Horat. lib. 1. Serm. Saty. 6: Ad porri & ciceris refero lachanīq; catinū.

Lăchănŏpōlă, pen. prod. [λαχανοπώλης. Pol. Chwastowny przekupien. Vng. Paré laboda árós. An. A seller of hearbes.] Olerum venditor. Et Lachanopolis, λαχανοπῶλις, mulier olera vendens.

Lăchănŏpōlium, pen. prod. n.s. [λαχανοπωλεῖον. Vng. Paré, laboda piacz. Angl. The hearbe merkate.] Forum olitorium: hoc est, locus vendendis oleribus destinatus.

Lăchănizo, as, are. [λαχανίζειν, βλακεύειν. Gall. Estre lasche, mol & failli. Ital. Esser lasso, molle, debole. Germ. Faul und träg sein. Hisp. Ser molle, ser flacco, muelle. Pol. Gnusnieie. Vng. El jankadok. Ang. To be feble and fainte.] Languere. Sueton. in August. ca. 87: Et betizare pro languere, quod vulgò lachanizare dicitur.

Lachrymă, mę, f.p. [דמעה dimhah. Gal. Larme. Ital. & Hisp. Lagrima. Ger. Ein trähen. Bel. Een Traene. Pol. Lza. Vn. Köny. An. A teare.] à Græco δάκρυον, d in l mutata: cujus rei argumento illud esse potest, quòd vetustissimi dachrymas dicebant, servato d. Festus. Dachrymas ꝓ lacrymas Livius sæpè posuit: nimirum quòd Græci δάκρυα appellant. Sunt tamen qui negent hoc nomen Græcum esse, sed Latinum, à lacerando, ut sint lacrymæ dictæ, quasi lacerrimæ, quoniam ex animi laceratione lacrymæ cientur. Quicquid id est, constat certè absque aspiratione esse scribendum. Est autem lacryma, humor ex fluentiū oculis manās. Quintil. lib. 4. cap. 2: Solet nonnunquam movere lacrymas ipsa confessio. Ovid. li. 2. Metam. Perfudit lachrymis, & aperto pectore fovit. Cicero in Partit. Citò arescit lacryma, præsertim in alienis malis. Idē 1. de Invent. Lacryma nihil citiùs arescit, οὐδὲν ξηραίνεται θᾶττον δακρύου, ex Apollonio dictum: quòd vehemens affectus facilè vertitur in fastidium & satietatem. ¶ Lacrymæ arborum dicuntur, autore Theophrasto, ipse humor naturalis, quem interdum ipsæ arbores foris ostendunt, vel qui in ipsis interioribus partibus continetur. Plin. in Procem. lib. 23: Lacryma vitium, quę veluti gummi est, lepras & lichenas & psoras nitro antè præparatas sanat.

Lacrymŭlă, diminutivum. [δακρύδιον. Gall. Petite larme, larmette. Ital. Picciola lagrima, lacrimetta. Ger. Ein Zeäherlein. Hispan. Pequeņna lagrima. Pol. Lezka. Vngar. Könyeske. Angl. A litle teare.] Ter. in Evn. Hæc verba una mehercule falsa lacrymula, Quam oculos terendo miserè vix vi expresserit, Restinguet.

Lacrymo, as, penult. corrept. n.p. & Lacrymor, aris, d.p. Ploro, fleo, fletu prosequor, lacrymas effundo, aut profundo. [דמע damah בכה bachah. δακρύω. Gall. Larmoyer, plourer, jetter larmes. Ital. Lagrimare, piangere. Germ. Weynen, greynen. Hisp. Lagrimar, llorar con lagrimas. Pol. Płaczę. Vng. Sirok, könyezék. An. To weepe.] Terent. in Adelph. Ob, lacrymo gaudio. Ovid. 3. de Arte amandi: Quò non ars penetrat? discunt lacrymare decenter: Quóque volunt plorant tempore, quóque modo. Lacrymat id: hoc est, ob id. Terent. in Evnuch. Num id lacrymat virgo? Cicer. 7. Verr. Ecquis fuit quin lacrymaretur? Ovid. 13. Metam. -manuque simul veluti lacrymantia tersit Lumina. ¶ Lacrymare etiam dicuntur plantæ, quum humor ex eis distillat. Plinius libro 17. cap. 14: Ideò lacrymantes calamos inseri non oportet, non hercule magis quàm aridos. ¶ In qua significatione interdum invenitur post se habere accusativum. Lactan. in Hymno Dominicæ resurrectionis: -lacrymat sua gaudia palmes.

Lacrymātŭs, a, um, participium à lacrymor. [מספד mispadh נבכה nibcheh. δεδακρυμένος. Gal. Larmoyé. Ital. Lacrimato. German. Geweinet. Hisp. Lagrimado, llorado. Pol. Płacząci. Vn. Siratatott. An. That is weeped for.] Ovid. lib. 1. Fastor. Nondum pertulerat lacrymatas cortice myrrhas Acta per æquoreas hospita navis aquas.

Lacrymātĭo, f. t. Fletus, defluxio. [בכות bachuth בכה bechah מספד mispedh. δάκρυσις. Gal. Larmoyement, pleurement. Ital. Esso lacrimare & piagnare. Ger. Weinung. Hispan. Lloro con lagrimas. Pol. Płacz. Vng. Siras, könyezés. An. A weeping with teares.] Plinius in Procemio libri 15: Genarum scabiem emendat, oculorumq; lacrymationes.

Lacrymōsŭs, a, um, Abundans lacrymis [בכה bechch. δακρυώδης. Gal. Plein de larmes. Ital. Pieno di lacrime. Germ. Voll trähern vñ weinens.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

weinens. Hisp. *Lleno de lagrimas.* Pol. *Pl'aczliwi.* Vng. *Kônyes.* An. *Full of teares.*] Plin. lib. 17. cap. 28: Quin & vitium radicibus aquam salsam jubent affundi, si sint lacrymosæ. Carmen lacrymosum, Ovid. lib. 5. Trist. Fumus lacrymosus: hoc est, provocans lacrymas, Horat. 1. Serm. Satyr. 5. Funera lacrymosa, Ovid. Epist. 13. Risus lacrymosus, Stat. lib. 7. Thebaid.

Lacrymōsē, adverb. [*μετὰ δακρύων, δακρυωδῶς.* Gal. *Avec larmes, en larmes.* Ital. *Lacrimosamente.* German. *Kläglichen/in gestalt der trähern.* Hisp. *Con lagrimas, llorosamente.* Pol. *Pl'aczliwie.* Vng. *Kônyvezve.* Ang. *Weepinglie, as though a one weepeth.*] Plin. lib. 16. cap. 43. Stamineam hoc usu probant venam, & vocant fertilem argumēto similitudinis, quoniam lacrymosè crispa.

Lacrymābĭlĭs, le, Lacrymas commovens, miserabilis: [*πολυδάκρυος.* Gal. *Qu'on doit plourer, digne d'estre plouré.* Ital. *Cosa per laquale si deve piangere.* Ger. *Kläglich/jämerlich/das einem die trähen angewinnt.* Hisp. *Cosa digna de ser llorada.* Pol. *Pl'aczliwi, smutni.* Vn. *Siralmas.* An. *To be lamented and weeped for.*] ut Bellum lacrymabile. Ovid. 8. Metam. Læter, ait, doleamne geri lacrymabile bellum. Idem 2. Metam. Vixq; tenens lacrymas, quia nil lacrymabile cernit.

Lacrymabundus, a, um, Ferè lacrymans. [*δακρύων ἐοικώς, δακρυρροῶν.* Gal. *Tout esploré, larmoyant à grosses gouttes.* Ital. *Pieno di lacrime, fondato in lacrime.* Ger. *Weinend / greinend.* Hisp. *Lleno de lagrimas.* Pol. *Pl'aczacy.* Vn. *Kônyvezvén, siro félbe levô.* An. *Weeping, readie to weepe.*] Liv. 3. ab Vrbe: At ille lacrymabundus: Gratum est, *inquit*, crastina die vestra opera utar.

Lăcĭnĭă, laciniæ, f. p. in vestimento pars extrema, & cæsuræ particulatim concisæ, decoris causa, inquit Sipontinus, à lacerando dictum. [כנף *chenaph.* *ἱματίου τὸ ἄκρον μέρος, κράσπεδα.* Gal. *Le bord ou le plis d'un habillement chiqueté & frangé.* Ital. *Orlo delle veste, frangie, merli crespe, falde delle veste.* Ger. *Die zerhauwenen zäserlein zu eusserst an den säumen der Kleyderen.* Hisp. *Falda à trepa ò orilla de la vestidura.* Pol. *Kleu wsukuie ktori wiazysz mnim niecgo nasienia item, fal'd.* Vn. *Tsoha hasitékia perimie.* An. *A garde of a garment cutt, an hemme, a fringe.*] Laciniæ sunt in vestimento partes extremæ, quas interdum in humerum solemus rejicere, quibusq; in sinum collectis, aliquid gestare consuevimus: ita dictæ, ut Festus indicat, à lacerādo, quòd sint partes quędam & segmenta vestem dividentia. Plautus in Mercat. At tu ædepol sume laciniam, atq; absterge sudorem tibi. Cicero Tironi: Videor enim videre te ementem rusticas res, cum villico loquentem, in lacinia servantem ex mensa secūda semina. ❡ Colum. lib. 8: Iubet pecus ægrotū distribui in lacinias.i. in particulas separari, ut faciliùs convalescant. Nam discreta animalia & in partes divisa, in lacinias segregata dicuntur. Lacinia tenere dicuntur, qui leviter rem tenent: hoc est, extrema vestis ora. Cic. li. 3. de Orat. Nam illud alterum genus quod est tēporibus, locis, rebus definitum, obtinent, atq; id ipsum lacinia.

Lăcĭnĭātŭs, adjectivū: [Pol. *Vfaldowani.* Vng. *Perémbs.* Angl. *That hath a fringe or welte.*] unde laciniata vestis: id est, sinuosa.

Lăcĭnĭātim, adverb. Particulatim & separatim. [Pol. *Rozdzyelnie.* Vn. *Darabonkent, szeggatua.*] Apul. Non laciniatim dispersa, sed cuneatim stipato commeatu, difficultates illas transabiremus.

Lăcĭnĭōsŭs, sa, sum, Amplus & sinuosus: [*ὁ ἐκ κροσσωτῶν.* Gall. *Qui a des plis.* Ital. *Pieno di falde.* Ger. *Faldechtig/weit.* Hisp. *Lleno de haldas.* Pol. *Fal'dzysti, fayduki.* Vn. *Sm', hasadekos, kebeles, peremes.* An. *Iagged, full of plaittes, hemmed, fringed.*] ut Vestis laciniosa. Sermo laciniosus: id est, flexuosus, multisq; ambagibus involutus. ❡ Plinius Alexandriam laciniosam fuisse scribit: hoc est, extensa vestium laciniis similem, lib. 5 cap. 10: Metatus est eā Dinocrates architectus plurib. modis memorabili ingeñio. XV.M. passuum laxitate inserta, ad effigiem Macedonicę chlamydis, orbe gyrato laciniosam, dextra lævaq; angulosa procursu. Laciniosa folia, Plin. lib. 25. cap. 10.

Lăcĭnĭōsă onera apud Tertul. lib. 4, contra Marc. Multiplicia & quæ homines occupationibus distinebant, sicuti impedit ingressum vestis laciniosa. Sermo apud eundem lib. de virginibus velandis pro diffuso.

Lăcĭo, is, lacui & lexi Prisciano, & in supino lacitum, & lectū, significat in fraudem duco: ab obsoleto nomine lax, quod fraudē significat [פתה *pittah* רמה *rimmah.* *δελεάζω.* Gal. *Tromper, mener quelqu'un pour le tromper.* Ital. *Menare alla mazza.* Ger. *Entführen zu betriegen/ anlocken.* Hispan. *Guiar el engaño, ò por enganar.* Polon. *L'udzę abom oszukal'.* Vngar. *Meg tsalom tsalardsagla ejtem.* Ang. *To allure and deceive.*] Festus, lacit: id est decipiendo inducit. Lax enim fraus est. Simplex tamen lacio desiit esse in usu. ❡ Ejus composita sunt Allicio, delicio, illicio, oblicio, pellicio: ex quibus fiunt frequentativa, Allecto, delecto, electo, illecto, oblecto, pellecto, & habent quidē duo pręterita, Prisciano teste, & duo supina, quemadmodum lacio: quamvis ab elicio, elicui solùm inveniatur. Quòd faciat de se frequentativum electo, videtur aliquādo etiam habuisse prçteritum elexi, & supinum electum. Plaut. in Asin. Ibo adversum, atq; electabo quicquid illud sit. Cætera usitatiùs præteritum per xi, & supinum per ctum faciunt: ut, Allicio, allexi, allectum: Pellicio, pellexi, pellectum. Legitur tamen & præteritum pellicui apud antiquos. Livius Andronicus in Laudam: Te illo Asiatico ornatu fluens pellicuit.

Lacon, Author est Pollux, generosos esse canes Laconicos, Arcadicos, Argolicos, Celticos, Ibericos. Tradunt antiquitus Laconicos canes ex vulpibus canibusq; progenitos, & ob id Gręco vocabulo vocari *ἀλωπεκίδας*, quasi à vulpe Vulpicanes. Col. lib. 7. cap. 12. Laconici canes. Lege Alopecides.

Lăcōnĭcum, ci, n. f. Hypocaustū, vaporariū. [*λακωνικόν.* Gal. *Estuve.* Ital. *Stuffa.* Ger. *Ein ort in 8 badstub/ an welchē man trocken schwitzet.* Hisp. *Lugar enel baño para sudar.* Pol. *Wanna do suchego pocenia.* Vn. *Gôz, fürdô.* An. *A fire, an hoat house or drie bayne.*] Locus in balneis orbiculari ambitu in se recurvo, quo sudor elicitur sicco calore, ut docet Cels. lib. 2. Vitruv. lib. 5. præcipit laconicum, sudationesq; conjungi debere tepidario. Est enim fornacula ex terra & tegulis mamatis addito tomento concinnata, quæ incluso igne per spiracula parva calefacit per præfurnium laconici. Frequentabatur laconicū à crudis, ut per desudationem exuggeretur quicquid excrementitii & sudorifici humoris in corpore resedisset. Colu. in præfat. lib. 1: Mox deinde ut apti veniamus ad gancas, quotidianam cruditatem laconicis excoquimus: & exucto sudore sitim quærimus. Dictū laconicū, quòd eo Lacones præcipuè utebantur.

Lăcōnĭsmŭs, mi, m. f. Breviloquētia, brevitas in dicēdo. [*λακωνισμός.* Gal. *Vn parler bref & court.* Ital. *Parlar breve & corto.* Ger. *Ein kurtze Red.* Hisp. *Hablar breve.* Pol. *Mowa krotka a krotka mowa.* Vn. *Rôviden valo szollas.* Angl. *A brieffe short forme of speaking.*] Tractum à Lacedæmoniorum moribus, quib. prolixa loquacitate nihil erat odiosius. Cic. ad Brutum li. 11: Sed quid ago? nō imitor laconismū tuū: altera jam pagella procedit.

Lacryma, ę. Lacrymo, as, vide LACHRYMA & LACHRYMO.

Lāctāntĭă, Celsus vocat omnia quæ lac emittunt, vel pro iis quæ vulgò *Lacticinia* dicuntur, accipit, vel pro cibis lactantis.

Lactāria. Tithymali masculus, Diosc. lib. 4. cap. 168.

Lactidiaci, sunt quæ circa umbilicum calce percussi sunt: quia ea pars delicata & mollis est, aut quia intestina circa umbilicum esse noscuntur, *λεπτουργίας.*

Lactōris, Herba est oleæ folio, sed minore, & flore luteo: intùs plena lactis, quod gustatum vomitiones concitat. Eadem esse putatur aut certè simillima illi quæ militaris herba appellatur: quoniam vulnus ferro factum nullū non sanat intra quinque dies ex oleo imposita. Plin. lib. 29. cap. 18.

Lactūcă, æ, pen. prod. f. p. Herba acetariorū usu notissima, à lacte dicta, quòd abundantia lactis exuberet. [ירק *moris. θριδαξ.* Gal. *Laictue.* Ita. *Lattuca.* Ger. *Lattich ein kraut.* Hisp. *Lechuga.* Pol. *Sal'ata.* Vn. *Saláta.* An. *Lattice or lettuce.*] Pli. li. 19. ca. 8: Quędam conis appellatur à copia lactis soporiferi, quanquam somnū parēre credātur. Apud antiquos Italię hoc solùm genus earū fuit: & ideò lactucę nomē adeptę. Lactucarū aliæ sunt Cecilianæ, aliæ Cappadoces. Itē Tartesiacæ, Paphię sive Cyprię & Sessiles. Lactucarū crispas Cappadocas vocāt. Sessiles, quæ latè per terrā diffunduntur, quæ & Laconicæ dicūtur, teste Plin. li. 19. ca. 8. Martial. li. 13: Claudere quæ cœnas lactuca solebat avorum: Dic mihi cur nostras incipit illa dapes? Horat. lib. 2. Serm. Satyr. 4: nam lactuca innatat acri Post vinū stomacho.

Lactūcŭlă, æ, diminutivum. [*τὸ θριδάκιον.* Gal. *Petite laictue.* Ital. *Picciola lattuca.* Ger. *Ein lattichlein.* Hisp. *Pequeña lechuga, lechuguina.* Pol. *Sal'atka.* Vn. *Salatátska.* An. *A litle lettuce.*] Colu. lib. 10: Iam teneris frondens lactuca fibris.

Lăcūnă, vide LACVS.

Lăcŭs, us, m. q. Locus profundus cū aquis perpetuis ibidē natis, efficiens rivos & flumina. [ברכה *berechah* אגם *agam. λίμνη, λάκκος.* Gal. *Vn lac.* Ita. *Lago.* Ger. *Ein See.* Hisp. *El lago que tiene agua viva.* Pol. *Iezioro.* Vn. *A lack.*] Differtq; à stagno, quòd hoc ad tēpus habeat aquā stagnantē, quæ plerunq; hyeme colligi solet, ęstate siccari: lacus aqua sit perpetua & perennis. Virg. 4. Geor. Iamq; domū mirans genitricis, & humida regna, Speluncisq; lacus clausos, lucosq; sonantes. Idem 8 Aeneid. deinde lacu fluvius se condidit alto. Col. lib. 6. cap. 105: Nec ulla re magis gaudet quàm rivis, atq; cœnoso lacu volutari. ❡ Et lacus dicitur vas amplum in quod mustum pedibus prælove expressum influit. [יקב *jekeb.* Gall. *Vn grand vaisseau à recevoir le vin qui coule du pressoir.* Ital. *Vaso nel quale cade il vino dal torchio.* Germ. *Der Botchen oder Zuber in welchen der Most ab dem Trotte bett oder Kälteren laufft.* Hispan. *La tinaja.*] Col. lib. 12. cap. 19: Antequam præla vinacea subjiciantur, de lacu quàm recentissimum addito mustum in amphoram novam, eamq; oblinito & impicato diligenter. Ovid. in Fastis: Præmia de lacubus proxima musta tuis. Varro lib. 1. cap. 54: Quæ calcatę uvę erunt, earum scalpi cū folliculis subjiciendi sub prælum, ut si quid reliqui habeant musti exprimatur in eundem lacum. Græcè *λάκκος* etiam dicitur. Vnde Lenęus Bacchus, & Lenobates, ut a

tri, uvæ calcator. ¶ Lacubus itẽ distinguuntur granaria, ut separatim quæq; legumina ponantur, Col. lib. 1. cap. 6. ¶ Interdum lacus accipitur pro trabe plana in ædificiorũ contignationibus, vel pro tignorum interstitio, lacuũ quandã similitudinem referente. Lucilius: -resultantq; ędesq; lacusq;.

Lăcuscŭlus, diminutivum, [λακκίσκος. Gal. Vne petite fosse. Ital. Fossetta. German. Ein Wassergrüblein. Hispan. Pequenna tina, lagunaio. Pol. Iejorko. Vngar. Tanatska. Ang. A litle pitte or ditche.] Col. lib. 12. cap. 50: Oportet habere lacusculos tam multos quàm postulabit modus olivæ.

Lăcūnă, æ, pen. prod. à lacu fit, & est aquę collectio, vel fossa (ut Festus docet) in qua aqua collecta stare consuevit. [גבא gheb. Gall. Lacune, fosse. Ital. Aqua morta, laguna. Ger. Ein Pfütze / ein tamach. Hisp. Laguna de agua reposada, lagunaio. Pol. Kal, ogągruba, dol. Vngar. Vex allo, verbin potsolyo. Angl. A ditche where water standeth, a hole lower then the residew.] Virgil. libro 1. Georg. Præsertim incertis si mensibus amnis abundans Exit, & obducto latè tenet omnia limo, Vnde cavæ tepido sudant humore lacunæ. Vbi Servius: Lacunæ sunt fossæ in quibus collecta aqua stare consuevit. ¶ Hinc in agris lacunæ dicuntur fossæ ad siccãdos agros paratæ. Virg. lib. 3. Georg. Et totæ solidam in glaciem vertere lacunæ. ¶ Lacuna pro quacunque etiam exigua fossa sive concavitate accipitur. Varr. 2. de Re rust. cap. 7: His majores qui sunt intelligi negant posse, præterquam quũ dentes sunt facti brochi & supercilia cana, & sub eis lacunę, ex observatu dicunt cum equũ habere annos sedecim. ¶ Lacuna in pavimẽto pro loco sidente ponitur à Vitruvio lib. 7. cap. 1: Lacuna item dicitur in iis rebus ex quibus aliquid ad perfectionem & impletionẽ desit, ut in libris lacunæ dicuntur loca hiantia & mutilata, in quibus ad perfectionem nõnihil desideratur. Hinc, Explere lacunam rei familiaris, per translationẽ est sarcire damnum acceptum vel rem familiarẽ exinanitam explere, & redintegrare. Cic. Actio. 2. in Verr. Censores fecerunt idem, quod in nostra Rep. solẽt ii, qui per largitionẽ magistratus adepti sunt: dederunt operam, ut ita potestatem gererent, ut illam lacunam rei familiaris explerent. ¶ Item vallecula superioris labri per similitudinem lacuna vocatur à Lactantio. ¶ Lacuna in auro id est, adulteratio, vel fraus, vel legitimi valoris imminutio. Cic. Att. Vide nequa sit lacuna in auro. ¶ Hujus diminutivum est Lacunula.

Lăcūnōsŭs, a, um, adject. Inæquale, lacunis plenũ, imperfectũ, inexpletum. [ἐγκοιλώδης, τὸ ἀμμώδης. Gall. Plein de fosses, ou fossettes, creux par cy par là. Ital. Pieno di fosse. Ger. Grubechtig / pfützechtig. Hispan. Lleno de lagunas o canas. Pol. Kał ujśli pel'ni dol'ow. Vn. Potsolyos patakos. Ang. Full of ditches or holes, not even.] Cicer. 2. de Natur. deor. Quid pulchrius ea figura, quæ sola omnes alias figuras complexa continet, quæq; nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest, nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum!

Lăcūno, as, penultima producta, Lacunar facio, vel lacunaris similitudinem rei alicui induco. [φατνόω, οὐρανίσκωσ. Gall. Planchéier de pieces caues ou creuses. Ital. Far travatura. German. Bretterschlagen. Hispan. Labrar de saquicami. Polon. Podasijak ejnie, frejsi. Vng. Meg vermbibem. Angl. To laye with plankes and make some partes lower then the residew.] Ovid. 8. Metam. -molli tellus erat humida musco Sũma lacunabant alterno murice conchę.

Lăcūnātŭs, a, um, Ad lacunæ formam depressum. [ὁ ἐν τῷ κοιλώδει, κοιλώδης. Gall. Cavé & fait comme vne fosse, creux. Ital. Cavato, a foggia di lago. Ger. Grubechtig / eneben. Hisp. Cavado, labrado de saquicami. Pol. Dolowati, nierowni. Vng. Vermes, potsolyos. An. Made hole wise like a ditche.] Plin. libr. 15. cap. 10: Intùs exiles nucleos lacunatis includi toris.

Lăcūnăr, aris, penultima producta, n. t. Contignatio exsculpta, tignorum interstitiis, lacuum sive lacunarum quandam similitudinẽ referens. [דיהיר rahit. φάτνωμα, οὐρανίσκος. Gal. Les cheurons ou plancher d'vne maison, ou le lambris du plancher. Ital. Travatura che soffitta la fabrica. German. Die bühne oder vertäfelung eines jeden Gemachs. Hispan. El sobrado o entresuelo hecho en guisa de lagunas o lagunajo, o labrado de saquicami. Polon. Pietr, tafflowanie wnie kcomm gmachu. Vngar. Menyezet avagy menyezet vesses. Ang. A beame in an house.] Sueton. in Neron. Lacunaria quæ noctu super dormientem, laxata machina deciderent, paravit. Horat. lib. 2. Carm. Non ebur neq; aureũ Mea renidet in domo lacunar. Cic. 5. Tusc. In hoc medio apparatu fulgentẽ gladiũ, è lacunari seta equina appensum demitti jussit. ¶ Eadẽ & laquearia dicuntur. Virg. 1. Aen. -depẽdent lychni laquearib. aureis.

Lada, Plinio, λῆδον Dioscoridi, Frutex est ex cysthi generibus, longioribus foliis, & nigrioribus, quæ verno tempore pingue quiddã & roscidum contrahunt, quod caprarum barbis adhærescit, indeq; depexũ colatur, cogiturq; in offas. Id Ladanũ appellant, in Cypro insula præcipue laudatũ. Plin. li. 12. ca. 17.

Ladanum, λάδανον, Est quiddã pingue ladæ herbę insidẽs, barbisq; caprarũ adhærescẽs. Hęc autẽ herba nascit in Cypro. Vide Plin. li. 12. c. 17. Et quæ suprà annotavimus in dictione Lada.

Lædo, is, si, sum, per æ diphthongum, act. t. Verbo, factóve aliquem offendo, comminuo, verbero, pulso. [הכה hichchah, βλάπτω. Gall. Blesser, nuire, offenser, faire tort. Ital. Offendere, far dispiacere. Ger. letzen / schädigen mit worten oder werken. Belg. Stoten / quetzen / schade doen. Hisp. Dannar e lisiar. Pol. Obrażam a'n alivo rye czenu. Vng. Meg seridem. Angl. To annoye or hurt.] Quod verbum quidam à Græco λοιδορῶ tractum putant, quod significat maledictis & convitiis quempiam incessere. Et construitur ferè cũ accusativo. Virgil. 10. Aeglog. ah ne te frigora lædant. Terent. in Adelph. Ille clemens placidus, nulli lædere os, arridere omnibus. Cicer. pro Cluent. Itaque diutiùs suspicionibus obscuris lædi famam suam noluit. Ovidius 4 de Ponto, Elegia 6: At si quem lædi fortuna cernis iniqua, Mollior est animo fœmina nulla tuo. ¶ Hujus composita sunt Allido, collido, elido, illido, oblido, quę habent penult. prod. De quibus vide suis locis.

Læsŭs, participium, Vulneratus: [מכה muchcheh, βλαβείς. Gall. Offensé. Ital. Offeso. Ger. Verletzt. Hispan. Dannado, lisiado. Pol. Obrażony. Vngar. Meg sertedt. Angl. Annoyed, wounded.] ut, Corp. vulnere læsum, Ovid. 12. Metam. Fœdus læsum, Virgil. 12. Aen. Pudicitia læsa, Ovid. Epist. 5.

Læsĭo, onis, f. t. [מכה machchah, βλάβη. Gall. Offense, nuisance. Ital. Offesa. German. Verletzung. Hispan. El dannio o lision. Pol. Obrażenie. Vng. Meg sertés, sérelem. Angl. Annoying, hurting.] Cic. 3. de Orat. Purgatio, conciliatio, læsio, optatio, atq; execratio.

Læsūră, æ, f. p. Detrimentum & dispendium, Cũm aliquid de re familiari nostra amittit, jactura. [Pol. Vtrata. Vn. Kar vallas.] Tertull. de patientia: Læsuras quoq; earũ cõputandas nõ esse.

Læmargĭă, [λαιμαργία. Vng. Tobzodas.] Crapula, voracitas, & ventris ingluvies. Læmargus, λαίμαργος, vorax, helluo. Sed hæc satiùs fuerit è Græcolatino Lexico petere. Hoc enim nihil pertinent, quippe quæ neque Latinis in usu sunt, neq; nostris literis scribi consueverunt.

Læmuschatŏn, [λαιμοσχάτων. Pol. Zisk z zarzniecia adwersarza. Vng. Hasartosok iutalma.] Præmium quod reportabant qui e gladiatorio ludo victores extitissent. λαιμός enim est guttur: σχάζω verò venam seco: quasi præmium illud gladiatoribus daretur ob jugulationem. Præmium autem Græcis erat ex Demosthene & Suida, centum minæ.

Lænă, lænæ, f. p. Vestis lanea (testibus Varrone & Festo) habitus duplicis, quæ super cætera vestimẽta imponebat. [χλαῖνα. Gall. Vne sorte d'habit double duquel vsoyent les augures, aussi les gens d'armes en hyuer. Ital. Habito de gli antichi, usato da gli auguri & da soldati. Ger. Ein oberkleid / oberrock. Hispan. Cierta vestidura antica de soldados. Polon. Kossulia na przeciwne fzato dwo na sprocie oblecżona. Vngar. Felső szőr (avagy) fel ső ruha. Ang. A double wollen garment which men of warre vsed in winter.] Nonius putat esse vestem militarem, Virgilii autoritate innixus. 4. Aeneidos: -Tyrioque ardebat murice læna Demissa ex humeris. Pertusa læna, Iuven. Satyr. 5. Cicero de Claris orat. docet, lænam etiam fuisse vestis genus, qua Flamines uti solebant, quum sacrificia facerent: Quum Consul (inquit) esset, eodemq; tẽpore sacrificium publicum cũ lęna faceret, quòd erat Flamen carmentalis, plebis cõtra Patres concitatione & seditione nunciata, ut erat læna amictus, ita venit in concionem.

Lætŭs, a, um, Qui hilaritatem, quam intùs habet, etiam vultu ostendit: à latitudine mẽtis, ut quidam putant, alacer, volens, hilaris. [שמח sameach שש sas. ἱλαρός, χαρμόσυνος, γηθόσυνος. Gall. Ioyeux, gay. Ital. Alegro, lieto. Germ. Frölich. Belg. Blijde. Hisp. Alegre. Polon. Wesoły. Vngar. Vig. Ang. Glad, ioyous.] Nam qui gaudium aspectu promunt, dilatare quodammodo faciem videntur. Virgil. 4. Aeneid. Imperio læti parent. Lætas oves (ἰφια μῆλα Homero) dicimus quæ pingues sunt ac bona corporis habitudine. ¶ Lætæ segetes: id est, fertiles. Virgil. 1. Georg. Quid faciat lætas segetes. Idem: Vnde prius lætum siliqua quassante legumen. Læta verò prata, læta domus, quæ lætos nos sua amœnitate reddunt. ¶ Lætum aliquando pro festinus invenitur usurpatum pro celeri: fortassis quòd in quæ læto animo aggredimur, celeritate utamur. Virg. lætus Eurus equis. ¶ Accipitur præterea lætus pro fausto & felici. Plin. lib. 8. cap. 47: Sunt enim delubra gemina, alterum in quo lætum est, in altero, dira portendit.

Lætē, adverb. Iucundè, & hilariter: cui opponit Severè [ἱλαρῶς, ἀσμένως. Gall. Ioyeusement, gayement. Ital. Allegramente, lietamente. Ger. Frölichen. Hisp. Alegremente. Pol. Wesolie. Vn. Vigan. Ang. Gladlie.] Quint. lib. 8. cap. 3: Concitate dicere an moderatè, an severè, &c. Lætius frondere, lætiùs fructificare id est, ubiùs, apud Colum. lib. 5. cap. 9. & Plin. lib. 16. cap. 31.

Lætantĕr, lętè [ἱλαρῶς. Vng. Vigan.] Cic. Lætanti animo Hadrianus in Commodo: Quod Commodus lætatetur accepi.

Lætŏr, taris, d. p. Gaudeo, delectationẽ capio, me oblecto, lætitia perfundor, lætitiam percipio. [שמח sameach שש sas. χαίρω, εὐφραίνομαι. Gall. S'esiouir, prendre plaisir. Ital. Allegrarsi. German. Frölich seyn / sich frewen. Belg. Blijd zijn. Hisp.

Ale-

Alegrarse, hauer plazer. Pol. *Wesele sie.* Vn. *Vigadok, örwlök.* An. *To reioyce, to be glaid.*] Terent. in Heavton. -ego nõ tàm meapte causa Lætor, quàm illius quam ego scio honore quovis dignam. Conjungitur cum ablativo, idq; vel cum præpositione vel sine, & cum accusativo. Nam lætari dicimus de aliqua re, aliqua re, & aliquam rem: quanquam postremum dicatur rarius. Cic. 2. de Divinat. An. Cn. Pompeium censes tribus suis Consulatibus, tribus triumphis, maximarum rerum gloria lętaturum fuisse, si sciret se in solitudine Aegyptiorum trucidatum iri? Cicero ad Marium: Vtrunq; lætor: sine dolore corporis te fuisse, & animo valuisse. ¶ Invenitur etiam cum genitivo. Virg. lib. 11: Nec veterum memini, lætórve malorũ. ¶ Hinc Collætor, simul lætor *συνευφραίνομαι*.

Lætans, tis, participium. [שמח *saméach* שש *sas* χαίρων, εὐφραινόμενος. Gall. *Qui se resiouit.* Ital. *Chi si allegra.* German. Frölich/sich freuwend. Hispan. *El que se alegra.* Polon. *Wesselaci sie.* Vngar. *Örwendö, vigadó.* Angl. *He that is glaid and reioyceth.*] Cicero pro Cluent. Itaque nubit Oppianico continuò Sassia lætanti animo, & spe optima confirmata.

Lætandum. Cic. pro lege Manilia: Atque illud in primis lætandum mihi esse video. Salust. Tamen lætandum magis quàm dolendum casum tuum puto.

Læto, lætas, Lætum facio, lætifico, lætitia perfundo, lætitiam & gaudium affero. [שמח *simméach* השיש *hesis.* εὐφραίνω. Gall. *Rendre ioyeux, resiouir.* Ital. *Far allegro.* Ger. Frölich machen/erfreuwẽ. Belg. Blijde maken. Hisp. *Alegrar à otro.* Pol. *Obweselam.* Vn. *Meg vidamitom, örwendeztetem.* Ang. *To make glaid.*] Accius Pelopidis, ut citat Nonius: Et te ut triplici lętarẽ bono. Antiquũ est.

Lætifico, as, act. p. idem. [שמח *simméach* השיש *hesis.* εὐφραίνω. Vng. *Meg vidamitom.* Ang. *To mak glade.*] Plaut. Ita meum cor hęc anus lætificavit modo. Cic. 2. de Nat. deor. Cõtrahit terrã, tum vicissim lætificat, ut cum cœlo hilarata videatur.

Lætificor, aris, d. p. Lætor, lætus sum. [שמח *saméach* שש *sas.* χαίρω, γήθομαι. Gal. *Estre ioyeux, s' esiouir.* Ital. *Essere allegro.* Germ. Frölich sein. Hispan. *Ser alegre.* Polon. *Wessele sie.* Vngar. *Meg vidulok.* Ang. *To reioyce, to be glaid.*] Plaut. Aul. Nunc eo alii lætificantur meo malo, & damno.

Lætificus, ca, cum, lætitiam faciens. [משמח *mesamméach.* εὐφραντικός. Gall. *Qui resiouit.* Ital. *Chi rallegra.* German. Das frölich macht. Hispan. *Que alegra.* Polon. *Wesselie czyniacy.* Vng. *Vigassághozo, (zbród.* Angl. *That maked glade.*] Cicero 1. Tusc. ex antiquo poeta.

Lætifico, is, n. t. Prisci dixerũt, pro lætus fio. [שמח *saméach* שש *sas.* εὐφραίνομαι. Pol. *Wesselie sie.*] Sisenna lib. 4. apud Nonium Marcell. Vtrumne dii cultu erga se mortalium lætificant, an superstitiæ gentes humana negligant.

Lætitia, lætitiæ, f. p. Est exultatio animi (ut definit Gell. libr. 2. cap. 27) cum gaudio efferventiore, propter eventum rerũ expetitarum, gaudium, voluptas. [שמחה *simchah* ששון *sason.* εὐφροσύνη, γηθοσύνη, χαρά. Gall. *Liesse, ioye, resiouissance.* Ital. *Letitia, allegrezza.* Ger. Fröud. Belg. Blijdtschap. Hisp. *Alegria.* Pol. *Wesselosc.* Vng. *Öröm, vigasság.* Ang. *Glaidenesse, ioye.*] Cicer. 4. Tusc. Lætitia, opinio recens boni pręsentis in quo efferri rectum videatur. Et propriè lætitia est, quũ ita movetur animus, ut etiam ad exteriora egrediatur, & maximè in vultu: gaudiũ, quum animus exhilaratur aliqua re, neq; tàmen ad exteriora diffunditur ultra modũ, ut facilè appareat. Hinc dicunt Stoici Gaudium in sapientem cadere posse, lætitiam non posse. Vide GAVDIVM. Cicer. in Catil. Hic tu qua lætitia perfruère? quibus gaudiis exultabis? quanta in voluptate bacchabere? Prosequi aliquem lætitia, Quint. lib. 5. cap. 11.

Lætitudo, inis, f. t. Lætitia. [שמחה *simchah* ששון *sason.* χαρμοσύνη, χαρά. Vngar. *Öröm vigasság.*] Accius in Bacchis, ut citat Nonius: Quanta in venando affectus est lætitudine.

Lætabilis, om. t. Lætitia dignus. [χαρτός. Gall. *Dequoy on se resiouit, digne de resiouissance.* Ital. *Degno che ogniuno si rallegri.* Ger. Frewens wert/frembentlich. Hispan. *Cosa digna de alegria.* Polon. *Wesselia godni.* Vng. *Örvendetes, vigasságra méltó.* Ang. *Where of one is glade.*] Cic. lib. 1. Tusc. Quod ut ita sit (nihil enim pugno) quid habet ista res aut lætabile, aut gloriosum? ¶ Inde Illætabilis, contrariæ significationis.

Lætamen, inis, n. t. Fimus qui per agros jacitur, quòd lætas: hoc est, pingues segetes faciat. [דמן *dómen.* κόπρος. Gall. *Fiens pour fumer la terre.* Ital. *Letame.* Germ. Mist so man auff die acker thut. Hisp. *Estiercol para estercolar la tierra.* Pol. *Gnoi ktori naroliewiwoia.* Vngar. *Gané, ganéjai.* Angl. *Donge.*] Plin. libr. 18. cap. 16: Ipsumque pro lætamine est.

Læva, æ, f. p. Manus sinistra dicitur. [שמאול *semól.* ἀριστερά. Gall. *La main senestre, ou gauche.* Ital. *Mano sinistra, manca.* Germ. Die lincke hand. Hisp. *La yzquierda mano.* Pol. *Lewicza.* Vng. *Balkéz.* Ang. *The left hand.*] Vnde & Scævolæ nomen tractum est à Græco σκαιός, quod sinistrum significat. Cicero 4. Academ. Quum autem lęvam manum admoverent, &c. Virg. 4. Aeneid. Lævam cuncta cohors remis ventisque petivit. Livius 4. ab Vrbe: Dextra montibus, læva Tyberi amne septus.

Lævus, a, um, Sinister. [שמאלי *semáli* שמאל *semól.* ἀριστερός, εὐώνυμος. Gall. *Gaucher, senestre.* Ital. *Sinistro.* Germ. Linck. Hisp. *Siniestro o yzquierdo.* Pol. *Po lewei stronie.* Vng. *Balog.* Ang. *Left handed, left.*] ut Læva manus, apud Cicer. 1. Acad. Lævus humerus, Ovid. 6. Metamorph. Lævum cornu, Cæsar 3. Com. ¶ Per translationem accipitur pro inauspicato & infœlici. σκαιός. Virg. 1. Aeglog. -si mẽs nõ læva fuisset. Idem lib. 4. Georg. -siqua Numina læva sinunt, auditq; vocatus Apollo. ¶ Lævum tamen fulmen quum dicimus, prosperum significamus, εὐώνυμον. propterea quòd quæ nobis sinistra sunt, superis sint dextra. Hetrusci cœlum in sedecim partes diviserunt: è quibus octo ab exortu sinistras, totidem econtrariò appellavère dextras. Hinc omnia fulmina læva existimantur esse prospera: quoniam à læva parte mundi ortus est, sicut scribit Plinius. Et (ut autor est Cicer. 2. de Divinat.) optimum auspicium habebatur apud Romanos, quod sinistrum fuerat. Vnde Virgilius antiquitatis consultissimus dixit: Intonuit lęvum, quod fœlicitatem portendere credebatur.

Lævorsum, versus lævam. [Polon. *Zbiewei stroni.* Vng. *Balkis felé.* Angl. *Towardes the left side.*] Apuleius verò Floridor. libr. 1: Cùm igitur aquila eo sese extulit, nutu elementi lævorsum vel dextrorsum.

Lævis, ve, cum diphthongo in priore syllaba, Planus, politus, glaber, tactu mollis. [חלק *chalák.* λεῖος. Gall. *Vni, poly, aplani, doux au toucher.* Ital. *Polito, liscio, dolce, molle.* Germ. Glat. Belg. Effen. Hisp. *Cosa lisa, polida, y sin pelos.* Pol. *Gl'atki.* Vng. *Sikes.* An. *Light, plane, polished, smooth slike.*] Virgil. 7. Aen. At lævem clipeum sublatis cornibus Io Auro insignibat. ¶ Accipitur aliquando pro glabro & depilato. Pers. Sat. 1: Trossulus exultat tibi per subsellia lævis. Virg. 6. Aegl. Et sæpè in lævi quæsisse cornua fronte. Tibul. lib. 1. Eleg. 8: Charior est auro juvenis, cui lęvia fulgẽt Ora, nec amplexus aspera barba terit. Ovid. 1. de Arte amandi: Fœmina quid faciet, quum vir sit lævior ipsa?

Lævitas, atis, f. t. est Asperitati contraria. [חלקה *chelkah.* λειότης. Gall. *Vne douceur qu' on sent en touchant quelque chose qui n' est point rude.* Ital. *Vna vgualezza che da piacere toccando.* Ger. Glatt. Belg. Effenheyt. Hisp. *Aquella lisura o rasura.* Polon. *Gl'adkość.* Vng. *Könyűség, álhatatlanság, simaság.* Ang. *Smoothnesse, plainnesse, lightnesse.*] Martianus: Lunarem circulum ingressa Virgo conspicatur globosum quoddam tenerumque corpus è superioris lævitate compactum, instar speculi pendentis. ¶ Accipitur interdum lævitas pro lubricitate. Celsus libro 4. cap. 16: Ex torminibus interdum intestinorum lævitas oritur, quæ continere nihil possunt, & quicquid assumptum est, imperfectum protinùs reddunt.

Lævor, oris, m. t. Lævitas, contraria Asperitati. [חלקה *chelkah.* λειότης. Pol. *Glatkość.* Vng. *Simaság.* An. *Smoothnesse, slikenesse.*] Plin. lib. 13. cap. 12: Spectãtur in chartis tenuitas, densitas, candor, lęvor. Idẽ lib. 9. cap. 35: Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, lęvore, pondere, &c. De unionibus. ¶ Cornutus in Persium: Lęvor pro mollitie & suavitate dixit: Talia, inquit, carmina facis, quæ mollitie & lævore suo inoffensa defluant.

Lævigo, as, pen. corr. act. p. Complano, polio, quasi lęve ago. [החליק *hechelík* קלקל *kalkál.* λεαίνω. Gall. *Aplanir, rendre uni.* Ital. *Polire, spianare.* Ger. Glenen/glat machen. Belg. Effenen. Hisp. *Alisar o acepillar o acicalar.* Pol. *Gl'adze.* Vng. *Meg simitom, gyalulom.* Ang. *To make smoth and slike.*] Plin. Sunt quidam in eo genere molliores, qui & cote lævigantur. Idem libr. 13. cap. 12: Scabritia chartæ lævigatur dente.

Lævo, as, Lævigo. [החליק *hechelík* קלקל *kilkél.* λεαίνω. Pol. *Ogl'adzam.* Vng. *Meg simitom.* Ang. *To mak smoth.*] Stat. libr. 1. Theb. Pars teretes lævare manu, ac dispõnere mensas. Celsus: Lævat, quæ exasperata sunt.

Lævatus, tior, tissimus. [Vngar. *Könyű.*] Gellius libro 17. cap. 8: Ad coëundum ideo videntur faciliora, quæ lævatiora, læviaque sunt.

Lăganum, ni, pen. corr. n. s. [רקיק *rakík* כסנין *cissanim.* λάγανον. Gall. *Bignet ou crespet.* Ital. *Lasagna.* Germ. Ein gattung küchlein oder ein pastet. Hispan. *La lasaña.* Polon. *Twarogowe placzek, obartuch.* Vngar. *Saytos, pogácsa, turós bélés.* Ang. *A pancake or fritter.*] Placentæ genus ex farina aqua subacta, addito caseo, aliisque condimentis, simul in pingui jure decoctis. Lagana (inquit Acron) sunt quædam quasi membranulæ ex farina & aqua, quæ jure pingui coctæ, & caseo, pipere, croco, cinnamoque conditæ, in cibis dantur.

Lăgari. λαγαροί, Versus dicuntur, qui medio claudicant pede: sicut myuri, qui postremo: & acephali, qui à brevi syllaba incipiunt. Ex Hermolao.

Lăgena, æ, f. p. Genus vasis testacei, ad vinum præcipuè accõmodatum. [חמת *chémeth* אשישה *aschischáh* בקבוק *bakbúk* כלי נבל *keli nébel.* οἰνοφόρος. Gall. *Vn flaccon ou vne bouteille.* Ital. *Vn fiasco o barletto.* Germ. Ein legel oder flesch. Hisp. *Baril de vino.* Pol. *Flasse, l'agwicza.* Vng. *Dalásk.* Angl. *A flagon or bottell.*] Colum. Omnis spurca-

nia spurcitia cum spumis eximatur, quæ decocta quum tam crassa fuerit quàm desitum, refrigeretur, & bene picatis lagenis condatur. Plaut. in Curc. Quasi tu lagenam dicas, ubi vinum solet Chium esse. Mart. lib. 7. Nulla catenatis pila est præcincta lagenis. Idem libr. 1: Et nigri Syra defruti lagena.

Lāgunculā, æ, f. p. diminutivum, Parva lagena. [λαγυνίδιον. Pol. λαγηνάκι. Vng. Palaszkenka. Angl. A little flagon.] Plin. in Epist. Proinde quum venabere, licebit autore me, ut panarium & lagunculam, sic etiam pugillares feras. Cicero Attic. lib. 6. Ita invitatæ sunt quinque lagunculæ matronarum, &c. sed Imagunculæ est legendum.

Lagenium pharmacum quoddā sic inscriptum apud Actium hydropisis idoneum, sermone 10. cap. 26.

Lāgeōs λαγῴος, Genus uvæ, quæ & leporaria dicitur. [Vng. Gelaj, haur.] Virgil. 2. Georg. Et passo Psythia utilior, tenuisque lageos. Servius.

Lāgides, Lege lepus terrestris.

Lāgium. Vide CAMBIO.

Lāgōis, pen. prod. λαγῷος, Genus avis quę leporinas habet carnes. Nam λαγῷοι apud Græcos lepus est. ¶ Est & genus piscis. Horat. 2. Serm. Satyr. 2: pinguem vitiis, albumque, nec ostrea, Nec scarus, aut poterit peregrina juvare lagois.

Lāgophthālmōs. [λαγόφθαλμος. Pol. Charoba tego kszi pomocnymi oczami. Vn. Fölüli szem hasonlók följ szemüdüli.] Dicitur apud Celsum oculorum vitium, quum superior palpebra nō descendit. Cui vitio contrarium est ectropium, quum inferior palpebra parum suillum attollitur, nec cū superiore commiscetur. Dictum à leporibus qui apertis oculis dormire consueverunt.

Lāgopus, pen. prod. [λαγόπους. Gall. Vn certain oyseau ayant les pieds velus comme ceux d'un lievre. Ital. Vccello co' i piedi peloso come la lepre. Ger. Ein Hüechenn: oder Stombenn die in boden Nesten sind. Hispan. Cierta ave que tiene los pies peludos como la lebre. Kanyarmó, miely alpami chomoszus. Vng. Caryai fejd. Ang. A certaine birde with rough or heary feet like the feet of an hare.] Avis est Alpina de qua sic scribit Plin. lib. 10. cap. 48. Et præcipuo sapore lagopus: pedes leporino villo nomen hoc dedere, cæterō candidæ, columbarum magnitudine. Martial. libr. 7. Si meus aurita gaudet lagopode Flaccus. ¶ Est etiam Lagopus herba quædam à pedis leporini similitudine. [Vngar. Nyul láb.] Plin. lib. 25. 8. Lagopus sublit alvum è vino pota, aut in febri ex aqua. Nascitur in segetibus.

Lāgotrophia. [λαγοτροφία. Pol. Sadj nöiny. Vn. Nyul tarto. Ang. A rabbit-nurse.] Leporaria suatrid est, loca in quibus lepores aluntur. Vtitur hac voce Colum. lib. 8. cap. 1.

Lāicōis, a, um, pen. cor. [λαϊκός, ἰδιώτης. Gall. Qui n'est point clerc. Ital. Che non è clericato. Ger. Ein Leyenmenschen/ gemein. Hisp. El seglar o de clerigo. Pol. Pospolitis ojciec wiek, y nie posmienpanu. Vng. Közönséges, parasztos. An. Of the common people.] Quod commune est, & non sanctum: hoc est, quod attrectabile est, sicut sacrum & sanctum dicimus, cujus tactu populo interdictum est. Nunc Latini vocamus quasi populares & profanos, qui sacris initiati non sunt. Budæus.

Lālisio, onis. Pullus onagri. [λαλίσιον ὄνειον, vel λαλίσιον πῶλον. Gall. Petit asnon sauvage. Ital. Asinello selvatico. Germ. Ein junger Wildesel. Hispan. El hijo del asno silvestre. Polon. Zdrebie osła dzikiego. Vngar. Vad szamár szkicza, sza. Ang. A little wyllde asse.] Martial. Dum tener est onager, solaque lalisio matre Pascitur, hoc infans, sed breve nomen habet.

Lālārē. Antiqui dixerunt pro dormire, de infantibus loquentes: quod inde ductum inquit Cornutus, quòd nutrices cùm infantes dormire volunt, ita Lalla, lalla, lalla dicere soleant. [Polon. Lolanie albo spać. Vngar. Bölgetni el alunni.] Persius Satyr. 5: Et similis regum pueris papare minutum Poscis, & ictarus mammæ lallare recusas? Ex quo loco Persii antea male hic legebatur, Lallare veteres dixisse pro lac sugere. Ilt enim à Persii sententia hoc alienum & à Cornuto ejus interprete rejectum.

Lāma, æ, f. p. Aquarum collectio est, interprete Festo, quæ & lacuna dicitur. [λίμνη. Pol. Kesztyu. Vng. Vrs, allas.]

Lāmæ, λίμναι. Rupium fracturæ.

Lāmbō, is, bi, mum, act. 1. Prisciano. Lingo, lingua leviter aliquid tango. [לחך lachakh לק lak. λάπτω, λαμβάνω. Gall. Lapper comme font les chiens en beuvant. Ital. Lecare. Ger. & Belg. lecken. Hisp. Lamer, lamber. Pol. Lizać. Vng. Nyalom. Ang. To lape, or licke.] Lucil. libr. 14: Iucundasq; puer qui lamberat ore placentas. Col. lib. 8. cap. 17: Nam quia dentibus carent, aut lambunt cibos, aut integros hauriunt: mandere quidem non possunt. Mart. lib. 14: Lambere quę turpes prohibent tua prandia muscas, Alitis eximię cauda superba fuit. Idē lib. 6: Sit placidus licet, & lambat digitosq; manusq;. Virg. pro leviter tangere 3. Aeneid. Attollitq; globos flammarū, & sydera lambit. ¶ Interdū pro leviter alluere. Horat. lib. 1. Carm. Vel quæ loca fabulosus Lambit Hydaspe. ¶ Ponitur etiam aliquādo pro circundare aut tegere. Pers. Satyr. 1: Palladiamque relinquo pyrenem illis quorum imagines lambunt Hederę sequaces. Virgil. 2. Aeneid. -tactusque innoxia molles Lambere flamma comas. ¶ Allambo, compositum, vide suo loco.

Lāmellā. Vide LAMINA.

Lāmentōr, aris, d. p. Deploro, defleo, lachrymo, fleo, & ipsa voce dolorem ostendo. [קונן konen בכה bakah בכה bacah אבל sapheth אבל abal. θρηνεῖν, ἀλαλάζειν. Gall. Lamenter, bricaire & crier de douleur & ennuy qu'on a. Ital. Lamentarsi, dolersi. Germ. Klägliche weynen/ heulen/ wehklagen. Belg. Klaegelyck weenen. Hisp. Llorar con voces gritando. Pol. Lamentować, płacze. Vn. Sirok. Ang. To weepe, to lament, to bewail sor.] Terent. in Andr. Quæ tum mihi lamentari præter cæteras visa est. Idem in Phorm. Modò quādam vidi virginem hic vicinæ: Miseram suam matrem lamentari mortuam. ¶ Cicer. 1. Tusc. pro lamentatione dignum aliquid efferret: Nam hæc quidem vita mors est quam lamentari possem si liberet. Idem 1. de Orat. Lapides me hercule omnes flere ac lamentari coegisset.

Lāmentātūs, ta, tum, particip. [נסטר nisphadh νενοῳμένος. Gall. Lamenté. Ital. Lamentato. German. Klägtich beweynt. Hispan. Llorado. Polon. Opłakany. Vngar. Siratott. Ang. Lamented sor.] ut, Fata diu lamentata, Silius lib. 13.

Lāmentārīo, f. t. Est, ut Cic. 4. Tusc. docet, ægritudo cū ejulatu. [נסטר nisphadh בכה bakah בכה bechah. θρῆνος, ὀλολυγμός. Gall. Lamentation. Ital. Lamento. Ger. Wehklagung/ das klägtich weynen. Hisp. Llanto con voces. Pol. Płacz lamentliwy. Vng. Siralom, sirás. Ang. Lamentation, or bewayling.] Cic. de Senect. Solonis quidē sapientis elogium est, quo se negat velle suā mortem dolore amicorum, lamentisque vacare. Virg. 4. Aeneid.

Lamentis, gemitusque & fœmineo ululatu.
Tecta fremunt, resonat magnis plangoribus æther.

Lāmentābilīs, bile, om. t. Quod est dignum multa lamentatione. [πολύκλαυστος. Gall. Digne de lamentation, lamentable. Ital. Lamentevole. German. Klägtich/ beweynens wert. Hispan. Cosa digna de ser llorada. Polon. Opłakania godna. Vngar. Siralmas, siralmas-mādta. Ang. Lamentable, worthie to be bewayled.] Virgil. 2. Aeneid. Trojanas ut opes, & lamentabile regnum Eruerint Danai. Cicer. 2. de Legib. Postquam, ut scribit Phalereus, sumptuosa fieri funera lamentabilia cœpissent, Solonis lege sublata sunt. Lamentabili voce deplorare, Cic. 2. Tusc. Carmē lamentabile, Statius 5. Sylv.

Lāmentātīvūs, a, um, Quod ingerit lamentationem. [θρηνώδης. Gal. Plaureux, qui esmeut à lamenter. Ital. Cosa che muove à lamentare si. Ger. Das einl zu weynen bewegt. Hisp. Cosa que hace llorar. Pol. Do płaczu pobudzający. Vng. Siralmas. Ang. That moveth to lamentation.] Plaut. in Capt. Quæ ædes lamentariæ mihi sunt.

Lāmīnā, pen. cor. f. p. Metalli cujusvis finitum in latitudinem ductū: crassius tamē quàm bractea. [לוח lūbah לוח lūbat לוח pach. λάμνη. Gall. Lame, plastron, une table ou bande large & assez estoffe, fait de cuivre ou autre metal. Ital. Lama piastra. Germ. Ein tonnen oder blat von einem metall. Hispan. La lama ò hoja de metal. Polon. Blacha rozklepana. Vng. Darab, bányaszinnak darabja. Ang. A plaite or thinne piece of any metall.] Liv. 3. bell. Pun. Etiam tria signa cū titulo laminæ æneæ inscripto. Manitium pro militibus, qui, &c. Cæs. 2. bel. Civil. Eo super tigna bipedalia injiciunt, eaque laminis clavisque religant. Cicero 4. Verr. Quid quum ignes, candentesq; laminæ, cæteriq; cruciatus admovebantur?

Lāmellā, æ, diminutivum. [λαμνίον, λάμνιον. Gall. Petite lame. Ital. Lama picciola. Ger. Ein blechtein. Hisp. Pequeña lama ò hoja de metal. Pol. Blaszka. Vng. Bányaszinnak darabocskája. Ang. A little plaite of metall, as goldfeyle.] Vitruvius lib. 7. cap. 3: Speculum argenteum tenui lamella ductum. Seneca: Majorum dierum partem in eruginosis lamellis consumit.

Lāmnā, pro lamina, apud Horat. libr. 2. Carm. Nullus argento color est avaris Abdito terris, inimice lamnæ Crispe Sallusti, nisi temperato Splendeat usu.

Lāmium. Vrticæ genus mitissimum, prorsusque innoxium, quam Vrticam mortuam herbam appellant. [Polon. Pokrzywa martwa. Vngar. Holt csalan. Angl. Archangell, an herbe called dead nettle.] Plin. lib. 21. cap. 13: Quæ innoxia est, morsu carens, lamium vocatur.

Lāmpās, adis, pen. cor. f. t. Fax. [לפיד lappidh. λαμπάς. Gall. Vne torche ou vn flambeau. Ital. Lampada. Ger. Ein ampel / fackel oder kerz. Hispan. La lampara. Polon. Pakiła, kaganiec. Vngar. Lampás. Ang. A lampe, a torche.] λάμπειν τῷ λάμπειν, quod est splēdere. Virg. 9. Aeneid. Princeps ardentem conjecit lampada Turnus. ¶ Frequenter

quenter tamen sumitur pro instrumento, in quo ellychnium accensum oleo fovemus, quod & lychnū pensilem vocamus: [Pol. *Lampa.*] ut apud Iuvenalem Satyr. 3: Aenea lampas. Col. lib. 12. cap. 18: Ferreis lampadibus ardentibus calefiunt. Ovid. 12. Metam. Lampadibus densum rapuit Funale coruscis. ¶ Est etiam Lampas genus facis in aëre existens, Plin. lib. 2. cap. 26: Duo genera faciunt: Lampades vocant planè faces: alterum bolidas: quale Mutinensibus malis visum est, Vulgus *faces ardentes*, vel *lanceas ignitas* vocent. ¶ Lampada cursu tradere, elegans est proverbium, quo quis significatur partes suas quasi successione in alium transferre. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 16: Sed ô Merula, Axius noster ne dum hoc audit, physicam addiscat, quòd de fructu nihil dixit: nunc cursu lampada tibi trado. Tractum à consuetudine lampadophororū, qui in certamine lampadodromico, si lampadē ad metam inextinctam nō pertulissent, eam alteri tradebant.

Lampas, Lychnis sylvestris apud Diosc. lib. 3. cap. 114.

Lampetra, træ, f. p. Genus piscis, à lambendis petris nomen sortiens, *μύραινα*. Hos pisces nonnulli Murænas vocant. Vide Mustela. Diversa enim est Muræna à Lampetra.

Lamputa, Romanæ hieraciæ herba: apud Diosc. lib. 3. cap. 70.

Lampsana, *λαμψάνη*, Olus est sylvestre inter segetes: de quo Plin. lib. 19. cap. 8. ubi lampsana & cyma sylvestris appellatur.

Lampyris, idis, f. t. Vermiculus noctu lucens, nitedula noctiluca. [*λαμπυρίς.* Gall. *Vne petite mouche ou petit ver qui reluit de nuict, luserne.* Ital. *Lucciola.* Germ. Ein wurm oder mug so zu nacht scheint. Hisp. *La luziernaga.* Pol. *Z'oti robaczek wnocy swiecąci.* Vng. *Ejjel tündöklö fergetske, fenlö bogaratska (az, ez) mintegyem.* Ang. *A gloe worme that shyneth by night.*] Plin. lib. 11. cap. 28. Lucent ignium modo noctu laterum & clunium colore lampyrides, nūc pinnarū hiatu refulgētes: nūc verò cōpressu obumbratæ: nō ante matura pabula, aut post defecta cōspicuæ. Idē l. 18. c. 26: Estq; signū illius maturitatis, & horū sationis cōmune, lucētes vespere per arva cicindelæ: ita appellāt rustici *stellantes volantes*. Græci verò *λαμπυρίδας*, incredibili benignitate naturæ.

Lamyrus, Piscis ex genere lacertorū, apud Plin. lib. 32. cap. 11.

Lana, æ, f. p. Quod de ovibus detondetur, aut deciditur, à laniando: laniare enim scindere est. [צמר *tzémer.* *ἔριον.* Gall. *Laine.* Ital. & Hisp. *Lana.* Germ. Wollen. Pol *Wełna.* Vng. *Gyapiu.* Ang. Wooll.] Scinditur autem nunc lana quæ velli solebat: unde à vellendo vellus dicebatur. autore Varrone. Cic. 2. de Orat. Quando ad me venis cum tua colu & lana? Virgil. 2. Georg. Quid nemora Aethiopum molli canentia lana? Ovid. 1. de Arte amand. Consule de gemmis de tincta murice lana, Consule de facie, corporibusque diem. Sunt qui à lævitate: hoc est, à mollitie lanam dictam putent. Est autem in sola ove lana: nam cæteræ quadrupedes pilos aut setas habent.

Lanicutis, e, vocabulū poetica fictum licētia à Laberio: qui sic scribit de ariete: Reciprocicornē, lanicutem, vestitrabum: quæ omnia poëtica sunt, ut tardigrada, domiporta, & similia.

Lanaris, & hoc lanare, Quod habet lanam. [*ἐριώδης, ἐριοφόρος.* Gall. *Qui a ou porte laine.* Ital. *Lanoso.* Germ. Das Wollen tregt. Hisp. *Lanudo, de lana.* Polon. *Wełniany.* Vng. *Gyapiu.* Angl. *That hath or beareth wooll.*] Varr. lib. 2. de Re rust. cap. 19: Nos qui pecus pascimus lanare.

Lanarius, rii, m. f. Qui lanam curat. [*ἐριουργός.* Gall. *Celuy qui apprestre ou accoustre la laine.* Ital. *Lanaio.* German. Ein Wollen bereitter. Hisp. *El que obra lana.* Polon. *Wełna okrżi.* Vng. *Gyapjas.* An. *A woolwinder, one that occupieth or selleth wooll.*] Plaut. in Aul. Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius.

Lanatus, a, um. Lana tectus: [Gall. *Lanu, qui a ou porte laine.* Ital. *Lanoso, coperto di lana.* Germ. Wollechtig/das Wollen tregt. Hisp. *Cosa lanuda de lana.* Pol. *Wełna okriti.* Vn. *Gyapjas.* An. *That hath or beareth wooll.*] ut, Lanatæ oves, apud Col. libr. 12. cap. 1. Lanatę pelles, Col. lib. 6. cap. 1. Sed jaculi quibus copulantur. lanatis pellibus involuti sunt. Lanatæ vites, amineæ dictæ, quòd canescant lanugine. Col. lib. 3. cap. 2: Lanatam quoque amineam quidam maximè probant: quæ hoc vocabulum nō ideò usurpat, quòd sola ex omnibus amineis, verùm quòd præcipuē canescit lanugine.

Lanatior, tius. [Pol. *Wełnisti.* Vngar. *Gyapiasb.*] Plin. libr. 21. capit. 20: Hi & folia ejus thymo similia tradunt, nisi quòd molliora sunt & lanatiore canitie.

Laneus, a, um, adject. Quod est ex lana: [*ἐρεοῦς.* Gall. *De laine.* Ital. *Di lana.* Germ. Wüllin. Hisp. *Cosa de lana.* Pol. *Wełniany.* Vng. *Hyapiubol valo.* An. *Of wooll or wollen.*] ut, Pannus laneus. Plaut. in Milite: -caucasiam habeas ferrugineam, culturam ad oculos laneam. Laneum pallium, Cicer. 3. de Nat. deor. Lanea vitta, Propert. libr. 3. eleg. 6. Laneum latusculum: id est, latus mollissimum, Catullus ad Thallum.

Lanicium, cii, n. f. Lana vel lanæ proventus. [*ἔρια.* Gall. *Laine ou l'art & revenu d'icelle.* Ital. *Lana, prattica ò arte di lana.* Germ. Wollwerck. Hisp. *Lana, provecho ò arte de lana.* Pol. *Wełny zbieranie.* Vng. *Gyapiu bözige.* Angl. Working of wooll, the craft of making cloth.] Plin. lib. 6. cap. 17: Primi sunt hominum qui noscantur, Seres, lanicio sylvarum nobiles, perfusam aqua depectentes frondium canitiem. Virg. 3. Georg. Si tibi lanicium, curæ primùm aspera sylva, Lappæque tribulique absint. Vbi Servius: Lana, *inquit*, dicimus & lanicium, quemadmodum fuga & effugium.

Lanificium, cii, n. f. Lanæ opificium. [*ἐριουργία, ταλασία.* Gall. *Faict ou art d'accoustrer de laine.* Ital. *Lanificio.* Ger. Wollwerck arbeit mit der Wollen. Hispan. *Aquella obra de lana.* Polon. *Wełny przędzenie, y wygotowanie.* Vng. *Gyapiu mivelés.* Ang. *Spinning and carding, the art of making cloth.*] Plin. de rebus præclarè gestis Romanorum: Exinde Collatiam petunt, Lucretiam inter ancillas in lanificio offendunt. Colum. libr. 12. in proœmio: Nunc verò quum pleræque sic luxu & inertia diffluant, ut ne lanificii quidem curam suscipere dignentur.

Lanificus, Qui lanæ artem exercet. [*ἐριουργός, ταλασιουργός.* Gall. *Qui besongne de laine.* Ital. *Lanaiuolo.* Germ. Wollenarbeiter oder Wäber. Hisp. *El que obra lana.* Pol. *Wełny przędacz.* Vng. *Gyapiu tsinalo, tisztito.* Ang. *That worketh wooll.*] Martial. lib. 6: Si mihi lanificæ ducunt nō pulla sorores Stamina, nec surdos vox habet ista deos. Manū lanificam imponere pensis, Tibull. libr. 2. eleg. 1. Artis lanificæ doctissimus, Claudian. 2. in Eutrop.

Lanifer, a, um, Quod lanā fert, lanicute, lanigerum. [*ἐριοφόρος.* Gall. *Qui porte laine.* Ital. *Che porta lana.* German. Das Wollen tregt. Hispan. *Cosa que trae lana.* Polon. *Wełnę niosący.* Vng. *Gyapiu hozo, hordozo.* Angl. *That beareth wooll.*] ut Laniferę arbores. Plin. libr. 13. cap. 14: Aethiopia Aegypto contermina insignes arbores ferè non habet, præter laniferas.

Laniger, a, um, Quod lanam fert, lanifer. *ἐριοφόρος.* Eiusdem insulæ, inquit Plin. lib. 12. cap. 10.) excelsiore suggestu lanigeræ arbores alio modo quàm Serum. Virgil. 3. Georg. Lanigeros agitare greges, hirtasque capellas. Idem lib. 3. Aen. Lanigeræ comitantur oves, &c.

Lanipendia, mulier, quæ lanearium vestium textoribus lanam pendit ac distribuit, Pompon. in l. 31. D. de donat. inter vir. & uxor. Neque impedire quod in ea re uxor tanquam lanipendia fuerit, & viri negotium procuraret.

Lanoculus, Qui lana tegit oculi vitium, inquit Festus.

Lanosus, a, um. Lana abundans. [*ἐριώδης.* Gall. *Lanu.* Ital. *Lanoso.* Ger. Voll Wollen/ Wollechtig. Hisp. *Lanudo.* Pol. *Wełnisty.* Vngar. *Gyapias.* Ang. *Full of wooll.*] Colum. libr. 7. cap. 3: Eliges bimam, vasti corporis, cervice prolixa, prolixi villi, nec asperi, lanosi & ampli uteri.

Lanaria, æ, Herba est quam vulgus *Saponariam* appellat, inde nomen habens, quòd lanæ quæ ob pinguedinem colorem recipere non possunt, ejus succo eluantur. *στρούθιον.* Plin. libro 24. cap. 18: Herba lanaria ovibus jejunis data, lactis abundantiam facit.

Laneus lupus, Piscis est Timavi fluvii, qui idcirco laneus dicitur, quòd juxta hunc fluvium maxima ovium copia sit, optimusq; lanarum proventus. Martial. Laneus Euganei lupus excipit ora Timavi, Aequoreo dulces cum sale pastus aquas.

Lancea, æ, f. p. Hasta lōga quasi & equites & pedites utuntur. [חנית *chanith* כידון *kidon.* *λόγχη.* Gall. *Vne lance, pique ou iaveline.* Ital. *Lancia.* Ger. Ein glän/ein Schefflin. Belg. Een lans. Hispan. *Lancia, arma para pelear.* Pol. *Rohatina, oszczep.* Vng. *Lanfa, darda.* Ang. *A speare or iaveline.*] Quidam à ferri latitudine, alii à Græco *λόγχη* deductum putant. Gell. tamen lib. 10. cap. 30: Hispanicam vocem esse affirmat. Plin. libr. 15. cap. 30. de lauro loquens: Romanis præcipuæ lætitiæ victoriarumq; nuntia additur literis & militum lanceis, pilisq; fasces imperatorem decorat, &c. Tacitus: Disjectam fluitantemque testudinem lanceis, contisque testabantur, donec disjecta compage scutorū exangues prosternerent. Lucan. libr. 6: Nulla fuit non certa manus, non lancea fœlix. Festus autor est, lanceam olim à Lucullis vocatam fuisse luculleam. ¶ Lanceam etiam Budæus dicit esse spiculum venabuli vel jaculi.

Lanceola, diminutivum, cum accentu in antepenultima, Parva lancea. [*λογχίδιον.* Gall. *Petite lance.* Ital. *Picciola lancia.* Ger. Ein klein glän/spießlein. Hispan. *Pequenna lança, lanceta.* Polon. *Oszczepek, rohatinka.* Vngar. *Lanfatska.* Angl. *A litle speare or picke.*] Agnosce Calepini verbum, cujus nullum exemplum apud idoneos scriptores extat.

Lancearius, rii, m. f. Qui lanceam gerit. [*λογχοφόρος.* Gall. *Lancier ou piquier.* Ital. *Che porta lancia.* German. Der ein glän oder spieß führt/ein Lantzknecht. Hispan. *El lancero.* Polon. *Lanczknecht oszczep za kim nosząci.* Vngar. *Lanfás, dardas.* Ang. *That beareth a speare.*] Lancearii sunt ex Tranquillo, inquit Budæus, qui nunc vulgò *Picarii*, quasi spiculanii dicuntur.

Lanceatus, a, um, Lancea armatus. [*λογχωτός.* Gall. *Armé & garni de lance.* Ital. *Chi ha lancia, armato di lancia.* Ger. Mit einem glän oder spieß gewapnet. Hispan. *Armado de alança, alanceado.* Polon. *Oszczep za kim maiaci.* Vngar. *Lanfás, dardas.* Ang. *Armed with a speare.*] ¶ Lanceati etiam dicuntur, qui ictu lanceæ necantur. Iul. Firm-

Jul. Firm. Quicunque habuerint horoscopum in xxi. parte Tauri, lanceati orientur.

Lancea, f.t. Vasa lata & rotunda, minus excavata quàm patinæ, quibus caro tàm tosta quàm elixa apponitur. [קערות keharôth. πίνακες, μαζονόμοι, πίνακες. Gall. Grands plats, ou grandes escuelles. Ital. Piatti grandi. Ger. Weite vñ flache blatten oder teller. Hispan. Platos grandes. Pol. Szyrokie missa albo talerz. Vngar. Sik tal. Ang. Great brode plaites, chargers or potingers.] Iuvenal. Satyr. 5: Aspice quàm magno distendat pectore lancem, Quæ fertur domino squilla, & quibus undiq; septa Asparagis. Plaut. in Amph. Interea dum isti certant, in popinam divertendum est mihi, Lances detergã omnes, omnesq; trullas hauriam. Plin. li. 33: Lances è centenis libris argenti tunc supra quingentas numero Romę fuisse cõstat. Horat. 2. Serm. Sat 4: -digna nutritus grandes rotundas Curvat aper lances. ¶ Lances etiam in libra dicuntur duo illa vascula lanciũ escariarũ similitudine, in quorũ altero pondus, in altero verò res ponderanda imponit: unde & libræ bilances dictę sunt, q̃ duas habeant lãces. [αἱ πλάστιγγες, [illegible]. Gall. Bassins de balance. Ital. Scodelle della balanza. Ger. Die wagschüsseln. Hisp. Las escudillas de balança. Pol. Miski vvagi. Vn. Serpenyő merték. Ang. The basons of a balance.] Cic. lib. 5. de finib. Virtutis autem amplitudinem quasi in altera libræ lance ponere. Persius Satyra 4: Scis etenim justum gemina suspendere lance Ancipitis libræ. ¶ Lancem etiam vas esse rebus divinis aptum, docet Ausonius in monosyllabis, thuribula & pateræ: quæ tertia vasa deûm, lanx. Furtum per lancem & licium. Vide in voce licium.

Lancino, as, pen. cor. act. p. Lacero, vexo. [פרק parak האניר הטריש hiphrisch טרס parás. σπαράσσω, κατακνίζω. Gal. Pourfendre, piquer, deschirer. Ital. Lacerare. Ger. Stechen / zerreissen. Hisp. Despedaçar. Pol. Przepicham, targam. Vn. Tsipdo ibm, gyakdosom, szaggatom. Ang. To rent, to prick, to thrust thorowe.] Plin. lib. 11. cap. 34: Est & volucre canibus peculiare suum malum: aures maximè lancinans, quæ defendi morsu non queunt. Senec. Aliam inter leges celebrisque spectacula fori lancinavit.

Lanerum. Vestimenti genus ex lana succida confectum. [illegible] Festus.

Laneus, vide LANA.

Langa, æ, A Græcorum quibusdam animalis genus creditum est, quod & languriam appellarunt, circa Padum Italiæ fluvium vitam agens: cujus urinam Zenothemis in electrum putavit concrescere: quod tamen falsum esse constat, ut pleraque omnia quæ Græci scriptores de tota electri ratione prodiderunt. Plin. lib. 37. cap. 2: Alii dixêre langurium, & esse in Italia bestias langurias. Zenothemis langas vocat easdem, & circa Padum iis vitam affirmat.

Langula, species patinæ, sive catini est, Varroni latior, unde & langulam dictam putat. [Pol. Płaska missa. Vng. Sik talacka.]

Languor, guoris, m.t. Defectio virium, & remissio vigoris, & tàm de corpore, quàm de animo dicitur, debilitas, infirmitas. [דוי devái מדוה madhveh. [illegible]. Gal. Langueur, defaillance de force. Ital. Languidezza, illanguere. Ger. Krafftlosigkeit / schwachheit / unvermöglicheit. Belg. Machteloosheit. Hispan. Flaqueza con dolencia. Polon. Mdłość, osłabieie. Vngar. Erőtelenség, lankadas. Ang. Faynteness, weakenesse, infirmitie.] Cicero de Divin. 1: Animus quum languore corporis nec membris uti, nec sensibus potest, incidit in varia visa & incerta. Idem 4. Phil. Exspectatio legatorum quantum languoris afferat animis, quis non videt? Et lib. 1. Offic. Nihil autem magis cavendum est senectuti, quàm ne languori se desidiæque dedat. Plaut. in Asin. pro lassitudine posuit, quum ait:

Vbi sæpe ad languorem tua duritia dederis octo
Validos lictores, ulmeis affectos lentis virgis.

Langueo, es, gui, n. f. Deficio, infirmus sum, dissolvo, debilitor, infirmor. [נחלה nehlah אמלל umlal רפה raphah. [illegible]. Gall. Languir, venir en langueur, defaillir. Ital. Languire, essere debole. Ger. Schwach seyn / abnemmen. Belg. [illegible]. Hisp. Enflaquecerse. Pol. Słabieie, mocy zbiwam. Vn. El lankadok, erőtelenülök. Angl. To faynte, to loose his strenght.] ut Languens vox, apud Cic. 1. Offic. Idem in Pison. Quanquam languet juventus, nec perinde atq; debet, in laudis & gloriæ cupiditate versatur. Idem 1. Philippica: Quumq; languerem è via, & mihimet displicerem, nisi, &c. ¶ Interdum ponitur pro timere. Salust. in Catilinam: Quantò vos attentius ea agetis, tantò illis infirmior erit animus: si paulùm modò vos languere viderint, jam omnes feroces aderunt. ¶ Interdum pro otiosum esse. [illegible] Ibidem: Seq; si pauci adjuvarẽt, languentibus aliis, in curiam impetum facturum. ¶ Hujus verbi composita sunt, Elangueo, [illegible] à quo elanguesco, quod est valde debilitor. [illegible] Relangueo, à quo relanguesco, in languorem recido. Ovid. lib. 6. Metamorph. Imposito fratri moribunda relanguit ore. Claudian. lib. 1. Relanguere pro remissum esse posuit:

-vix ille pepercit,
Erubuitque preces, animusque relanguit atrox.

Languesco, n.t. Languidus, infirmus & debilis fio. [נחלה nechlah אמלל umlal רפה raphah. [illegible]. Gall. Venir en langueur, languir, perdre cœur, defaillir. Ital. Divenire languido, languire. Ger. Müd oder mügloß werden / krafftloß werden. Belg. Mat worden. Hispan. Enflaquecerse. Polon. Mdleie, słabieie. Vngar. El erőtlenülöm, lankadok. Angl. To waxe fainte or feble.] Cic. in Caton. Orator, metuo ne languescat senectute. ¶ Aliò transtulit Virgil. libr. 11: Purpureus veluti, quum flos succisus aratro, Languescit moriens.

Languefacio, act. t. Languorem affero, sive languere facio. [רפה rippah. [illegible]. Gall. Faire languir. Ital. Far languire. Ger. Müd oder krafftloß machen. Hisp. Enflaquecer à otro. Pol. Kłaboni [illegible]. Vn. El erőtelenithem, lankasztom. Ang. To mak feble or faynte.] Cic. de Legib. Incitare languentes & languefacere excitatos.

Languidus, a, um, Remissus, debilis, infirmus. [דוי davvai חלש challasch אמלל umlal. [illegible]. Gal. Qui languit, langoureux, lasche. Ital. Languido. Ger. Krafftloß / schwach / blöd / matt. Belg. Mat. Hispan. Flaco, por dolencia. Pol. Słaby, słabi, chory. Vng. Erőtelen, lankat. Ang. weake, feble, fainte.] Ovid. libr. 5. Fast. -violas atrere videres, Filaq; punicei languida facta croci. Cic. in Catil. Qui mihi accubantes in conviviis, complexi mulieres impudicas, vino languidi, confecti cibo, sertis redimiti, unguentis obliti, debilitati stupris, eructant sermonibus suis cædem bonorum atque urbis incendia.

Languidulus, la, lum, diminut. [illegible]. Gall. Un peu langoureux. Ital. Un poco languido. Ger. Etwas schwach / lampechtig. Hispan. Flaco un poco. Pol. Mdliwalim. Vngar. Erőtelenbécske, lankatacska. Ang. Somewhat faynte.] ut, Somni languiduli, Catullus Argon.

Languidè, adverbium. Cunctanter, otiosè, negligẽter. [illegible]. Gall. Laschement, langoureusement. Ital. Languidamente. Germ. Gemachsich / unfruchtsamlich / faullich. Hispan. Flacamente. Polon. Słabo, niedbalie. Vngar. Lankatul, erőtelenül. Angl. Feblelie, without quickenesse, or spirit.] Colum. libro 11. cap. 1: Hoc igitur custodire oportet villicũ, ne statim à prima luce familia cunctanter & languidè procedat. Cæsar libro 7. bell. Gall. Quod paulò incautius custodias in muro dispositas videbat suos quoque languidiùs in opere versari jussit, & quid fieri vellet, ostendit.

Langurium. [Polon. Bursztin. Vngar. Gyanta.] Quidam ex Græcis scriptoribus succinum appellarunt, quod putarent circa Padum fluvium bestias quasdam esse, langurias, sive langas appellatas, quarum urinam existimabant in succinum concrescere. Vide Plin. lib. 37. cap. 2.

Laniger, vide LANA.

Lanius, nii, m. f. seu Lanio, onis, m.t. Qui carnes vendit à laniandis pecoribus, quod eas cõcidat, lanietq;. [טבח tabbach. [illegible]. Gall. Boucher. Ital. Beccaro. Ger. Ein Metzger. Hisp. El carnicero. Pol. Rzeźnik. Vng. Mészáros. Ang. A butcher.] Plaut. in Capt. Dii immortales, ut ego collos prætruncabo tergoribus! Quanta pernis pestis veniet! quanta labes lardo? Quanta sumini absumedo! quanta callo calamitas? Quanta laniis lassitudo? quanta porcinariis? Varro 2. de Re rust. cap. 5: Lanii qui ad cultrum bovem emunt. Terent. Eunuch. Concurrunt læti mihi obviam cupedinarii, cetarii, lanii, coqui.

Laniena, æ, f. p. Officina in qua laniantur, ac venduntur carnes. [illegible]. Gall. Boucherie. Ital. Beccaria. Ger. Ein Metzig oder fleischhauß. Hisp. La carniceria. Pol. Jatki mięsne. Vng. Mészárszék. Angl. A slaughter house.] Plaut. in Epid. Per myropolia & lanienas, circumq; argentarias rogitando sum raucus factus. ¶ Accipitur etiam pro ipsa laceratione: à laniando, [illegible].

Lanionius, nia, nium, Quod ad lanium pertinet. [illegible]. Gall. Appartenant à boucher. Ital. Pertinente à beccaio. Ger. Das zu dem Metzger gehört. Hisp. Pertinente à carnicero. Pol. Rzeźnicy. Vn. Mészárosbéli, valo. Ang. That belongeth to a butcher.] Unde Lanionio more. [illegible] Et Lanioniæ mensæ, in quibus scinditur caro. Sueton. in Claud. Carnificem statim acciri cum machæra, mensaque lanionia flagitavit.

Lanio, as, act. p. Scindo, lacero, dirripio. [פרק parak סרף tardph קרע karah נתח nittach טרס parás. [illegible]. Gall. Deschirer, despecer. Ital. Fendere, stracciare. Germ. Zerstücken / zerhawen / zerreissen. Hispan. Hender despedaçar como carne. Polon. Rozszarpam, rozrywam. Vngar. El szaggatom. Ang. To rent, to quarter, to cutt in pieces.] Virg. lib. 3. Georg. -ipsique suos jam morte sub ægra Discissos nudis laniabant dentibus artus. Liv. 2. bell. Macedon. Et Formiis, duo lupi oppidum ingressi, obvios aliquot laniaverant.

Laniatio, laniatus, [Pol. Rozsiekanie. Vng. Szaggatás mészárlás.] Seneca 2. de Clementia: Et nullum certius quàm quod in Cædes hominum, & laniationes pervenit.

Laniatus, a, um, participium, Laceratus, discerptus. [נטרף niphrak מטרף mitráph [illegible]. Gall. Deschiré, despecé. Ital. Stracciato, sbranato, squartato. German. Zerhawen oder zerrissen und zerwegget. Hispan. Despedaçado. Pol. Rozszarpany, rozsiekany. Vng. El szaggattatot.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

ſzaggatatni. Ang. *Rent, or torned in pieces.*] Virgil. 12. Aeneid. Et roſeas laniata genas. Claſſis laniata, Ovid. Epiſt. 7. Capillos laniata, Idem Epiſt. 14. Hujus compoſitum eſt Dilanio, diſſeco, divello. διασπάω.

Lănĭātŭs, us, ui, m. q. Ipſe actus laniandi. [פֶּרֶק *pérek.* κρεουργία, σπαραγμός. Gall. *Deſchirement, deſpecement, eſquartellement.* Ital. *La ſtratio.* Ger. Zerhauung; zerreiſſung. Hiſp. *Obra de deſpedaçar como carne.* Pol. *Rozrarganie.* Vng. *El ſzaggatás.* Ang. *A renting or tearing in peeces.*] Cic. 1. Tuſc. Quid igitur mihi ferarum laniatus oberit nihil ſentienti? Plin. lib. 11. cap. 37: Ora apertiora laniatu viventibus. Idem lib. 8. cap. 40: Laniatuq; & latratu adactum, ut cogeretur fateri ſcelus.

Lănĭārĭum, rii, n. f. Laniena. [κρεωπωλεῖον. Gall. *Boucherie.* Ital. *Beccaria.* Ger. Ein Metzg oder Fleiſchhauß. Hiſpan. *La carniceria.* Polon. *Iatka mieſna.* Vngar. *El ſzaggatás.* Ang. *A ſlaughter houſe or boucheri shoppe.*] Varr. 2. de Re ruſt. cap. 4: Ignavū & ſumptuoſum eſſe qui ſuccidiam in carnario ſuſpenderit potiùs ab laniario, quàm ex domeſtico fundo.

Lănīſtæ, m. p. Præfecti ludi gladiatorii, magiſtri qui gladiatores inſtituebant exercebantque ad mutuam lanienam. [ὁπλομάχοι. Gall. *Maiſtres d'eſcrime.* Ital. *Maeſtri di ſchermire.* German. Fechtmeiſter. Hiſp. *Maeſtros que enſeñan à eſgremir.* Polon. *Szermierze.* Vngar. *Hásartos viadal meſter.* Ang. *A maiſter in feat es of armes, which teacheth to play with the ſworde.*] Hi familias habent domi ad gladiaturam exercendam: quas inſtituere, & mox paratas vendere ſolebãt muneratiis. Iuven. Satyr. 3: Hic plaudat nitidi præconis filius inter Pinnirapi cultos juvenes, juvenisque laniſtæ. ❡ Hinc Laniſtæ avium, dicti ſunt à Columella qui aves certaminibus præparabant.

Lănignŭs, a, um. veteres pro lanionio formarunt à lanio. Varro: Hoc intervallo primum forenſis dignitas crevit, atq; ex tabernis lanignis argentariæ factæ.

Lānūgo, ginis, pen. prod. f. t. Tenera quaſi lanę cujuſdam mollities, qualis in adoleſcentium genis, & in pomis quibuſdam cernitur. [ἴουλος. Gall. *Poil folet, barbe qui commence à venir.* Ital. *Prima barba, lanugine.* German. Das erſte vñ zarte barthaar/gauchhaar: item, Die Wollen an etlichen früchten. Hiſpan. *El vello, flueco, primera barba.* Pol. *Pierſze puſzczanie włoſſów, bierſzi mech.* Vn. *Mah, pih.* Ang. *The downe fethers ſuch as we ſee in pigeons when they ar hatched: alſo mos ſmoſſe in fruetes.*] Col. lib. 4: Lanatam quoq; amineam quidā maximè probant: quę hoc vocabulum non ideo uſurpat, quod ſola ex omnibus amineis, verū quòd præcipuè caneſcit lanugine. ❡ Ponit' aliquādo pro ſcrobe. Col. li. 4. c. 29: Nulla interveniente lanugine, quā excitabat antiqua terebra.

Lānūgĭnōſus, adject. [ὁ ἐξ χνοώδης, ἰουλώδης. Gall. *Qui a force barbe folette, force cotton ou mouſſe.* Ital. *Chi a muſco ſottile.* German. Der viel zarts haar hat. Hiſp. *Coſa llena de flueco ò vellos.* Pol. *Włoſiſty, mał nialły, mchowi.* Vng. *Mahos, pihes.* Ang. *Ful of cotton.*] Plin. lib. 22. cap. 2: Eſt & alia ſimilis, pſeudanchuſa ob id appellata, à quibuſdam verò, enchuſa, aut doris, & multis aliis nominibus, lanuginoſior, & minus pinguis.

Lănx, cis, vide ſuprà LANCES.

Laois aphesis, λαοῖς ἄφεσις: id eſt, populi miſſio, verba ſunt quæ dicuntur poſt expleta myſteria, quibus ſignificatur perfectam eſſe rem ſacram, & cuiq; liberam fieri abeundi poteſtatem, ſicut apud nos: Ite miſſa eſt.

Lăpăthum, n. f. [λάπαθον. Polon. *L'apian.* Vngar. *Keſeriv' lapu.* Ang. *A docke.*] herba eſt acidi ſaporis quæ à Latinis rumex appellatur. Multæ autem ſunt lapathi ſpecies, quas vide apud Plin. lib. 20. cap. 21.

Lăpis, idis, m. t. [אֶבֶן *eben* סֶלַע *ſelah*. Gall. *Pierre.* Ital. *Pietra, ſaſſo.* German. Ein Stein. Belg. Een Steen. Hiſp. *Piedra.* Pol. *Kamien.* Vng. *Kö.* Ang. *A ſtone.*] Quem Græci λίθον vocant, à nõnullis ita diſtinguitur à ſaxo, ut lapis mitior ſit, minorq;, ac tenerior: ſaxum majus, aſperius duriusq;. Hinc gemmæ lapides non ſaxa dicuntur. Plin. libr. 36. cap. 18: Nuſquam hic utilior, quàm in Italia gignitur, lapisque non ſaxum eſt. Idem: Eſt & viridis lapis, vehementer igni reſiſtens, ſed nuſquam copioſus: & ubi invenitur, lapis, non ſaxum eſt. Sed hæc profectò differentia non videtur cum Plinio convenire, qui nō magnitudine diſtinguit ſaxum à lapide. Nam etiam columnas ex uno lapide fieri, & Laocoontis ſtatuam ex uno lapide exciſam fuiſſe affirmat. Videtur itaque magis dicendum, ſaxum eſſe, quod ex rupibus vel lapicidinis excinditur: lapidem, qui è terra effoditur. ❡ Et quoniam apud veteres lapidibus milliaria deſignabantur, ponitur quandoque lapis pro milliario. Vnde legimus ad tertium, ad quartum lapidem. ❡ De lapide emptos quoque dicimus, qui publica auctione à præcone erant venditi. Nam priſco more præcones ex lapide & loco altiore facere præconium ſolebant: ubi mancipia quoque venalia, præconis voce proclamabantur. Columella libro 4: Non tamen excedunt ſeptem jugera, unius operam vinitoris, quem vulgus quidem parvi æris, vel de lapide noxium poſſe comparari putat. Cicero in Piſon. Tribunos de lapide emptos eſſe ait, qui mercede ſuam poteſtatem vendebant, ſuoq; imperio in gratiam eorum qui dabant, abutebantur: ſignificat autem homines viliſſimos, alludens ad venditionem præconum, quæ è lapide fieri ſolebat, rerum nimirum vilium & abjectarum. ❡ Hominem præterea lapidem quandoq; dicimus, qui negligens ſtupidusq; ſit, quiq; ad id agendum, quod maximè oporteat, non moveatur. Terent. in Heavton. Ho, quid ſtas lapis? Ibidem: Quot res dedere, ubi poſſem perſentiſcere, Niſi eſſem lapis, quę vidi? Lapis interdum, pro petra accipitur. Virgil. Aeglog. 1: Et tibi magna ſatis quamvis lapis omnia nudus, Limoſoque palus obducat paſcua junco. Lapis incuſus, manualis mola eſt, cudendo exaſperata. Virgil. 1. Georgic. -lapidemque revertens Incuſum, aut atræ maſſam picis urbe reportat. ❡ Lapis bibulus, qui arenarius vocatur, Virg. 2. Geor. Aut lapidem bibulum, aut ſqualentes infode conchas: hoc eſt, pumicē. ❡ Lapidem decoquis, λίθον ἕψεις, pro eo quod eſt, Inaniter laboras. Neque nuſquam molleſcit lapis quantumvis diutina coctione. ❡ Lapides flere, de re vehementer miſeranda, proverbii hyperbole dici ſolet, eam eſſe tam lamētabilem, ut vel lapides cogantur ad fletum. Cicero pro Mur. ❡ Verberare lapidem, aptè proverbio dicimus, ubi quis objurgat incaſtigabilem, aut docet indocilem, aut inanem operam ſumit in re quapiam. ❡ Vitiabit lapidem longum tempus, Σήψει & πέτραν ὁ πολὺς χρόνος. Nihil in rerum natura ſaxo durabilius: at id quoque temporum diuturnitate abſumit. ❡ Lapides ſive in ſaxa in ſublime quoque vi ventorum evehi exemplo oſtendit Ariſt. 1. Meteor. cap. 7. quando in flumen Aegos Thraciæ lapis vehiculi magnitudine cecidiſſe fertur. Cujus quoque Plinius meminit libro 2. cap. 60. Alterum adduci poteſt exemplum ejus ſaxi, quod anno Salutis 1420. prope oppidum Enſisheim Alſatiæ cecidiſſe ſeſquitrium centenariorum pondere hiſtoriæ Germanicæ tradunt.

Lapidum finalium genera apud eos qui de limitibus ſcripſerunt, multa reperiuntur: ſunt enim hæc verba: Lapis fluvialis, cromaticus vocatur. Lapis tiburtinus, cæſalis dicitur: terminus coctus teſtaceus, ullageris dicitur. Lapis albus ſilicinus, ſi peralbus fuerit, Gallienſis nuncupatur: ſi mixtam venam habuerit, ignifer nomen habet: nam in aliquibus locis terminos non dolatos poſuimus, & nihil illis ſubter addidimus. Lapis gammatus dicebatur, in quo forma gammæ, Græcę literæ appareret, qui pentagoni recipiebat rationem, unde & gammati termini dicebantur.

Lăpĭdĕus, a, um, Quod ex lapide conſtat, ſaxeum: [λίθινος. Gall. *De pierre.* Ital. *Di pietra.* Germ. Steinin. Hiſpan. *Coſa de materia de piedra.* Polon. *Zkamienia vcynionij.* Vng. *Köböl való, köbe.* Ang. *Made of a ſtone.*] ut lapideus murus, apud Livium libro 1. ab Vrbe. Lapideus imber, apud eundem libro 10. belli Punici, & Lapidea Niobe: id eſt, in lapidem converſa. Cicero 3. Tuſculanarum: Et Niobe fingitur lapidea, propter æternum, credo, in luctu ſilentium. ❡ Per tranſlationem ponitur lapideus pro gravi & ponderoſo. Plaut. in Trucul. Lapideus ſum, commovere me miſer non audeo.

Lăpĭdōſus, a, um, Saxoſum, quod lapidibus abundat. [λιθώδης. Gall. *Plein de pierres, pierreux.* Ital. *Pieno di pietre, pietroſo.* Germ. Steinechtig/ voll ſtein. Hiſpan. *Lleno de piedras.* Polon. *Kamieniſti.* Vngar. *Köves.* Ang. *Full of ſtones.*] Ovidius de Nuce: lapidoſus ager. Plinius libro. 19. cap. 8: In locis incultis, lapidoſis. ❡ Aliquando pro duro ponitur. Virgil. 2. Georg. -& pranis lapidoſa rubeſcere corna.

Lăpĭdārĭus, ria, rium. Quod ad lapides pertinet: [λατομικός. Gal. *Appartenant à pierres.* Ital. *Pertinente à pietre.* German. Das zu den ſteinen gehört. Hiſpan. *Pertineſciente à piedras.* Polon. *Do kamienia przynależący.* Vngar. *Köbhez való.* Ang. *That belongeth to ſtones.*] ut, Latomiæ lapidariæ. Plaut. in Capt. Inde ibis porrò in latomias lapidarias.

Lăpĭdārĭus, ii, ſubſtant. m. f. Lapicida. [חֹצֵב *chotzeb* λιθοξόος, λιθουργός, λατόμος, λιθοτόμος. Gall. *Tireur de pierres, quarrier ou tailleur de pierre.* Ital. *Tagliapietra, ſpezzapietra.* German. Ein Steinbrecher. Hiſpan. *El cantero.* Polon. *Ten ktory kamien* [illegible]. Vngar. *Kö metſzö.* Ang. *A digger of ſtones, a maſon.*] Vlp. in L. ſi ut certo. §. Sed interdum. Commod. vel contra. Nam & Mela ſcripſit ſi ſervus lapidario commodatus, ſub machina perierit, teneri fabrum commodati, qui negligentiùs machinam colligarit.

Lăpillus, li, m. f. diminutivum, Calculus, parvus lapis. [חָצָץ *chatsats*. λιθίδιον. Gall. *Petite pierre, pierrette.* Ital. *Pietra picciola, pietruccia.* German. Ein ſteinlin. Belg. Een ſteentie. Hiſpan. *Piedra pequenna.* Pol. *Kamieniek.* Vng. *Köveske.* Ang. *A litle ſtone.*] Plin. lib. 10. cap. 23: Excubias habent nocturnis temporibus lapillum pede ſuſtinentes, qui laxatus ſomno & decidens, indiligentiam coarguat. ❡ Lapillorum item nomine gemmas: hoc eſt, lapides pretioſos intelligimus. Curtius: Lapilli auribus pendent. Horat. 1. Serm. Sat. 2: Nec magis huic inter niveos viridesque lapillos. Ovid. de Nuce: Peregrini lapilli.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

Lăpĭcīdă,æ,vel Lapidicida,æ gen. masc. p. Qui lapides vel ex rupe excindit,vel ædificio adaptat, lapidarius. [חֹצֵב chotzeb. λιθοτόμος, λιθοξόος, λατόμος, λαοτύπος. Gall. Tireur de pierre, quarrier ou tailleur de pierre. Ital. Tagliapietra, scarpellino. Germ. Ein Steinhawer/ Steinmetz. Hisp. El cantero. Polon. Ten kamien wyciosuie. Vngar. Kö vágo, kö metczö. Ang. A mason, a heower of stones.]

Lăpĭcīdĭnă,pen. prod. vel potiùs lapicidina.f.p. quemadmodum lapicidam, & homicidam dicimus: Locus ubi lapides excinduntur, quam λατομίαν vocant Græci. Vnde & carcerem latomias vocamus, sive quòd damnati ad lapides excidendos in latomias mittebantur: sive quòd Syracusanorum tyranni latomias habebant instar carceris excavatas, ex quibus excisi lapides fuerant ad urbem extruendam, hisque pro carcere utebantur. [λατομία, λατομεῖα. Gal. Vne quarriere d'où on tire les pierres. Ital. Cava de pietre. German. Ein steinbruch/oder steingrub. Hispan. Latomina. Pol. Miesce gdze kamien cyossa [?] Vng. Kö vágo hely, kö bánya. Ang. A place of the which stones are digged.] Plaut.in Captivis: In lapicidinas facite deductus siet. Cicero 2. de Divin. Posset igitur tale aliquid etiam sua sponte in lapidicinas Chiorum extitisse.

Lăpĭdo,as,pen.cor. act. p. Lapidibus obruo, vel lapides in aliquem jacio, lapidibus appeto. [סָקַל sakal. λιθάζω, λιθοβολέω, καταλεύω. Gall. Lapider. Ital. Lapidare. Ger. Steinigen/ oder versteinigen. Hisp. Apedrear. Pol. Kamienuie. Vng. Meg kövezem. Ang. To strike or kill with stones.] Vnde scribit Macrobius lapidatum à pop. Rom. fuisse Vatinium, significare volens, lapidibus jactis fuisse impetitum. ❧ Transfertur etiam ad inanimata: ut, Lapidare aliquem verbis, pro eo quod est incessere. Macrobius: Notantes ejus impotentiam hac dicacitate lapidatam. ❧ Lapidare crebrò apud Livium pro lapidibus pluere.

Lăpĭdātĭo,verbale,f.t. Lapidum jactus, lapidum obrutio. [λιθοβολία. Gall. Iettement de pierres, lapidement. Ital. Il lapidare. Ger. Steinigung/ mit steinen werffung. Hispan. Apedreamiento. Polon. Kamienowanie. Vngar. Meg kövezés. Ang. A stoning or killing with stones.] Cicero 6. Verr. Fit magna lapidatio. Plin. de viris illustr. Intercedentem Bebium collegam facta per populum lapidatione submovit.

Lăpĭdātŏr,m.t. Lapides jaciens. [סֹקֵל sokel. λιθοβόλος. Gall. Lapideur, ietteur ou tireur de pierres. Ital. Chi lapida, chi tira pietre. Ger. Ein steiniger/ der mit steinen wirfft. Hispan. Apedreador. Polon. Kamienowník. Vng. Követ hagyiló, kövezö. Ang. An hurler of stones.] Cic. pro Domo sua: Percussor, lapidator, fori depopulator, obsessor curiæ.

Lăpĭfĭo,is,ivi, itum. Durum efficio, & quasi in lapidem converto. [λιθόω. Vn. Meg kemenyitem. Ang. To make hard as it were a stone.] Pacuvius: Lapit cor cura, ærumna corpus conficit. Festus: Lapit id est, dolore afficit. Obsoletum est.

Lăpĭdēsco,scis,scere,n.t. Legitur pro in Lapidem converti, seu in lapideam duritiem. [λιθοῦσθαι. Gall. Devenir pierre, ou aussi dur que pierre, se convertir en pierre. Ital. Impietrare, divenir pietra, convertirsi in pietra. German. Steinin/oder steinhert werden. Hispan. Hazerse piedra. Polon. Kamienieie. Vngar. Kövé lészek. Ang. To waxe hard like a stone.] Plin. libr. 32. de baccis coralii: Ajunt tactu protinus lapidescere. Idem libr. 5. cap. 103: Similiter in flumine Silaro ultra Surrentum, non virgulta modò immersa, verùm & folia lapidescunt.

Lappă,æ.f.p. [Gall. Bardane. Ital. Lappola. Ger. Kletten. Hisp. Yerva amor del hortolano. Pol. Wielki lopian, item rzepik. Vng. Lapu. Ang. A burre.] Herbæ genus capitula habens leviter hamata, idcoque vestibus adhærentia. Tres autem sub se complectitur species. Nam quædam dicitur carinaria, quæ est exigua, canibusque adhæret. Altera major est, & φιλάνθρωπος appellatur, quod vestibus hominum adhærens, ipsos amare videatur: eadem vocatur aparine. Tertia appellatur personata, & maxima est: nasciturque inter rivos, & flumina. Græci eam ἄρκειον vocant. Virg. 1. Georg. -intereunt segetes: subit aspera sylva Lappæque tribulique.

Lappāgo,pen.prod. f.t. Herbæ nomen est, quā describit Plin. libro 26. cap. 10 his verbis: Et lappago similis anagallidi, nisi esset ramosior, ac pluribus foliis, aspera, rugosa, asperioris succo, gravis odoris. Quæ talis est mollugo appellatur: similis, sed asperioribus foliis, asperugo.

Lāpsānă,pen.corr.f.p. [λαψάνη. Pol. Lebioda. Vng. Erdei laboda.] Olus sylvestre trium foliorum: de quo Plin. lib. 29 cap. 11: Inter sylvestres brassicas & lapsana est, pedalis altitudinis, hirsutis foliis, napi simillimis, nisi candidior esset flore. Coquitur in cibo, alvum leniter emollit. Idem lib. 19. cap. 9: Necnon olus quoq; sylvestre est trium foliorum, divi Iulii carminibus, præcipuè jocis militaribus celebratum. Alternis quippe versibus exprobravêre, lapsana se vixisse apud Dyrrhachium, præmiorum parsimoniam cavillantes.

Lāpsĭo. Lapsus, vide LABOR.

Lăquĕārĕ,ris, & per apocopen laquear, aris, n.t. & laquearium, rii, n.s. Dicitur camera: hoc est, pars superior cubiculi & cœnationis convexa, quę variis adornari solet scalpturis & coloribus. [רָהִיטִים rahitim. φάτνωμα, ὀροφή. Gall. Le plancher d'une maison ou le lambris du plancher. Ital. Architrave. Ger. Die obere bunt oder gewelb eines Gemachs. Hisp. El sobrado o entresuelo labrado de taquicami. Pol. Strop. Vn. Bolt haytas. An. The roofe of a chamber enbowed, also a plaine beame in a roofe.] Hęc etiam lacunaria appellantur, propterea quod tignorum intervalla, quandā lacuum speciem prębere videantur. Horat. lib. 2. Carm. Nō ebur, neq; aureum Mea renidet in domo lacunar. Servius in illud Virgil. 1. Aen. Dependent lychni laquearibus aureis: à nomine lacus significāte trabē in ædificiis planā, ait diminutivū esse lacunar, à quo lacunarium, & per antistœchon laquear, & laquearium.

Lăquĕātŭs,a,um, Laqueis irretitus, ligatus. [יוּקָשִׁים jukashim. ἐμβροχισθείς. Gal. Lassé, enlassé, tenu en lacqs. Ital. Legato, allacciato. Ger. Inn stricken verfangen oder gebunden. Hisp. Enlaçado. Pol. Usidlony. Vngar. Meg kötözött, tőrbe esett. Ang. Snared, intangled.] Colum. lib. 6. cap. 19: Cęterùm corpus laqueatum, & distentum temonibus obligatur, immotumq; medentis arbitrio est expositū. Laqueatum item dicitur id quod laquearibus est ornatum, φατνωτός, ὀροφωτός. Vnde laqueata tecta. Cicero libr. 1. de leg. Magnificas villas, & pavimenta marmorea, & laqueata tecta contemno. Et apud Liv. 5. Decad. lib. 1: Laqueatum auro templum dicitur: hoc est, laquearibus aureis, vel auratis ornatum: qualis structura in Regiæ tectis Parisiis visitur. Verba Livii sunt hæc: Antiochiæ Iovis Capitolini magnificum templum, non laqueatum auro tantùm, sed parietibus totis lamina inauratum: hoc est, non tantùm habens laquearia inaurata, sed etiam ipsos parietes auro incrustatos.

Lăquĕŭs, ei, m. s. Vinculum ita nexum, ut pondere depressum claudatur, rete, plagæ. [מוֹקֵשׁ mokesh פַּח pach. βρόχος. Gall. Laqs, lien, licol, piege, lasson. Ital. Laccio. Germ. Ein strick. Hispan. Lazo para prender. Pol. Sidło. Vng. Tör. Ang. A snare, a grinne.] Cic. 4 Verr. Homini jam collū in laqueum inserēti subvenisti. Ovid. 6. Metam. -laqueoque animosa ligavit Guttura. Virgil. Georg. 1: Tum laqueis captare feras, & fallere visco Inventum. ❧ Ponitur etiam Laqueus pro quacunque re, qua quis capi ac irretiri potest. ❧ Hinc griphos captiosasq; argumentationes, laqueos dicimus. Cic. de Fato: Ad Chrysippi laqueos revertamur. Gell. libr. 1. cap. 2: Atq; interea vocabulis haud facilè cognitis, syllogismorum, captionumque dialecticarum laqueis strepebat. ❧ Hinc & Cicer. pro Milone, laqueos judicii dixit: Quum, inquit, illam belluam judicii laqueos declināntem, jam irretitam teneret. Et pro Cecinna: Capi aliquem laqueo verbi dixit, pro eo quod est, irretire aliquem argutiis verborū. Si ad interdicti sententiam confugis: & de quo fundo sit actum tum, quum Ebutius restituere jubebatur, id quærendum esse dicis, neque æquitatē rei verbi laqueo capi putas oportere: in meis castris, præsidiisq; versaris. ❧ Laqueus auxiliari videt', ὁ βρόχος ὡς ἔοικεν, ὁ βοηθῶν: id est, Laqueus, ut videtur, bono est. Dictū ti consuevit, quoties incommodum alicui verteretur in bonū. ❧ Suo ipsius laqueo captus est. In eum qui sibi malorum est autor. Psal. 9: ἐν παγίδι ταύτῃ ᾗ ἔκρυψαν, συνελήφθη ὁ πούς αὐτῶν. Id est, In ipso laqueo quem absconderunt, comprehensus pes eorum. Nota metaphora. ❧ In aliquem inducere, est arte sic concludere quempiam, ut jam nullum sit effugium. ❧ Laqueus laqueum cepit, ὥσπερ ὁ πάγη ἄοινα λαβὼν πάγην ἑαλωκὸς est, Laqueum laqueus, ut ut videtur, cepere. Vbi malus malum observat. ❧ Mandare laqueum dicimur iis, quos usq; adeò negligi à nobis significamus, ut vel si suspendant sese, nihil ad nos attineat. Iuvenal. de Democr. -quū fortunæ ipse minaci Mandaret laqueum, mediumq; ostenderet unguem.

Lărārĭŭm,rii, n.f. Sacrarium domesticum, in quo Lares & dii peculiares adorabātur. [ἱερεῖον, ἑστιοῦχον. Ger. Die hauscapell in welcher die hausgötter angebeten wurden/Göttenkammer. Pol. Kaplicżka hal'manska. Vng. Balvány tartó ház.] Scribit Lampridius Alexandrum Severū in larario rem divinā matutinis horis factitasse, ad effigies deorum, in quibus habebat, Appollonium, Orpheum, Abrahamum, & CHRISTVM. In secundo larario simulachrum Virgilii & Ciceronis.

Lārdum, di, sive laridum, n.f. Caro suilla quovis modo salita. [χοίρειον κρέας. Gall. Du lard, du porc salé. Ital. Lardo. German. Speck/ gesaltzen schweinin fleisch. Hispan. El lardo o tympano de tocino. Polon. Sloninna. Vngar. Szalonna. Angl. Bacon.] Ovid. lib. 6. Fast. Pinguia cur illis gustantur larda Calendis? Laridum legitur apud Plaut. in Captivis: Quanta, inquit, pernis pestis veniet! quanta labes larido!

Lārgĭŏr,tis,com.q. Dono, concedo, permitto, relinquo. [נָדַב nadhab חָנַן chanan נָתַן nathan. ἀφθόνως χαρίζομαι, χορηγῶ. Gall. Donner largement, & abondamment. Ital. Donnare largamente. Ger. Reichlich außgeben/schencken. Belg. Overvloedelijcke geven. Hisp. Dar largamente. Polon. Daie pospolitam. Vng. Adok, ny ryrek. Ang. To give largelie.] Largiri civitatem. Cic. pro Corn. Balbo: Homo, tùm gravitate & prudentia præstans, tùm vel nimiùm parcus in lar-

in largienda civitate. Largiri cœnam. Plaut. in Amphytrion. Proin tu istam cœnam largire, si sapis, esurientibus. Largiri libertatem populo. Cic. 3. de leg. Sed ego, etsi satis dixit pro se in illis libris Scipio, tamen libertatem istam largior populo, ut autoritate valeant, & utantur bonis: sic enim à me recitata lex est de suffragiis. Largiri vitam. Plaut. Asin. -jam ipse Vitam meam tibi largiar, & de mea ad tuam addam. Si tempus non largitur id est, non permittit, non concedit. Colum. lib. 5. cap. 9. Largiri se ultrò. Plaut. Mil. Nam tu te vilem feceris, si te ultrò largibere. Largibere, pro largiêris. Sicut idem Plaut. in Bacch. Tum libertatem Chrysolao largibere.

Largĭtōr, m. t. Donator, liberalis, populi corruptor. [מנדב nodibh נתן thonên נדבן nodhbhan. δότης, χορηγός. Gall. *Liberal donneur.* Ital. *Prodigo e profuso in donare.* Ger. Der reichlich außgibt ohn danken. Hisp. *El que da largamente.* Pol. *Podarca hojny.* Vngar. *Adakozo, ado.* Ang. *A liberall giuer.*] Liv. 6. ab Vrbe: Quum urbem imperio cœpisset Dictator, prædam militi dedit, quò minùs speratam, minimè largitore duce, eo militi gratiorem. ❡ Cic. in malam partem utitur, pro eo qui largitione populum corrumpit: pro Cœlio: Non potest qui ambitu ne absolutum quidem patitur esse absolutum, ipse impunè unquam esse largitor. Idem 1. Offic. Existuntque in Rep. Plerunque largitores, & factiosi, ut opes quàm maximas consequantur.

Largĭtās, tis, f. t. Liberalitas, munificentia [נדבה nedhabhah. δαψίλεια. Gall. *Largesse.* Ital. *Liberalità, larghezza.* German. Ein freywillige reichliche Gaab ohn einige gesuch des gunsts. Belg. Een overvloedige gevinge. Hispan. *Liberalidad, largueza.* Polon. *Dobrowolne podar hojnie.* Vng. *Bökezösig, adakozás.* Angl. *Largesse, freenesse in geuing.*] Largitas, & largitio, unit. δωρεά, inter se differunt: quòd largitas (ut Agretius ait) humanitatis sit, largitio ambitionis. Est enim largitas rationabilis & definitus liberalitatis effectus: largitio, expensa quæ fit ad aucupandum favorem in petitionem magistratuum. Terent. in Adelph. Quæ istæc subita est largitas? ❡ Quandoq; tamen largitio pro liberalitate ponitur. Cæsar 1. bel. Civil. Simul à Tribunis militum, centurionibusque mutuas pecunias sumpsit, has exercitui distribuit: quo facto duas res consecutus est, quòd pignore animos centurionum devinxit, & largitione redemit militum voluntates.

Largŭs, a, um, Copiosus, multus, amplus, latus. [רב rab.] Plin. lib. 11. cap. 39: Pili equis in juba largi, in armis leoni. ❡ Accipitur etiam pro eo qui multa largitur, qui liberalis est, vel etiam prodigus, profusus, splendidus. [נדיב nadhib שוע schôah. δαψιλής. Gall. *Large, abundant.* Ital. & Hispan. *Largo.* Ger. Gebig, goedig. Belg. Rijckelijck, overvloedich. Polon. *Hojny, item szczodry.* Vngar. *Bö.* Angl. *Large, liberall.*] Cic. lib. 2. Offic. Omnino duo sunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales.

Largē, adverb. Liberaliter, abundanter. [ברוב berob. δαψιλῶς. Gal. *Largement, abondamment.* Ital. *Largamente, copiosamente.* Ger. Reichlichen, uber flüssiglich. Hispan. *Larga y copiosamente.* Polon. *Hojnie, obficie, szczodrze.* Vngar. *Bö vên.* Angl. *Largelie, plentifullie.*] Horat. lib. 1. Carm. Ligna super foco largè reponens.

Largitēr aliud adverbium, quamvis non ita in usu sit. [Vng. *Bövön.*] Brutus Attic. Sed persuade tibi de voluntate propria mea nihil esse remissum, de judicio largiter.

Largĭtŭs, penultima corr. teste Nonio, pro largè sive largiter: sed antiquum est & obsoletum. [Polon. *Szczodrze.* Vngar. *Bövön.*] Afranius: Quid isthuc est? quid fles? quid lacrymas? largitus proloquere.

Largĭlŏquŭs, m. f. Qui abundanter loquitur. [πολυλόγος. Gall. *Grand parleur.* Ital. *Gran parlatore.* Germ. Ein Tandmann, der viel schwetzt, ein Klapperer. Hispan. *Que largamente hable.* Polon. *Mnie igeba, plapacz.* Vng. *Bö beszédü.* Ang. *That speaketh muche.*] Plautus in Cistel. -quæ ubi saburratæ sumus, Largiloquæ extemplò sumus: plus loquimur quàm sat est. ❡ Sic etiam largifluum dicimus pro eo quod largè & abundanter affluit. Cic. 3. de Orat. ex poëta: Grando mista imbri largifluo subita, & præcipitans cadit.

Largissĭmē, [Polon. *Hojnie.* Vngar. *Igen bö vên.*] Sueton. in August. Quoties largissimè se invitaret.

Laricina. Resina gracilis, mellei liquoris virus redolens. Plin. lib. 24. cap. 6. In officinis pro terebinthina, sed rarior est: hæc non virosa, sed suaviter odorata.

Larimnĭum. Nascitur apud Scabæos, inquit Strabo libro 6. suffitu odoratissimum.

Larinæ fues, Lege Petalides & Barb. Corol. lib. 2.

Larĭx, f. t. πίτυς Theophrasto, si Theodoro credimus, Arboris genus cognatum abieti & pino, nullam quantumvis longa senecta cariem sentiens, neque ignem per se concipiens, neq; ulla ratione ardens, eò quod plurimum terrestris, aquæque habeat substantiæ: minimum autem igneæ, aut aëriæ. Nec est alia ratio eam consumendi, quàm si magna lignorum copia uratur, quemadmodum in iis contingit lapidibus, qui calcis gratia coquuntur. Abundat circa Padi ripas, & maris Adriatici littora, vix alibi nota. Vide Plin. lib. 16. cap. 10. Lucan. lib. 9. Et larices fumoque gravem serpentibus urunt Abrotanum.

Lārvæ, arum, f. p. Noxiæ inferorum umbræ, furiæ, erynnes, à Laribus, ut quidā putāt, dictæ. [μορμολύκεια, μορμολύκια. Gall. *Esprits qu'on dit aller de nuit, loups garous.* Ital. *Spiriti che vanno di notte.* Germ. Ein Nachtgespenst, Poldergeist, Rumpelgeist. Belg. Een Nachtmaer. Hispan. *Fantasma que paresce de noche.* Polon. *Nocne pokusy.* Vng. *Mez boltakoak budosa lelkek.* Ang. *Faynes or the lady of the fayries.*] Plautus in Amphyt. Nam hæc quidem ædepol larvarum plena sunt. Hinc Larvati, νυμφόληπτοι, dicuntur furiosi & mente moti, quasi à larvis exciti: quales sunt quos vulgò *Dæmoniacos* appellant. Plautus: Larvatus ædepol hominem miserum mendicum quæritat. Hi etiam Cerriti dicuntur à Cerere, quasi Cereris ira animo vexati. Plautus: Certè, larvatus aut Cerritus. ❡ Larva etiam persona, quam Barbari vocant *mascam.* [προσωπεῖον, μορμολύκειον. Gall. *Masque, faux visage.* Ital. *Volto finto, maschera.* Germ. Ein Butzenantlitz. Hisp. *La mascara, ò carratula, ò carantonna.* Pol. *Larua, maszkara.* Vngar. *Al orcza.* Ang. *A masking visour.*] Hinc larvatum dicimus personatum. Horat. 1. Serm. Satyr. 5: Nil illi larva, aut tragicis opus esse cothurnis. Apul. in Apolog. larvas appellat noctium occursacula, bustorum formidamina, sepulchrorum terriculamenta. August. lib. 4. de Civitate Dei: Larvæ dicuntur animæ hominum depravatæ, & in malis vitæ meritis maculosæ, quæ à corpore separatæ terriculamentum sunt mortalibus. Cum larvis luctari dicuntur ii, qui vita defunctos insectantur maledictis: qua re nihil posset esse indignius ingenuo viro.

Lārvatŭs, vide in LARVAE.

Lārvalĭs, le, om. t. Deformatus, pallens, [μορφώδης. Pol. *Mroszkari obrazni.* Vngar. *Al orczai, halovány.*] Sidonius: Faciei velut umbris mœstificata larvalibus.

Lārŭs, ri, Avis est aquatica, colore furvo, magnitudinem columbæ non multum excedens. [λάρος. Polon. *Lyska.* Vng. *Sgerja.*] Quidam fulicam interpretantur. ❡ Larus hians, λάρος κεχηνώς, proverbium in fures. Est enim hæc avis mirum in modum rapax & vorax. Suidas.

Lāsănum, pen. cor. n. f. Vasculum evacuando ventri accommodatum. [λάσανον. Gall. *Pot à chambre, pot à pisser.* Ital. *Cantaro, orinale, sella, forama, banchetta, Zangola.* German. Ein scheißhafen, oder kacher. Hispan. *Orinal.* Pol. *Vrinal.* Vngar. *Szarumatula.* Angl. *A water pot, a closse stoole.*] Horat. 1. Sermon. Satyr. Quum Tiburte via Prætorem quinque sequuntur Te pueri, lasanum portantes, œnophorumque.

Laschiston, appellant quasi fissile ac dimidium, quoties videlicet concretum ejus partem, quæ Cascalia dici potest, ab serosa (ut Galeno placet) separamus. Impropriè tamen, nam Schiston lac nonnulli appellant id, in quo aut silicales calculi aut ferrum ardens restinctum sit, de cujus juvamentis vide Dioscorid. lib. 2. cap. 77.

Lāscīvŭs, a. um, penult. product. Protervus, salax, plus mollitiei (ut inquit Valla in Raudensem) quàm roboris aut constantiæ habens. [סורר sorer סרר sarar. ἀσελγής, λάγνος. Gall. *Lascif, frétillant, saffre, luxurieux.* Ital. *Lascivo, molle, lussurioso.* German. Geil, mutwillig, üppig. Belg. Broodtdroncken, geyl. Hisp. *Deshonesto, lozano, retozon.* Pol. *Miel oswick, ś ekcytny, wszeteczník.* Vngar. *Buja, faytalan.* Ang. *Lecherous, wanton, sawcie.*] Virg. 3. Aeglog. Malo me Galatea petit lasciva puella. Plin. libr. 8. cap. 40. Memoratur & Nicomedis Bithyniæ regis, uxore ejus Consingi lacerata, propter lasciviorē ejus cum marito jocū. ❡ Dicitur etiam de brutis animantibus. Virg. 2. Aeglog. Florentem cytisum sequitur lasciva capella. ❡ Aliquando ponitur pro impudico. Martial. lib. 1: Lasciva est nobis pagina, vita proba.

Lāscīvissĭmŭs, superlat. [ἀσελγέστατος. Pol. *Barzo gamratny.* Vng. *Igen buyia, fajlay, faytalan.*] Sueton. in Tiberio: Cubicula plurifariam deposita tabellis ac sigillis lascivissimarum picturarum & figurarum adornavit.

Lāscīvĭă, æ, f. p. Mollities, petulantia, nequitia, incontinentia animi. [סרה sarah. ἀσέλγεια, λαγνεία. Gall. *Incontinence & lasciveté paillardise.* Ital. *Lascivia, lussuria.* Ger. Mutwill, geilheit, üppigkeit. Belg. Dertelheit, broodtdronckenheit. Hispan. *Locania, ahra de retocar.* Pol. *Nie powsciagliwość, miłość wszeteczność.* Vng. *Szilaysag, buyiasag, faytalansag.* Ang. *Lecherie, wantonnesse, sawcinesse.*] Procedit enim lascivia ab animi alacritate. ❡ Aliquando pro joco, petulantia & procacitate usurpatur. Plin. lib. 26. cap. 1: Gravissimum ex his morbis lichenas appellavêre Græco nomine: Latinè, quoniam à mento ferè oriebatur, joculari primum lascivia (ut est procax natura multorum in alienis miseriis) mox & usurpato vocabulo, mentagram, occupantem in multis totos utique vultus. ❡ Lascivia maledicendi, apud Quintilian. libro 9. capite 2. pro maledicendi voluptate: Assistentes, *inquit*, oderint hanc maledicendi lasciviam. ❡ In oratione quoque ludibunda & exultante dicitur esse lascivia. Idem Quintilian. Ne recentis hujus lasciviæ flosculis

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

flosculis capti, voluptate quadam prava deliniantur.

Lascivibundus, adject. [Vn. Faytalankodo.] Plautus: Quidnam dicam Dinacium lascivibundam tam libenter mœrere?

Lascivè, adverb. id est, petulanter, procaciter, molliter, nequiter. [Pol. Wszeteczne. Vn. Szilaian, faytalanul.] Livius ἀσελγῶς ... sexto lascivæ dixit, pro lascivè, ut autor est Sosipater li. 1. Instit. Grammat.

Lascivio, is, n. q. Petulanter ago, petulans sum, exulto. [זוּר sor ... זוּר sarat. ... Gall. Ragèr, folastrer, estre lascif, s'esbauder. Ital. Gongolare. Ger. Geil oder mutwillig seyn. Bel. Wreveltrenden zyn/dertel zyn. Hisp. Retorcar o burlar. Pol. Wszeteczne tacze. Vng. Buialkodom, Zuaykodom, faytalankodom. Ang. To be wanton, to growe to rankely.] Ut equi indomiti solent, aut qui diu in otio fuerunt, qui aut calcitrare præter solitum, aut exultare exultareq; solent. Colum. lib. 7: Satietate verni pabuli pecudes exhilaratæ lasciviunt. ¶ Lascivire etiam arbores dicuntur, quum nimia pabuli hubertate luxuriant. Budæus.

Laser, eris, Succus laserpitii, eximii in medicamentis usus. [ὀπὸς σιλφίου. Gall. Benjoin. Ital. Belgiouino. Ger. Teufelsdreck. Hisp. Menjui, assafrabacar. Pol. Czartowe gowno.] Plin. lib. 19. cap. 3: Ab his proximū dicetur autoritate clarissimum laserpitiū, quod Græci silphion vocant, in Cyrenaica provincia repertum, cujus succum vocāt laser, magnificum in usu medicamentisq;. Colum. lib. 5. cap. 10: Nos exiguum admodum laseris vino diluimus, & ita cacumina arboris summa oblinimus.

Laserpitium, tii. n. s. Virgultū herbidum, ex cujus culmo exudat succus roscidus, quem vocant laser, magnificum in medicamentis, & in Cyrenaica provincia laudatissimum. [σίλφιον. Vn. Venitek ...] Hinc Catullus ad Lesbiam, laserpitiferas vocat Cyrenas. Caulem laserpitii magudarim vocari autor est Galenus, quanquam non desunt, qui semen etiam eodem nomine appellant. A' laserpitio Cato formavit Laserpitiatus, a, um, cap. 116. de Re rust. Lentim quomodo servari oporteat: laserpitium aceto diluito, permisceto lentim aceto laserpitiato, & in sole ponito. Plin. lib. 18. cap. 30: Sunt qui lentem aceto laserpitiato respergant.

Lasibus, pro Laribus protulerunt veteres.

Lassus, nomē est adjectivum, Fessus vel fatigatus: hoc est, corporis vel animi labore fractus. [יָעֵף jaheph נִלְאָה nileah κεκμηκώς. Gall. Las, lassé. Ital. Stracco, affaticato, lasso. Germ. Müd/lassz. Hisp. Cansado con trabajo, fatigado. Pol. Zmordowany, vstaly. Vng. Farat, lankat. Ang. Wearie, tyred.] Plaut. in Amph. Lassus sum hercle, è navi ut vectus huc sum: etiā nūc nauseo. Terent. In Hecyra: Etenim lassam oppidò tum ajebant: eò ad eā non admissa sum. Plaut. Pseud. - nam ut lassus veni de via, Me volo curare. Amore lassus, Ovid. 3. Amor. Eleg. 6.

Lassulus, li, diminutivum, Parum fatigatus. [ὑποκεκμηκώς, ... Gall. Qui est vn peu ou aucunement las. Ital. Alquanto stanco. Ger. Müdlechtig. Hisp. Cansado ò trabajado vn poco. Pol. Trochę mordowany iendlisony. Vng. Faratt ... lankattacka. Ang. Somewhat wearie.] Catul. Itaq; ut domū Cybeles tetigerunt, lassulæ, nimio è labore somnum capiunt sine Cerere.

Lassitudo, is, f. t. Defatigatio, languor ex labore perceptus. [תְּלָאָה telaah. κόπος, κάματος. Gall. Lassetè. Ital. Stracchezza & fiacchezza. Ger. Müde. Hisp. Cansancio por trabajo. Pol. Zmordowanie. Vng. Faratsag, lankadas. Ang. Wearinesse.] Salust. Non famem aut sitim, neq; frigus, neq; lassitudinem operiri. Plaut. in Capt. illic ibi demum est locus, ubi labore lassitudo omnis exigunda ex corpore. Cic. ad Cornif. Sed nulla lassitudo impedire officium & fidem debet. Cæs. 2. bel. Gal. Cursu ac lassitudine exanimatus.

Lassesco, is, Lassus fio, fatigor. [נִלְאָה nileah, ... Gall. Se lasser, devenir las. Ital. Divenir lasso, stancharsi. Ger. Müd werden. Hisp. Cansarse. Pol. Vstawam. Vng. Elfarradok, lankadok. Ang. To waxe wearie.] Plin. lib. 10. cap. 16: Non lassescere in ullo labore qui nervos ex alis & cruribus gruis habeant. Idem lib. 14. cap. 2: Si non præpinguis soli hubertas lassescentem sustineat.

Lasso, as, act. p. Fatigo, exerceo, defatigo, labore obruo. [הֶלְאָה helaah. κοπόω, ... Gall. Lasser. Ital. Stancare, affaticare. Ger. Ermüden/müd machen. Bel. Moedemaken. Hisp. Cansar à otro. Pol. Mordowie pracza. Vng. El farrasztom lankaztom. Ang. To wearie or tire.] Ovidius 3. de Ponto: Mitius ille perit subita qui mergitur unda, Quàm sua qui tumidis brachia lassat aquis. Hujus compositum est delasso, vehementer lasso. Plaut. in Asinar. Eum etiam hominem in Senatu dare operam aut clientibus ibi labore delassatum, noctem totam stertere.

Lassor, aris, passivum. [κοπιάομαι. Vn. El farraztatom.] Ovid. 2. Met. in molli nequicquam lassor arena.

Lassatus, participium. [יָעֵף jaheph נִלְאָה nileah, κεκμηκώς, ... Gall. Lassé. Ital. Fatticato. Ger. Ermüdet. Hisp. Cansado. Pol. Zmordowany. Vng. El farrasztatot. Ang. Wearied or tired.] Iuvenal. Satyr. 6: Et lassata viris nondum satiata recessit.

Lateo, es, latui, n. s. In occulto sum, me abscondo, abditus sum. [נִסְתָּר nistar נֶחְבָּא nechba. λανθάνω. Gall. Se cacher, estre caché, n'estre veu ne cognu. Ital. Essere nascoso, nascondersi. Ger. Verborgen ligen. Bel. Schuylen. Hisp. Esconderse. Pol. Skrywam sie. Vng. Lappangok. Ang. To lurke or lie hid.] Virgil. 3. Aeglog. latet anguis in herba. Cic. 3. Verrin. Nullæ sunt occultiores insidiæ quam hæ quæ latent in simulatione officii. Horatius 1. Epist. Vejanius, armis Herculis ad postem fixis, latet abditus agro. ¶ Et quoniam ea quæ in occulto sunt, ferè ignoramus, factum est ut latere accipiatur pro incognitum esse, vel ignorari. ¶ Et in hac significatione plerumq; accusativum habet. Virgil. 1. Aeneid. Nec latuēre doli fratrem Iunonis & iræ. ¶ Sic dicimus, Hæc res latet me: hoc est, me fugit, præterit. Latet plerosq;: id est, in occulto est plerisq;, vel pleriq; ignorant. Plin. lib. 2. cap. 20: Latet plerosque magna cœli affectatione compertum à principibus doctrinæ viris superiorum trium syderum ignes esse. ¶ Aliquando etiam in hac significatione cum dativo legitur. Lucan. lib. 10: Tu mihi causa lates. ¶ Hujus verbi composita sunt, Delitesco, de quo suprà: Obliteo & Oblitesco, de quibus suis locis.

Latenter, adverb. Clām, occultè. [κρυφῇ ... Gall. En cachette, secrettement, couvertement. Ital. Nascosamente. Germ. Verborgenlich. Hisp. Escondidamente. Pol. Skrycie, taynie. Vng. Lappangva. Ang. Quietlie.] Cicer. in Topic. Cùm enim nihil sine causa fiat, hoc ipsum est fortunæ evētus obscura causā, quæ latēter efficitur.

Latito, as, pen. corr. n. s. Sæpè aut ferè semper lateo. [נִסְתָּר nistar נֶחְבָּא nechba. λανθάνω, ... Gall. Se cacher, ne se mouiller point. Ital. Nascondersi quà & là. Ger. Stäts verborgen ligen vnnd niergends herfür kommen. Hisp. Esconderse à menudo. Pol. Wskrywam miestkam. Vng. Lappangodozalok. Ang. To lurk or lie hid often.] Cic. pro Cluen. Extrahitur domo latitans Oppianicus à Manilio. Horat. 3. Carm. Ode 12: Catus idem per apertum fugiētes Agitato grege cervos jaculari, & Celer alto latitātem fruticeto excipere aprum. ¶ Cato tamen latitaverunt dixit, pro frequenter tulerunt. alterū frequentandi verbum à fero. ¶ Latitare, inquit Budæus, dicuntur qui ad judicium vocati frustrantur & ludificantur. Cic. pro Quint. Ego experiri non potui: latitavit, procuratorem nullum reliquit. ¶ Latitare est, ait Vlpian. nō ut Cicero definit, turpis occultatio sui. Potest enim quis latitare non turpi de causa, veluti qui Tyranni crudelitatem timet, aut vim hostium, aut domesticas seditiones. Hotomanus.

Latitatio, onis, f. t. [מַחֲבֹא machabe חֶבְיוֹן chebjon. κρυπτεία. Gall. Cachement. Ital. Nascondimento. Ger. Das heimlich/verborgung. Hisp. Escondimiento. Pol. Skrycie, ... Vng. Lappangdozalas. Ang. A lurking.] Quint. lib. 7. cap. 3: Sonus, clamor, gemitus, latitatio, metus, & similia.

Latebra, bræ, penult. corr. f. p. & Latebræ, arum, Locus ubi aliquid latet. [סֵתֶר sether מַחֲבֹא machabe. φωλεός. Gall. Cachette. Ital. Luoco da appiatarsi, ascondersi. Ger. Ein ort in dem sich einer verborgē haltet. Bel. Schuylinge. Hisp. Escondrijo, lugar de esconder. Pol. Kat do skrycia, tamo. Vng. Ritek hely, barlang. Ang. A lurking corner.] Lucan. lib. 1: Cedendum est bellis, quorum tibi tuta latebra Lesbus erit. Quint. Et quāvis odio eversoris nostri evocatus ex latebris suis, populus subsellia non implet. Plaut. in Aul. Non metuo ne quisquā inveniat, ita probè in latebris itum est. Dicuntur & latebræ pro ferarū cubilibus: quāquam nonnulli ita distinguunt, ut latebræ de hominibus dicantur: latibula de feris. Sed nō semper observatur. Nā & latebræ passim apud receptæ autoritatis scriptores pro ferarū lustris inveniuntur accipi. Liv. lib. 46: Inter vepres, & latebras ferarum noctem unam delituit. Plin. lib. 10. cap. 19: Oenanthe quidem etiam statos latebræ dies habet. ¶ Ponitur interdū latebra pro excusatione, & prætextu. πρόφασις. Cic. 3. Offic. Sed si hoc sibi sumant, nullam esse fidem, quæ infideli data sit, viderint, ne quæratur latebra perjurio.

Latebricola, læ, pen. corr. Latebras incolens. [φωλεύς. Gall. Qui se tient & demeure en cachettes. Ital. Chi si occulta in luoghi nascosti. Ger. Der in einem verborgenen ort sich enthaltet. Hisp. Morador en escondrijos. Pol. Iamka. Vng. Ritek helbu barlangba lako. Ang. That remaineth in a lurking place.] Plaut. Trinummo: Latebricolarum hominum corruptor.

Latebro, bras, φωλεύω, abscondo, quamvis non sit in usu. A' quo fit compositum Illatebro, de quo suprà.

Latebrosus, sa, sum, ut, Latebrosus locus, in quo frequentes latebræ sunt, obscurus, tenebricosus. [אֹפֶל aphel. φωλεώδης. Gal. Plein de cachettes. Ital. Doue sono molti luoghi da appiatarsi. Ger. Ein ort voll heimlicher schlupffen/oder verborgner wohnungen. Hisp. Cosa llena de escondrijos. Pol. Cjemne miescze, ... Vng. Ritek helyes, barlangos. Ang. Dark and full of lurking corners.] Plaut. in Bacch. Nam huic ætati nō conducit mulier latebrosus locus. Latebrosus locus ad equites tegendos, Liv. 1. bell. Pun. Colles latebrosi, Silius lib. 5. Flumina latebrosa, Virgil. 8. Aeneid. Nox latebrosa, Lucan. lib. 6.

Lātebrōsē, adverb. Occultè, clā. [κρυφῇ λαν. Gall. En cachette. Ital. Assossamente. Ger. Verborgentlich/heimlich. Hisp. Escondidamente. Pol. Tajemnie. Vng. Titkon, titkon. Ang. Secretlie.] Plaut. Trinum. -pater adsum, impera quid vis, neq; tibi ero in mora: neque latebrosè me abs tuo conspectu occultabo.

Lātĭbŭlum, li. n. s. In quo aliquid delitescit. [סתר sēther מחבא machabē. Gall. Caverne, tassière, cachette. Ital. Luogo dove si nasconde. Ger. Ein hütte oder loch darin sich ein thier verschliefft. Hisp. Escondrijo. Pol. Lamz. Vng. Rejtekhely. Ang. A lurking place.] Valla distinguit latibulum à latebra, quòd latebra hominum sit, latibulum ferarum. Sed hæc differentia non semper observatur. Nam quemadmodum suprà ostendimus, latebram etiā pro ferarum lustris accipi: ita etiam latibulum aliquando de iis locis dicitur, in quibus homines se occultant. Cicer. Attic. lib. 12: Ego autem volo aliquod emere latibulum, perfugium dolotis mei.

Lātĭbŭlo, as, neutrum, p. & latibulor, aris, deponens, p. significat Lateo. [סתר sātar מחבא mechbā חבה chabah. Gall. Se cacher, se mosser & tapir. Ital. Nascondersi. Ger. Verbürgen tigen. Hisp. Esconderse. Pol. Wskrycyu ieslem. Vng. Lappangok, magam el rejtem. Ang. To lurk to lie hid.] Varr. Vide ne servus dominis latibulet. Accius: Progredere, & nequis latibuletur prospice. Antiquum est.

Lather. Hyssopus apud Dioscorid. lib. 3. cap. 28.

Lātĕr, m. t. laterem, latere: & lateres in plurali integrum invenitur pro terra excocta, & in lapidem durata: genitivus & dativus singulares earò legūtur. [לבנה lebenāh, πλίνθος. Gall. Brique ou tuile. Ital. Quadrello, mattone. Ger. Ein ziegelstein/oder backstein. Bel. Steen backsteen. Hisp. Ladrillo. Pol. Cegła. Vng. Tégla. Ang. A bricke or tile.] Cic. 2. de Divin. Num hoc in latere, aut in cæmento, ex quibus urbs effecta est, potuit valere? Colum. lib. 6. cap. 14: Itaq; quum id accidit, veteri lateri later conteritur, eoq; intritto, &c. Idem lib. 9. cap 6: Reliqua sunt alveorum genera duo, ut vel ex fimo fingantur, vel lateribus extruantur. Valla lib. 1. Elegant. Coctilēs lateres, qui cocti sunt, & non crudi. Vitruvius: Sive silex, sive cæmentum, aut coctus later, sive crudus, his erit utendum. Plautus: Latere firmior. Laterū tria genera sunt: didoron, δίδωρον, à longitudine duorum palmorū ita dictum, palmorum (inquam) majorū, quorum singuli valent palmos minores tres: hoc est, digitos duodecim: quæ mensura geminata cōficit sesquipedem: quæ erat didori longitudo: latitudo autem pedis unius. Alterum tetradoron, τετράδωρον: tertium pentadoron, πεντάδωρον nominabant, à mensura quatuor & quinque palmorum. Græci enim antiqui δῶρον palmum vocabant, & ideò δῶρα munera, quòd manu darentur. Vide Plin. lib. 35. cap. 14. ¶ Laterem lavare, proverbio dicitur, pro operam ludere. Inde tractum, quòd rubedo illa in lateribus ablui non possit. Ter. Phorm. Purgē me? laterem lavem: id est, frustrà agam.

Lātĕrcŭlŭs, li, diminutivum, parvus later. [πλινθίον. Gall. Petite tuille. Ital. Mattonello. Ger. Ein ziegelstein/backensteinlein. Hisp. Pequeño ladrillo. Pol. Cegiełka. Vng. Téglácska. Ang. A little bricke or tile.] Plin. Crudis laterculis ad formam camini. Curtius lib. 5. scribit, laterculo coctili structos fuisse muros Babylonis. Colum. lib. 12. cap. 14: Sub porticibus deinde quadratæ haræ cæmentis, vel etiam laterculis extruuntur.

Lātĕrĭtĭŭs, a, um, quod est confectum ex lateribus. [πλινθίνος. Gall. Fait de tuille ou de brique. Ital. Mattonato di mattone. Ger. Ziegelin/auß ziegelsteinen gemacht. Hisp. Cosa obrada de ladrillos. Pol. Z cegły robiony. Vng. Téglabol csinált. Ang. Made of bricke or tile.] Plin. Lapide duro, ac silice æquo construunt, veluti lateritios parietes. Idem lib 35. cap. 14: Græci præterquam ubi è silice fieri poterat structura, parietes lateritios prætulere.

Lātĕrārĭŭs, Lateritius. [πλινθίνος. Pol. Cegliani. Vn. Téglabol csinált.] Plin. li. 7. cap. 56: Laterarias domos constituerunt primi Euryalus, & Hyperbius fratres Athenis. Sic enim legit Calepinus: quum tamen omnia Plinii exemplaria, quæ quidem nobis videre contigit, hunc in modum legendum offendant, laterarias, ac domos constituerunt, &c. ut laterarias intelligamus officinas fornacesq; fingendis, coquendisq; lateribus aptas. ¶ Laterarium, genus tigni. Vitru. lib. 1. cap. 20: Ipsi autem lateratis circa fixis contineantur, teganturq; tabulis maximè palmeis.

Lātĕrcŭlum, li, n. s. substantivum. [Pol. Kſięga do wpisowania ſtanowſt majowiſzich. Vn. Orſzág rendinek laſtroma.] Libri nomen est in quo dignitatum omnium, tàm militarium, quàm civilium cognitio continebatur. Hic erat penes primicerium notariū. Porrò duplex fuit laterculum majus & minus. Majus laterculum dignitates civiles continebat, cujus picturam in voluminе (quod descriptionem imperialium officiorum cum Orientis tum Occidentis cum imaginibus complectitur,) cernere est. Minus laterculum fuit quod dignitates militares continebat. Hujus fit mentio in Codice lib. 1. de Offic. quæst. l. Totius minotis laterculi curam. Vide Tertull. contra Valent.

Lātĕrcŭlēnsēs sunt præfecti laterculorū. [Pol. Stroże kſiąg wkrótce ſa ſtanowie wpiſowani. Vn. Orſzág lajſtromanak őrzői, or zág rendekia.] D. lib. 1. in l. Cōperimus, & in l. fin. C. de proximis sacrorum scriniorum, cæterisq; qui in sacris scriniis militant, lib. 12.

Lātĕrālĭs, Vide LATUS, substantivum.

Laterculum, Iustin. in Constit. 17. cui tit. est, secundum Haloandrum, præcepta præsidum, aliàs de Offic. præsid. Eadem mandata (inquit) in libris legum transcribere, & in sacro laterculo deponi præcipitur.

Laterna, næ, f. p. à lateo, licet lateo habeat primam cor laterna verò prod. [מנר ner. λυχνία, φανός. Gall. Lanterne. Ital. & Hisp. Lanterna. Ger. Ein latern. Bel. Een lanternе. Pol. Latarnia. Vng. Lámpás. Ang. A lanterne.] Matt. lib. 14. Dux laterna viæ clausis feror aurea flammis: Et tuta est gremio parva lucerna meo. Dicta laterna, quòd lumen in ea inclusum lateat. Fit ex laminis corneis, in qua candela includitur, ne à vento extinguatur. Plaut. in Amph. Quò ambūlas tu, qui Vulcanum inclusum in cornu geris.

Lātĕrnārĭŭs, rii, m. s. Qui alteri laternam præfert. [λυχνοῦχος, λυχνοφόρος, λυχνοφόρος. Gall. Qui porte la lanterne. Ital. Che porta la lanterna. Ger. Ein latternen trager/der einem mit der laternen vorjandt. Hisp. Lanternero, el que lleva la lanterna. Pol. Latarnicznik latarnia. Vng. Lampás hordozó. Ang. That beareth the lanterne.] Cic. in Pis. An cum altero barbato Epicureo, cum altero Catilinæ laternario.

Lātĕsco, Vide LATUS, adjectivum.

Lātex, cis, m. t. Omnis humor dicitur, ab eo quod intra aliquid lateat. [משקה mashkēh. ὑγρόν. Gal. Toute liqueur. Ital. Ogni humore. Ger. Ein jede feuchtigkeit. Hisp. Toda humor. Pol. Wszelka wilgotność. Vng. Belső vaio nedvesség. Ang. All kind of licour, juice.] De aqua, Virg. 4. Aen. Spatiatur & latices simulatos fontis Averni. De vino, Idem 1. Aen. Regales inter mensas, laticemq; Lyæum. Sic Ovid. Palladios latices dixit, quum oleum dicere vellet. Et Lucret. Absinthii laticē. Liquoris vitigeni later, Lucret. lib. 5. Cærulei latices, Ovid. 3. Trist. Eleg. 10. Calidi latices, Virg. 6. Aen. Absinthii amarum perportare laticem, Lucr. li. 4.

Lathyrĭs, [λαθυρίς. Pol. Skrzęcik, & terlicz.] Herba quæ catapuria major appellatur, de qua sic Plin. lib. 27. cap. 11: Lathyris folia habet multa, lactucæ similia, tenuiora, germina multa, in quibus semen tuniculis continetur, ut capparis.

Latialis, Vide LATIUM.

Latibulum, Vide LATEO.

Laticlavium, Latifolia, Latifundium, Vide LATUS, adjectivum.

Latio, Vide FERO.

Latito, Vide LATIO.

Latitudo, Vide LATUS, adjectivum.

Lātomĭæ, vel latumiæ, ārum, f. p. [λατομίαι. Gall. Quarrieu. Ital. Luogo dove si scarpellano sassi, miniera di sassi. Ger. Steinbruch/steingrub. Hisp. La cantera, minera de canteri. Pol. Miejsce gdzie kamień tamia. Vng. Kőbánya. Ang. Quarries of stones.] à Græcis dicuntur, quas nos vocamus lapicidinas, autore Ascanio: hoc est, loca unde exciduntur saxa. λᾶς enim Græcis est lapis: & τέμνω, secō. Liv. 6. bel. Pun. Comprehensa postea privata ædificia, comprehensæ latomiæ, forumq; piscatiū. Ad latomias damnati dicebantur ii, qui in opus metalli damnabantur. Plaut. in Capt. Tyndarus in Latomias lapidarias ab Aegione damnatur. Inde, inquit, ibis porrò in latomias lapidarias. ¶ Latomię locus etiā fuit Syracusis, in quem rei & sceleratī conjiciebantur: ita dictus quòd 112. in rupe esset à Dionysio Tyranno excisus. Cicer. 7. Verr. Carcer ille qui est à crudelissimo Tyranno Dionysio factus Syracusis, quæ Latomiæ vocantur, in illius imperio domicilium Romanorum fuit.

Lātomŭs, m. s. [חצב chotsēb. λατόμος. Gall. Tireur de pierre, quarrier, tailleur de pierre. Ital. Spezzapietra, tagliapietra. Ger. Ein steinbrecher/steinhauwer. Hisp. Cantero que saca las piedras y labra. Pol. L'amarz kamienia. Vng. Kőbányás. Ang. A quarrier, a digger of stones.] Latinè dicitur lapicida, qui è rupibus saxa excindit, aut ad opus adaptat.

Lator, Latoris, Vide FERO.

Latrĭā, æ, pen. prod. f. p. Latinè Cultus qui debetur Deo, obsequiū, servitus. [עבודה abodāh. λατρεία. Gall. Service, reverence. Ital. Servitù, offerimento. Ger. Ein verehrung/dienst. Hisp. Honrà è acatamiento al mayor. Pol. Służba boża. Vng. Istenes tisztelet, és szolgálat. Ang. Worshipping or service to god.] Vox est nostris Theologis usitata, à quibus ejus vis est atq; explicatio petenda. August. lib. 10. de Civit. Dei: Latriam nostri, ubicunq; sanctarū scripturarū positum est, interpretati sunt servitutem. Sed ea servitus quæ debetur hominibus: secundū quam præcipit Apostolus servos dominis suis subditos esse debere, alio nomine Græcè nūcupari solet. Latria verò secundum consuetudinem qua locuti sunt qui nobis Divina eloquia condiderūt, aut semper, aut frequēter, aut penè semper ea dicitur servitus quæ pertinet ad colendum Deum.

Latrinā,

Latrīnă, næ, f.p. Cloaca, locus privatarũ fordiũ, & ad exonerandũ ventrẽ accõmodatus: à latẽdo, five potiùs à lavãdo, ut mox Varronis testimonio docebimus. [מחראות mechoraóth מוצאות motsaóth. ἀφεδρὼν, λυτρὼν. Gall. Vn retrait, latrine. Ital. Cacatoio, necessario, cesso, luoco da sfaricare il ventre Ger. Ein prophet/heimlich gemach. Bel. Een privee. Hisp. La privada o necessaria dela casa. Pol. Wichod. Vng. Arnyek szek. Ang. A draught, iakes, or privie.] Foricæ verò loca publica, in quibus licet omnibus ventrẽ exonerare. Cloaca, aquæductus subterraneus dicitur, ad eluendas urbis sordes accommodatus. Antiqui lavatrinã dixerũt quæ postea, syllaba una sublata, latrina est appellata. Varro lib. 2. de Analogia: Deinde quũ brevitatis causâ nomina contraherent, quò essent aptiora, pro lavatrina latrinã nominarunt sicut ex maxillis axillis, & vexillis, malæ, alæ, & vela diminuta sunt. Ex quo apparet, latrinã à lavando dictam esse, proprieq; significare colluviem omnium sordium quæ ex tota domo in unũ locum confluunt. Plaut. in Curcul. Istas tuas magnas minas non pluris facio, quàm ancillam meã, quæ latrinam lavat. Videnturq; latrinę differre à cloacis, tanquã privatæ à publicis. Col. lib. 10: Immundis quæcunq; vomit latrina cloacis. ¶ Invenitur etiã apud veteres Latrinum in neutro. Liberius in compitalibus: Sequere in latrinum ut aliquid gustes ex Cynica hæresi. Lucilius: Hoc tum ipse, credit, quanquã latrina petisse Ex Nonio.

Latro, as, n p. Proprium est canis, quum vocem edit, terrens, & in aliquẽ impetũ faciens. [נבח nabách. ὑλακτέω. Gall. Abbayer, iapper. Ital. Abbaiare. Ger. Bellen. Bel. Baffen. Hisp. Ladrar preguntar. Pol. Szczekam. Vng. Vgatok. Ang. To barke as a dogge.] Virg. 3. Aegloga: multùm latrante Lycisca. Plaut. in Pœnulo: Etiamne meæ in me latrant canes! Cicer. pro Roscio Amerino: Quòd si luce quoq; canes latrent, quũ deos salutatũ aliqui venerint. ¶ Latrare ad homines transfertur, pro vociferari, & intentiore voce clamare. Cicer. 2. de Oratore: Quid enim hic meus frater ab arte adjuvari potuit, quũ à Philippo interrogatus quid latraret, furẽ se videre respondit? ¶ Hujus verbi cõposita sunt, allatro, & oblatro, de quibus vide suis locis. ¶ Latrare aliquando poscere est, sumpta translatione à canibus, qui cùm quid poscunt, latrãt. Lucr. 2: nõnne videre Nil aliud sibi naturam latrare, nisi ut quo Corpore conjũctus dolor absit, &c. Eadẽ aũt significatione Enniũ usum Varronis testimonio & Festi Pompeii intelligitur: quorũ ille: Multa, inquit, ab animaliũ vocibus translata in homines, partim quæ sunt aperta, partim quę sunt obscura. Perspicua, ut Ennii: animus cũ pectore latrat. Ita autem legendum Victorius docet, ratione fretus & Festi testimonio. Malè enim antea lactat pro latrat, legebatur.

Latrŏr, latraris, passivum. [Vn. Meg vgattatom.] Plin. lib. 25. cap. 10: Hanc habentes negant latrari à canibus.

Latrãtur, impersonale. Ovid. 2. Trist. Scit cui latretur, quum solus obambulat ipse.

Latrãns, latrantis, particip. [נבח nobéach. ὑλακτῶν. Gall. Qui abbaye. Ital. Che abbaia. Ger. Bellend. Hisp. Cosa que ladra. Pol. Szczekaiaci. Vng. Vgato. Ang. Barking.] ut, Colla latrantia canis, Propert. lib. 3. eleg. 18.

Latrãtus, particip. à passivo latror. [ὑλακτηθεὶς. Gall. Abbayé. Ital. A chi si abbaia. Ger. Angebellet. Hisp. Landrado. Pol. Szczekanie. Vng. Vgattatot. Ang. Barked at.] Stat. 1. Achil. juxtaq; Caphateus Latratum pelago tollens caput.

Latrãtŏr, m. t. [נבח nobéach. ὑλακτὴς. Gall. Abbayeur. Ital. Abbaiatore. Ger. Ein beller. Hisp. La drador. Pol. Szczekacz. Vng. Vgato. Ang. A barker.] Virg. 8. Aeneid. & latrator Anubis.

Latrãtus, us, m. q. Ipsa vox canum, sive ipse latrandi actus. [ὑλακὴ, ὑλαγμὸς. Gall. Abbayement. Ital. Abbaiamento. Ger. Das bellen. Hisp. Ladrido de perros. Pol. Szczekanie. Vng. Vgatas. Ang. A barking of dogges.] Virg. 5. Aeneid. sævit canum latratus in auras. Ovid. 2. Fastor. Sicut aper lõgè sylvis latratibus actus Fulmineo celeres dissipat ore canes. Plin. lib. 8. cap. 40: Ab alio in Epiro agnitum in conventu percussorem domini, laniatu & latratu abductum ut cogeretur fateri scelus.

Latrōnēs, com. t. Grassatores, raptores, prædones, viarum obsessores, qui viatores aut vita aut pecunia spoliant. [טריבים parisim גדודים ghedhudhim. λῃσταί. Gall. Larrons. Ital. Ladroni. Ger. Mörder/Strassrauber. Bel. Moordere. Hisp. Ladrones. Pol. Zbóyce, mordercy. Vng. Latrok, haszartosok, tolvatok. Ang. Throatcutters, robbers by the high wayes.] Horat. lib. 1. Epist. Vt jugulent homines, surgunt de nocte latrones. Ita dicti, autore Festo, quod à latere adoriantur: vel à Latendo, quò latenter insidientur. Cic. 2. Philipp. Erat ei vivendum latronum ritu, ut tantum haberet, quantum rapere potuisset. Horatius 2. Sermon. Satyr. 1: quẽ cur distringere coner Tutus ab infestis latronib. ¶ Vsurpant poëtæ latronem pro venatore. Virg. lib. 12: fixumq; latronis Impavidus frangit telum: quum superiùs dixisset: Saucius ille gravi venantũ vulnere pectus. ¶ Apud antiquos etiã, latrones dicebantur conducti milites, à λατρεύω inservio: nam serviebãt mercede. Moris autem erat, ut hos Imperator & circa se haberet, & primos mitteret ad omne discrimen. Varro autem hujusmodi stipatores putat latrones dictos, quasi laterones, quoniam latera tegerent. Hos nunc *satellites* vocant, qui principis alicujus latus tuentur, qui & stipatores, & σωματοφύλακες vocantur. Plaut. in Milite: Nam ego hodie ad Seleucum regem misi parasitum meum, Vt latrones quos conduxi, hinc ad Seleucum duceret, Qui ejus regiam tutarentur.

Latrŭncŭlus, diminut. m. f. Parvus latro. [τὸ λῃστίδιον. Gall. Larronneau. Ital. Ladroncello. Ger. Ein strassenrauberlin. Hisp. Ladron pequeno. Pol. Zbóyca, l'otrzyk. Vng. Latrotska, tolvaiotska. Ang. A little robber or throtcutter.] Cicero de Provinciis Consularibus: Res in Sardinia cum mastrucatis latrũculis à Proprætore una cohorte auxiliaria gesta. ¶ Sunt etiam latrunculi sive latrones, quibus ludimus, sedecim scrupis gemina acie utrinq; directis: in quibus duo Reges sunt invicem contendentes, duæ reginæ, quatuor equites, sedecim pedites, quatuor satellites, totidẽ centuriones. [Gall. Eschecs. Ital. Scacchi. Ger. Ein schachstein. Hisp. Axedrez. Pol. Szachi. Ang. A chesse man.] Martialis: Insidiosorum si ludis bella latronum. Seneca: Latrunculis ludimus.

Latrũncŭlātŏr, oris, m. t. Qui latronibus conquirendis & supplicio afficiendis præest, vulgò *Iudex maleficiorum*. [ἐπιμελητὴς τῶν λῃστῶν ἀνάζων. Gall. Prevost des mareschaux. Ital. Giudice de maleficii, Barigello di campagna. Ger. Ein Blutrichter/ein Blutvogt. Hisp. El juez delos ladrones. Pol. Sedzia nad zboyczami. Vng. Lator tolvay keresö kenyo. Ang. That searcheth robbers to punish.] Vlpianus lib. 5. Pand. l. Solemus de Iudic. Latrunculator de re Pecuniaria judicare non potest.

Latrŏcĭnŏr, aris, penult. corr. d.p. Latronũ more prædor, grassor, occido, interficio, neco. [גנב ghanáb שסה pasáh גדד gadad. λῃστεύω. Gall. Desrobber, brigander, destrousser. Ital. Rubbare. Ger. Mörderen oder rauberen treiben. Bel. Roven, moorden. Hisp. Robar. Pol. Morderstwem sie bawie zbóiam. Vn. Latorkodom, tolvaykodom, kóborlok. Ang. To robbe, to take preys or booties.] Cicero pro Milone: Quasi Appius ille Cæcus viam straviffet, non qua populus Romanus uteretur, sed in qua posteri sui impunè latrocinarentur. Cicero primo de Natura deorũ: Tot millia latrocinãtur morte proposita: alii omnia quæ possunt, fana compilant. ¶ Significat & mercede milito. Plautus in Milite: an quia latrocinatis, arbitramini. Quidvis vobis licere facere, verbero? Idem in Curc. Latrocinatus annos decẽ mercedem accipio.

Latrŏcĭnĭum, nii, n. f. Ipse latrocinandi actus. [גנבה ghenebáh. λῃστεία. Gall. Briganderie, destroussement de gens, volerie, larcin. Ital. Assassinamento, latrocinio. Ger. Mord/diebstal. Bel. Rooverije/moorderije. Hisp. Aquel robo publico. Pol. Morderstwo, zbóyectwo. Vng. Tolvayság, latorság. Ang. A robbing and killing by the high wayes.] Colum. Et in ipso facto latrocinium. Cæsar 8. bel. Gall. Quia repentino latrocinio atq; impetu incolæ illorũ erant oppressi. Cic. pro Dejot. Tueri fines suos ab excursionibus hostium, & latrociniis. ¶ Apud veteres pro ipsa militia. Plaut. Qui apud Regem in latrocinio fuisti, stipendium accepitasti.

Latrŏcĭnātĭo, f. t. Latrocinium. [λῃστεία. Pol. Zbóystwo. Vn. Tolvayság, latorság.] Plin. lib. 19. cap. 4: Multitudinis innumeræ sæva latrocinatio.

Lātŭs, a, um. Spatiosus, amplus, laxus: cujus contrariũ est Angustus. [רחב rachab. εὐρύχωρος, πλατύς. Gal. Large, de grand' estendue. Ital. Lato. Ger. Weit/breit/vnd gross. Bel. Breet. Hisp. Ancho en respecto de luengo. Pol. Szeroki. Vng. Szeles. Ang. Wide, large, broade.] Plin. lib. 12. cap. 7: Lata radice arbor. Terent. in Heavton. Huc est intrò latus lectus. Cicer. 6. Verr. Vna via lata perpetua, multæq; transversæ Syracusis. Ibidem: Insula est Melita, satis lato ab Sicilia mari, periculosoq; disjuncta.

Lātŭs etiam aliquando participium est à Feror, idem valens quod portatus. [נשא nissá. ενεχθεὶς, κομισθεὶς. Gall. Porté. Ital. Portato. Ger. Getragen. Hisp. Traido. Pol. Niesiony. Vng. Vitetet. Ang. Borne or brought.] Cic. ad Q. Frat. lib. 2: Latus lectica.

Lātē, adverbium. In multis locis, per multos locos. [εὐρέως, πλατέως, διεξοδικῶς. Gall. Largement, au large, amplement. Ital. Largamente, ampiamente. Ger. Weit vnd breit/ an vielen orten. Hisp. Largamente, anchamente. Pol. Szeroce. Vng. Szelel fzelyben. Ang. Broadlie, widlie.] Cicero pro Lege Manil. Latè longeq; diffusa laus Pompeii. Idem pro M. Marcel. Vagabitur nomen tuum longè atq; latè. Virg. 8. Aeneid. Lucus latè sacer. Cic. in Catil. Latiùs opinione disseminatum est hoc malum. Idem 1. Offic. Hoc latissimè pateat, ad plurimosq; pertineat. Idem lib. 5. de Fin. In omni autem honesto de quo loquimur, nihil est tàm illustre, nec quod latiùs pateat, quàm conjunctio inter homines hominum.

Lātĭtūdo, f. t. Spatiositas, superficies. [רחב róchab מרחב merchab. πλάτος, εὖρος. Gall. Largeur, estendue. Ital. Larghezza. Ger. Breite/weite. Hisp. Anchura, largura. Pol. Szerokosc. Vng. Szelesség. Ang. Largenesse, broadenesse.] Cic. 1. de Nat. deor. In hac immensitate

menſitate latitudinum, longitudinũ, altitudinũ. Cic. 3. de lege Agrar. Qui latitudinem poſſeſſionũ tueri, qui invidiam Syllanorũ agrorum ferre nõ poſſunt. Idem 2. de Orat. Oris pravitatem, & verborum latitudinem imitatur.

Lāteſcō, n.t. Latus fio, & in latum extendor. [רחב rachab. Gal. S'eſlargir, devenir large. Ital. Dilatarſi, allargarſi. Ger. Breit werden/weit werden. Hiſp. Enſancharſe, ſer ancho. Pol. Roʒſzerʒam ſie. Vng. Meg ſʒeleſedem. Ang. To waxe wide or broade.] Colum. lib. 2: Iugerum agri non amplius quatuor ſextariis raporum ſeminis obſerẽdum eſt, quarta parte amplius napis ſpargendum, qui non in ventrem lateſcunt, ſed tenuem radicem deorſum agunt. Cic. in Arat. Hic equus à capite & longa cervice lateſcit.

Lātifŏlĭă, Arboris glandiferæ genus, quam nonnulli eandem putãt cum æſculo: à latitudine foliorũ nomen habens. [Ger. Das breite bletter hat/breitbletterig. Vn. Szeles levelu tölgy fa.] Plin. li. 16. cap. 6: In querna glande alia dulcior, molliorq́, fœminæ, maris ſpiſſior. Maximè autem probantur latifoliæ ex argumento dictæ. Laurus latifolia, & Myrtus latifolia apud. Plin. lib. 15. cap. 7

Lātifundĭum, dii, n.ſ. Magnus & amplus fundus. [Gall. Vn fond d'heritage de grand' eſtendue. Ital. Gran fondo, gran poſſeſſione. Ger. Ein breit und groß ligend Gut. Hiſp. Heredad entera y grande. Pol. Szeroki folwark. Vng. Szeles mezö, birokiég. An. A broade or wide grownd: a field of heritage.] Plin. lib. 27. cap. 22: Latifundiis non legitima naturę feſtinatio: id eſt, non poteſt una certa ratio præſcribi putandæ vineæ in magnis prædiis: quòd aliæ ſeriùs id, aliæ maturiùs deſiderant. Idem lib. 18. cap. 6: Latifundia perdidère Italiam.

Lātĭclāvĭŭs, Tunica erat purpurea prætexta, latior tunica vulgari, qua Senatores utebantur. [Pol. Giermak ſenatorſki. Vn. Biróſag palaſt.] Hoc veſtis genere primus uſus eſt Tullus Hoſtilius Romanorum Rex, teſte Plinio lib. 9. cap. 39. Vtebantur eo & ſacerdotes: ut non obſcurè oſtendit Silius Italicus lib. 3: Sacrificã lato veſtem diſtinguere clavo. Et quoniam hac veſte utebantur præcipuè Senatores, factum eſt ut Latuſclavus accipiatur pro dignitate Senatoria. Plin. in Epiſt. Ego Sexto latumclavũ à Cæſare noſtro, ego Quæſturam impetravi. ❡ Ab Ovidio Clavus ſimpliciter dicitur pro ſenatoria dignitate, illo verſu: Curia reſtabat, clavi menſura coacta eſt.

Lātĭclāvĭĭ, Senatores appellati ſunt, à latoclavo. Sueton. in Auguſto: Ac ne expers, caſtrorum eſſet, binos plerunq́; laticlavios præpoſuit ſingulis aliis Laticlavia tunica. Valer. lib. 5: Et tunica laticlavia donatum, ad Maſiniſſam remiſit.

Lātŭs, eris, n.t. Quod eſt infra alam. [צלע tſelah צד tſad. Gall. Le coſté. Ital. Lato, fianco, coſtato. Ger. Die ſeyt. Bel. Een ſijde. Hiſp. Lado ò coſtado. Pol. Bok. Vng. Oldal. Ang. A ſide.] Virg. 2. Aeneid. Lateriq́; Argivum accommodat enſem. Quintil. li. 1. ca. 11: Inclinatio laterũ fortis & virilis. Cic. pro Cluent. Is ex equo cecidit, & latus offendit vehementer. ❡ Hinc lateris dolor, quẽ Græci vocant. Cic. 3. de Orat. Craſſus laterum dolore conſumptus. Horat. 1. Serm. Satyr. 9: Hunc neque dira venena, nec hoſticus auferet enſis, Nec laterũ dolor, aut tuſſis, nec tarda podagra. ❡ Aliquando latus pro viribus & ſpiritu ponitur. Cic. de Senect. Quum legem Voconiã magna voce & bonis lateribus ſuaſiſſem. Idem de Senect. Neq; enim ex te unquam es nobilitatus, ſed ex lateribus, & lacertis tuis. ❡ A' latere, dicuntur chari & amici principũ, qui eorum lateribus ſemper adſunt. Liv. lib. 4. bel. Pun. Ab latere inde eos nominat tyranni, quorum capita viliſſima fingenti inter dolores gemituſq; occurrerunt. Curtius lib. 5: Quum ad perniciem ejus etiam à latere pecunia ipſius ſolicitaret hoſtis.

Lātuſcŭlum, li, diminutivum, n.ſ. Parvum latus. [Gall. Petit coſté. Ital. Picciolo lato. Ger. Ein ſeytlin. Hiſp. Pequeno lado ò coſtado. Pol. Boczek. Vng. Oldalotska. Ang. A litle ſyde.] Catullus ad Thallum: Ne laneum latuſculum, manusq́; mollicellas Inuſta turpiter tibi flagella conſcribillent. Speculorum latuſcula: id eſt, parva latera. Lucret. lib. 4: Quinetiam quæcunq; latuſcula ſunt ſpeculorum.

Lătĕrēnſes, à Latere novè dixit Tertullianus, quos alioqui laterones appellamus. [Pol. Wodʒowie podlie bokow chodʒaci. Vn. Oldalaſſag valo, (avagy) oldal mellet allo bruk ſʒolgák.] Tert. li. 4. contra Marcion. Tot ferè laterenſibus uti ſolebat in duobus teſtibus, conſiſtens Dei ſermo. Dicti ſunt laterenſes quod latus claudant.

Lătĕrālĭă viatoria, Capſulæ videntur eſſe in quibus ad ephippium utrinq; loro ſuſpenſis, ea quę nobis in itinere neceſſaria ſunt, recondimus. [Pol. Bieſʒagi, ſunki. Vn. Iſzák.] Scævola l. 102. D. de leg. & fideicommiſſ. 32: Vxori meæ lateralia mea viatoria & quicquid in his conditum erit, quæ membranulis mea manu ſcriptis continebantur. Item: Hic chirographa debitorum & pecuniam cùm eſſet profecturus in urbem, in lateralibus condidit. Ex Hotomano.

Lăvācrum, Vide LAVO.

Lavacrum Veneris, Dioſcor. lib. 3. cap. 12. Dipſocos.

Laudemium, Quidam accipiunt præmium illud, nempe quinquageſimam, quod præſtatur juxta ſanctionem Iuſtiniani in l. 3. C. de jur. empt. pro renovatione emphyteuticæ, à verbo Laudo deducentes, quum Latiniùs eſſet Laudativum, ſicut Donativum.

Laudo, das, act. p. Commendo, extollo. [הלל hillel שבח ſibbach. Gall. Louër, dire bien, nommer en bien. Ital. Laudare, lodare. Ger. Loben. Bel. Loven. Hiſp. Loar ò alabar. Pol. Chwalic. Vng. Diſérem. Ang. To praiſe, to commend.] Virgil. 2. Georgic. laudato ingentia rura. Exiguum colito. Differt autem à verbo Probo: quòd re magis probemus, laudemus verbis. Plautus in Trin. utrunq; conjunxit: Laudo (inquiens) conſilium, & probo. ❡ Aliquando Laudare, eſt nominare. Plaut. in Capt. Id ſcias, Iovem ſupremum teſtem laudo. Laudare, inquit Macrob. lib. 6. ca. 7. Saturn. ſignificat priſca lingua nominare appellareq́;. In qua ſignificatione uſus eſt Pomponius in L. 6. de action. empt. Si tibi iter vendidero, ita demum autorem me laudare poteris, ſi tuus fuerit fundus. Item Modeſtinus in L. 63. de evictionibus. ❡ Nonnunquam etiam citare, & in teſtem adducere. Laudare teſtẽ, quo eſt Fabius uſus in declamat. eſt nominare: quem enim quis teſtem nominat, laudet eundem neceſſe eſt, ne videatur parum dignus cujus teſtimonium audiatur. Turnebus. Gell. lib. 3. cap. 16: Varro undecimo menſe naſci hominem poſſe dicit, ejusq́; ſententiæ tàm de octavo, quàm de undecimo menſe, Ariſtotelẽ laudat autorem. Cicero 3. de Orat. Atq; hæc quidem ab his philoſophis, quos tu maximè diligis Catule, dicta ſunt: quod eo ſæpiùs teſtificor, quòd autoribus laudandis ineptiarum crimen effugiam: id eſt, his philoſophis nominatim citandis, & tanquam ad teſtimonium dicendum evocandis, quos autores harum rerum habeo. ❡ Laudare cum exceptione: id eſt, non integrè. Cicero li. 1. Epiſt. ad Quint. Fratr. Vnum eſt quod tibi ego præcipere non deſinam, neq; te patiar cum exceptione laudari. Omnes enim qui iſtinc veniunt, ita de virtute, integritate, humanitate commemorant, ut in tuis ſummis laudibus excipiant unam iracundiam. ❡ Hujus compoſita ſunt, Allaudo, Collaudo, Elaudo, de quibus ſuprà.

Laūdātŭs, a, um, participium, ſive nomen ex participio. [מהלל mehullal משבח meſchubbach. Gall. Loué. Ital. Laudato. Ger. Gelobt. Hiſp. Alabado. Pol. Chwaloni. Vng. Diſéretett, diſéretes. Ang. Praiſed, commended.] Abundè laudatus, Ovid. 1. Triſt. eleg. 6. Falſo laudata fœmina, Idem 3. Amor. Eleg. 11. Laudatiſſima forma, Idem Epiſt. 18.

Laūdātŏr, oris, m.t. [מהלל mehallel משבח meſchabbeach שבח ſchabbeach. Gall. Celuy qui loue & dit bien de quelqu'vn. Ital. Chi lauda altrui. Ger. Ein lober. Hiſp. Alabador. Pol. Chwalcza, woł awiacz. Vng. Diſérö. An. A praiſer, a commender.] Ad Her. li. 4: Nolo eſſe laudator, ne videar adulator. Laudator voluntarius, Cic. 6. Verr.

Laūdātrix, cis, f.t. [מהללת mehalleleth משבחת meſchabbachath. Gall. Celle qui loue. Ital. Donna che lauda. Ger. Ein loberin. Hiſp. Alabadora. Pol. Takowa chwali. Vng. Diſérö aʒʒony. Ang. She that praiſeth.] Cic. 3. Tuſcul. Vitiorum laudatrix fama popularis.

Lāudāndŭs, gerundivum: ut loci non laudandi, Ovid. 1. Triſt. eleg. 2.

Laudātĭo, onis, f.t. Commendatio. [תהלה tehillah. Gall. Louange. Ital. Laude, lode. Ger. Lobung. Hiſp. Loor, alabança, ò obra de allabar. Pol. Chwalenie. Vng. Diſéret, diſérés. Ang. Commendation or praiſing.] Cic. 4. Verr. Præclara laudatio. Item 2. de Finib. Lege laudationes Torquate, nõ eorum qui ſunt ab Homero laudati, &c.

Lāudātĭŏr, compar. [Pol. Chwalebnieyſy. Vng. Diſéretebb.] Gell. lib. 4. cap. 9: Quantò majora auctioraq́; ſunt, etiam tantò laudatiora ſunt.

Lāudābĭlĭs, le, om.t. Quod meritò laudari poteſt. [Gall. Louable, digne d'eſtre loué. Ital. Lodevole. Ger. Lobliche/lobs wärt. Hiſp. Coſa digna de ſer alabada. Pol. Chwalebni. Vng. Diſéretes. Ang. Worthie of praiſe.] Plautus in Perſas Aedepol dediſti virgo operam laudabilem, probam, & ſapientem, & ſobriam. Laudabilis vita, apud Ciceronem de Amic. Rectæ & laudabiles res, Idem lib. 1. de Finib. Opus laudabile, Lucret. lib. 5. Carmen laudabile, Horat. de Arte.

Lāudābĭlĭtĕr, adverbiũ, Cum laude & commendatione. [Gall. Louablement, avec louange. Ital. Lodevolmente. Ger. Loblichen. Hiſp. Loablemente. Pol. Chwalebnie, chwal'am. Vng. Diſéretesſen. Ang. Praiſe worthely.] Cicer. 5. Tuſc. Quid ſad rectè, honeſtè, laudabiliter, poſtremò ad bene vivendum, ſatiſne eſt preſidii in virtute?

Lāudātĭvŭs, a, um, Quod laudationi eſt accommodatũ. [Pol. Chwal'ſzodui. Vng. Diſéretre alkolmatos.] Vnde Laudativũ genus orationis à Rhetoribus dicitur, quod alio nomine demonſtrativum vocant Rhetores. Quintil. libro 2. cap. 10.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

cap.16: Laudativam totam, quæ est pars Rhetorices tertia. Et laudativus casus, dictus est accusativus: quia per hunc videmur vel accusare, vel laudare.

Laus, dis, f.t. Præconium, commendatio, gloria. [תהלה tehillah, ἔπαινος. Gall. Louange, los. Ital. Laude, lode, gloria, honore. Ger. Ein lob. Bel. Een lof, prijs. Hisp. Loor, alabança, o loura. Pol. Chwała. Vng. Dicséret. Ang. Praise, commendation.] Terent. in Adelph. Di vostram fidem. Vtrum studióne id sibi habet, an laudi putat fore, si perdiderit gnatum? Propriè virtus est, non aliunde proveniens, sed suis nixa radicibus. Virg. 5. Aen. - primã merui qui laude coronã. Dicta ἀπὸ τοῦ λαοῦ: hoc est, à populis, quòd propriè laus sit populi, de aliquo secta loquẽtis. Certare laudibus alicujus. Virg. 2. Georg. Nec pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hæmus, Laudibus Italiæ certent. Concedere laudẽ alicui. Cic. 1. de Oratore: Vt eorũ quibus summa dicendi laus à nostris hominibus cõcessa est, &c. Conciliare laudẽ. Quint. li. 2. cap. 7: Et laudẽ sæpè majorẽ, quàm si nostra sint, cõciliant. Ponere in laude. Cic. 3. de Oratore: Rectè genus hoc numerorum, dummodo ne cõtinuum sit, in orationis laude ponetur. Tribuere laudem. Cicero Metell. lib. 5: Ego dolori non solùm ignosco, sed summam etiam laudem tribuo. ¶ Interest autẽ inter laudem & honorem, quòd honor dignitatis consummatio vel publicè, vel privatim. Laus secunda existimatio rectè factorum.

Laudicœna, æ, Plin. Epist. lib. 2. Maximo: Sequuntur auditores actoribus similes conducti, & redempti mancipes in media basilica, tàm palam sportulæ, quàm in triclinio dantur. Ex judicio in judicium pari mercede transitur. Inde jam non inurbanè σοφοκλεῖς vocantur: iisdem Latinum nomen impositũ est Laudicœnis.

Lavendulam, Nardum Gallicam, vel spicam Celticam primus M. Virgil. in Comment. pronunciavit: verùm an ad rem, alii viderint.

Laver, eris, neut. gener. & aliquando fœm. [σίον. Gall. Berle. Ital. Gorgolibro. Ger. Bachpungen wasser/gauchheil. Hisp. Rabacas. Vng. Ezben korsókáia.] Herba est in aquis nascens, frutice pingui, recto, foliis latis, olusatro similibus, sed minoribus & odoratis. Diosc. Plin. lib. 26. cap. 8. Laver quoq; nascens in rivis, condita & cocta torminibus medetur.

Lavo, as, act. p. Abluo, purgo, mundo, nitidum reddo. Descendit à verbo Græco λούω, quod ejusdem est significationis. [רחץ rachats כבס chibbes. λούω, νίπτω, πλύνω. Gall. Lauer. Ital. Lauare. Ger. Wäschen. Bel. Wasschen. Hisp. Lauar. Pol. Myie. Vng. Megmosom. Ang. To wash.] Plaut. in Aulul. Aquam hercle plorat, quum lavat, profundere. Idem in Truculento: Vise illam, atq; opperire ibi, jam exibit: nam lavabat. Virg. 3. Aeglog. - omnes in fonte lavabo. Ovid. Epist. 2: Membra lavabis aqua. Idem 3. de Arte. - lacrymis vulnera sæva lavat. Præteritũ facit lavi. Terent. in Heaut. Atq; illa, si jam laverit, mihi nuntia. Supinũ est lotum: unde deducitur participium lotus. Mart. lib. 5: Lotus nobiscum est, hilaris cœnavit, & idem Invẽtus manè est mortuus Andragoras. Olim etiam lavatum faciebat, & per syncopen lautum. Terent. in Eunuch. Abeunt lavatum, perstrepunt. Horat. 1. Serm. Satyr. 6: Ast ubi me fessum sol acrior ire lavatũ Admonuit. Ovid. 3. Fast. Sacra lavaturas manè petebat aquas. ¶ Veteres hoc verbum per tertiam conjugationem inflectebant. Virg. lib. 10. Aeneid. Visceribus superinfundẽs lavit improba teter. Ora cruor. Horat. 1. Serm. Satyr. 5: Ora manusq; tua lavimus Feronia lympha. Quibus in locis quum prima syllaba hujus verbi corripiatur, certum est nõ esse præteriti temporis, quum dissyllaba præterita priorem necessariò producãt. Simile est illud apud Virg. 3. Aeneid. Luminis effossi fluidum lavit inde cruorem. ¶ Interdum significat madefacere, humectare, βρέχειν. Plaut. in Pseud. Gestas tabellas tecum, eas lacrymis lavit. ¶ Hujus composita, Abluo, alluo, colluo, circumluo, deluo, diluo, eluo, perluo, proluo, præluo, reluo, & subluo, quorum significata vide suis locis.

Lavatio, f.t. Lavacrũ, purgatio, lotio. [רחץ rachats רחצה rachtsah. λοῦσις. Gall. Lauement, baignement. Ital. Lauamento. Ger. Weschung. Hisp. Lauamiento. Pol. Mycie. Vng. Megmosás. Ang. A washing.] Plinius lib. 8. cap. 45: Lavatione calidæ aquæ traduntur pinguescere. Cicero Varroni: Si minus, persequar in Cumanum, & antè te certiorem faciam, ut lavatio parata sit: id est, balneum.

Lavatrum, n. f. Balneum, in quo quis lavari commodè potest. [רחץ rachats רחצה rachtsah. λουτρόν. Gall. Lauoir, ou lieu à se lauer. Ital. Lauatoio. Ger. Ein bad. Hisp. Lugar do se lauan. Pol. Łaźnia. Vng. Feredő. Ang. A washing place.] Gell. lib. 1. cap. 2: Propulsabamus caloris incommoda lucorum umbra ingentiũ, longis ambulacris & mollibus, ædium posticum refrigerantibus lavacris. Hujus dictionis media producitur quum à supino lavatum derivetur.

Lautus, ta, tum, Purgatus, lotus, mundatus. [רחץ rachats מכבס mechabbas. λελουμένος. Gall. Laué. Ital. Lauato. Ger. Gewäschen/gebadet. Hisp. Lauado. Pol. Zmity. Vng. Megmosatot. An. Washed, cleane, tricke.] Ter. Tène asymbolum, venire unctum atque lautum è balneis? Horatius 2. Sermon. Satyr. 3: Libertinus erat qui circum compita siccus Lautis manè senex manibus currebat. Cic. pro Dejot. Cur te lautum voluit, cœnatum noluit occidere? ¶ Aliquãdo idem ferè quod mundus & splendidus. [עדין hadin יפה japhe נדיב nadhib שוע schoah עבוך hanogh ... λαμπρός. Gall. Magnifique & somptueux, honneste, honorable. Ital. Delicato, polito, magnifico. Ger. Sauber/zierlich/wolgerüstet. Hisp. Afeytado o delicado. Pol. Czędni, chedogi. Vng. Fen.] Hinc lauta cœna, apud Plin. in Epist. 194. dicitur, quæ magnificè, opipareq; est instructa. ¶ Homo lautus dicitur, qui elegans est, mundus & splendidus. λαμπρός. Cicer. 3. Verr. Quum iste atq; istius amici, homines lauti, atq; urbani, sermones hujusmodi dissiparent. ¶ Aliquando divitem & potentem. Terent: in Heaut. Omnes te in lauta, & bene aucta parte putant. Cicer. Acil. lib. 13: In Halesina civitate tàm lauta, quàm nobili conjunctissimos habeo. Lautum & copiosum patrimoniũ, apud eundem pro Rab. Posthumo.

Lautè, adverbium, Eleganter, splendidè, magnificè. [λαμπρῶς. Gall. Mignonnement, jolyment, gentement. Ital. Delicatemente, gentilmente, magnificamente. Ger. Herrlichen/köstlichen. Hisp. Afeytada y delicadamente. Pol. Hainie, ozdobnie. Vng. Feissen, kazdagon. An. Minionly, costly daintely.] Plaut. in Casina: Lautè vestitus, exornatusq; ambulat. Idem in Mil. Loquitur lautè, & minimè sordidè. A lautus fit diminutivum lautulus: à quo adverbium lautulè.

Lautitia, æ, f.p. Epularum magnificentia, à lavatione dicta, ut Festo placet: quia apud antiquos elegantiæ studiũ quod nũc est, nõ erat, & raro quis lavabat. [תענוג tahanúgh מעדנים mahadanim. πολυτέλεια. Gall. Magnificence en habits ou banquets. Ital. Delicatezza, magnificenza in habiti & in cibi. Ger. Zierligkeit/köstlichkeit. Hisp. A feyte o delicadeza en manjares. Pol. Ochedostwo. Vng. Fris lakodalom. Ang. Finesse, daintinesse.] Lautitia igitur munditia est in vestitu & in epulis. Plin. li. 9. cap. 35: Quum exquisitis quotidie Antonius saginaretur epulis, lautitia ejus omnem, apparatũq; detrectant. Cic. in Epist. Fama ad te mea nova lætitia veniet. ¶ Antiquitùs etiam lautitia dicebatur, teste Festo, farina ex tritico aqua conspersa.

Lautia, orum, n.f. Munera dicebantur quæ Romani per Quæstores legatis exterarum nationum, Regibus amicis, ac viris claris advenientibus mittebant. λαύτια, ut inquit Plutarch. in Probl. [Gall. Presens & dons que les Romains enuoyoyent aux ambassades des estrangers. Ital. Doni & presenti che si facevano da Romani à gli ambasciatori de principi esterni, & ad altri gran personnaggi. Ger. Gaaben oder Schenckinen so der Römisch gewalt frembden Bottschafften geschickt / die zu verehren. Hisp. Las dadiuas que dauan los Romanos à los embaxadores estranneros. Pol. Podarki ktore rzymianie obcym posłom dawali. Vn. Ibecsiny emberek adott ajándék, ... tökk nek vala ajándék. Ang. Presents that the Romanes sent to the ambassadours of other realmes.] Vnde scribit Livius: Lautia Attalo fuisse decreta. Festus: Dautia dicebant veteres quæ Lautia dicimus, dabantur legatis hospitii gratia. Liv. 8. bell. Pun. Locus inde, lautiaq; legatis præberi jussa. ¶ Legimus & Lautias fœminini generis in eadẽ significatione. Liv. 8. bell. Pun. Ad hoc ædes, libera loca, lautiæ, legatis decreta. ex Bud. Lautia dicũtur, quæcunq; ad lautitiã atq; elegantiã cultus & mensę pertinẽt. Iurecõsult. de Aur. & arg. legat. argumẽto. Mũdo, inquit, muliebri cõtinentur lautica, arcus, reticula, & hujusmodi. Lautica, vocẽ, ni fallor, nihili Nebriss. interpretatur, ac pro ea reponendũ putãt vocabulũ Calentica, ut habet editio Norenberg. cujus non tantùm hic, sed & alibi meminit Vlp. Erat autem tegmen muliebre capitis, ut Baysius ex Cic. docet.

Laurea, Vide LAVRVS.

Laureotis, hujus laureotis, pen. prod. Spodii genus est ex argento. [Pol. Popiół ze śrzebra na ściany odchodzący. Vng. Ezüst tajték.] Est autem spodiũ cineris genus ex metallis, dum in fornace coquuntur, favillæ modo evolans, & in fornacis pavimentum recidẽs: ut docet Galen. lib. 9. Simp. medic. qui ea ratione distinxit spodium à pompholyge, quòd hæc ob levitatem ad summas usq; fornacũ cameras evolaret, iisq; adhæresceret: illud neque tam altè evolaret, & mox in pavimentum recideret. Plinius tamen spodion etiam illud appellat, quod summis fornacum testudinibus adhæret: distinguitq; à pompholyge solo colore, quòd pompholyx minùs candida sit.

Laurices, Fœtus sunt cuniculorum è matre execti, vel uberibus ablati, qui olim cum interaneis non repurgatis cocti, gratissimis in cibis habebantur. [Pol. Płod ... królików ... Vn. Hazi nyul fiak.] Autor Plin. lib. 8. cap. 55.

Laurus, ri, f.f. [אזרח ezrach. Gall. Laurier. Ital. Lauro, alloro. Ger. Ein lorberbaum. Hisp. Laurel arbol. Pol. Bobkowe drzewo. Vng. Babérfa. Ang. A laurell or baye tree.] Aliquando quartæ classis fuit, & lauru in sexto casu, & in recto numeri multit. laurus, efferebatur. Est autem genus arboris, perpetua virens

coma:

coma. Itaque & Apollini sacra esse putatur, eo quòd is Deus semper juvenis & imberbis esse existimetur. A' Græcis δάφνη dicitur: quæ res poëtis fabulandi occasionem videtur præbuisse, Daphnen puellam ab Apolline adamatam, quum vim ejus effugere non posset, deorum miseratione in laurum fuisse mutatã. Laurus (inquit Pli.lib.15.ca.30.) triumphis propriè dicatur, vel gratissima domibus, janitrix Cæsarũ, pontificumque: quę sola & domos exornat, & ante limina excubat. Duo ejus genera tradit Cato, Delphicã & Cypriã. Delphica laurus dicta, quòd victores Delphis ea coronarẽt: & est viridior laurus, maximis baccis, & è viridi rubentibus. Cypria, folio brevi, nigro, subcrispo. Quidam mustaceam addiderunt, ita dictam, quoniam mustaceis subjiceretur. Hanc esse folio maximo cõstat, flaccidoq;, & albicante. ❡Numeratur etiam ab aliquibus inter lauri genera Tinus, quam nonnulli sylvestrem laurum intelligunt, nonnulli sui generis arborem. Differt colore, est enim ei cærulea bacca. ❡Itẽ regia laurus, quæ & augusta, cognominatur, amplissima & arbore, & folio baccis quoque gustatu non asperis. ❡Sunt & alia lauri genera. Plinius lib.15.cap.30. ex quo hęc paucis verbis immutatis: Laurus Apollinea, quòd Apollini dicata sit. Ovid. 6 Fast. Venit Apollinea longas cõcordia lauro Nexa comas. Delphica lauro comam cingere. Horat. 1. Car. Ode 30. Fatidica laurus, Claudian. 3. Paneg. Vel quòd Apollini fatidico Deo est dicata: vel quòd ex ejus crematę strepitu futura colligebãt, ut Porphyrius philosophus, & Iliad. 1. scribit Eustathius. Fragosius enim combusta fœlicitatem portendere credebatur, Tibul. lib.2. Eleg.6: At laurus bona signa dedit, gaudete coloni. Cõtrà si tacitè conflagrasset, tristia portẽndebat. Propert. lib.2. Eleg.29: Et jacet extincto laurus adusta foco. Vide Cæl. Rhodig. lib.5. cap.7. Plin. lib.15. cap.30: Laurus ipsa pacifera, ut quã prætendi etiam inter armatos hostes quietis sit indiciũ.

Laurẽă, f.p. propriè lauri folium perpetuò virens, & topiario operi accedens. [δάφνη. Gal. Fueille de laurier. Ital. Foglia di lauro. Ger. Ein lorbeerblat. Hisp. Hoja de laurel. Pol. Lisscie bobkowe. Vng. Borostyán level. Ang. The leafe of a baye tree.] Ovid. 3. Fast. Cedit ab Iliacis laurea cana focis. Plin. lib.15. cap.30: Vnius arborum Latina lingua nomen imponitur viris: unius folia distinguuntur appellatione: lauream enim vocamus. Quem Plinii locum sic intellige, Nullam esse arborem à qua viris nomen sit impositum præter unam laurum: deinde nullam esse arborem, cujus folia habeant distinctam appellationẽ, præter unius lauri folia, quæ laureæ dicuntur. Virg. 7. Aeglog. Populus Alcidæ gratissima vitis Iaccho, Formosæ myrtus Veneri, sua laurea Phœbo. Horat. libro 2. Carm. Tum spissa ramis laurea fervidis. ❡Aliquando corona est, ex lauro facta, quæ in triumphis adhibebatur, [Gal. Chapeau de fueilles de laurier. Ital. Ghirlanda con foglie di lauro. Ger. Ein lorbeerkräntz. Hispan. Corona ò guirnalda de laurel. Pol. Wieniec z ziela bobkowego listu. Vng. Borostyán, koszorú. Ang. A garland of laurell leawes.] Martial. lib.2: Quæ datur ex Dacis laurea, tota tua est. Cato de Re rust. lib.1: Lauream & Laurum, & mutatã diphthongo, au, in o literam, Loream dixit.

Laurẽŭs, a, um, Quod est ex lauro: [δάφνινος. Gal. De laurier. Ita. Di lauro. Germ. lorbeerin. Hisp. Cosa de laurel. Pol. Bobkowi. Vng. Borostyánbol valo. Ang. Of the baye tree.] quomodo roseus, myrteus, quod ex rosa, myrtove confectum est: ut, Laurea corona, & serta laurea. Plin. lib.15. ca.30. Ovid. 2. Trist. Ponat & in nitida laurea serta coma.

Laurẽtum, n.s. Locus cõsitus lauris: [δαφνών. Gal. Vn lieu planté de lauriers. Ita. Luogo piantato d'allori. Germ. Ein ort da viel lorbeerbäum stehn. Hisp. Lauredal, lugar de laureles. Pol. Miejsce drzewa bobkowego pełne. Vn. Borostyános hely. Ang. A place planted with baye trees.] veluti rosetum, myrtetum, spinetum: Locus rosis, myrtis, spinisve consitus. Plin. lib.15. cap. ult. Durat & in urbe nomen impositum loco, quando laurętum in Aventino vocatur, ubi sylva lauri fuit.

Laurẽŏlă, f. læ, accentu in antepenultima. à laurea diminutivum nomen, Coronula ex lauro. [δαφνινος στέφανος, δαφνίς μικρά. Gal. Petit chapeau ou guirlande de laurier. Ital. Ghirlanda di lauro. Ger. Ein lorbeerin kräntzlin. Hisp. Corona ò guirnalda de laurel. Pol. Wieniec bobkowy. Vn. Borostyán koszoruczka. Ang. A garland of the baye tree.] Cic. lib. 2. Epist. Famil. Qualemcunq; triumphum sive ovationem Laureolam appellat. Velles enim, ait, tantùm modò ut haberem negotii, quod esset ad laureolam satis. Laureolam in mustaceo quærere, est ex re frivola insignem laudem captare. Cic. ad Atti. Bibulus, credo, voluit appellatione hac inani nobis esse par: in codẽ Amano cœpit laureolam in mustaceo quærere.

Laurẽātŭs, a, um, nomẽ, Lauro ornatus. Latinum non est. Hinc laureati, qui laureis coronati sunt. [δαφνηφορούμενος. Gall. Couronné de laurier. Ital. Inghirlandati di lauro. Germ. Mit einem lorbeerinen oder lorbeerenen kräntzlin bekrönt. Hisp. Coronados de laurel. Pol. Koronowani wieńcem bobkowym. Vng. Borostyán koszorús. Ang. Crowned with the baye tree.] Cic. pro Muræn. Qui imaginem parentis sui laureatam in gratulatione sua conspexit. Sic fasces laureatos dixit idem Cicero 2. de Divinat. id est, fasces laurea vel lauro circumvolutos. Plin. lib.35. cap.18: Tãtumq; non cum laureatis fascibus remitti illò, unde creatis pedibus advenissent.

Laurĭfĕr, ra, rum, & Lauriger, Ferens seu gerens laurum. [δαφνηφόρος. Gal. Qui porte lauriers. Ital. Luoco che produce lauri. Ger. Der etwas lorbeerbäum tregt. Hisp. Que tiene ò trae laurel. Pol. Ktory bobek. Vn. Borostyán hordozo. An. That beareth baye tree.] Plin. lib.15. cap.30: Lauriferam terram illam osculatus ex responso. Lucan. lib.5: Lauriferos nullo comitetur vulnere currus. Martial. lib.3: Laurigeros ageres quum læta triumphos. Ovid. 3. de Arte: Visite laurigero sacrata palatia Phœbo.

Laurĭcŏmŭs, a, um: [ὁ καὶ ἡ δαφνόκομος, ὁ δαφνώνη. Gal. Qui porte du a do laurier. Ita. Inghirlandato d'alloro. Ger. Das viel lorbeer hat. Hisp. Cosa que tiene hojas de laurel. Pol. Pełny bobku. Vng. Borostyános. Ang. That beareth baye trees.] ut, Montes lauricomi, id est, lauricomis ornati. Lucret. lib.6.

Laurīnŭs, na, num, penul. prod. Quod ex lauro factum est, laureus δάφνινος, ut Laurinum oleum. [δαφνέλαιον. Gall. De laurier. Ital. D'alloro. Ger. Lorbeerin. Hisp. Cosa de materia de laurel. Pol. Z bobku. Vng. Borostyánbol valo. An. Made of the baye tree.] Plin. libro 23. cap.4: Oleum laurinum utilius, quò recentius. Item lib.12. cap.8: Item laurino folio. Idem lib.19. cap.5: Exit & in cubitalem altitudinem, foliis laurinis, sed mobilibus.

Laus, dis, Vide LAVDO.

Lautĭă, Lautitia, Lautus, Vide LAVO.

Lāxāmentum, Laxare, Laxatus, Vide LAXVS.

Lāxŭs, xa, xum, Laxatus, remissus, nõ cõtentus, aut adductus [משׁאן nischmas כּרוּת כְּרֻתָה nirpeh נְרְפָּה niphtach אֶגֶר mutar, χαῦνος. Gall. Lasche, large. Ita. Rallentato. Germ. Weit/nachgelassen. Belg. Slap los/ontbonden. Hisp. Floxo, ancho. Pol. Spuszczony, przestrony. Vng. Tág, bö. Ang. Loose, slack.] ut, Laxæ fides, laxæ rudentes, laxus arcus. Virg. 11. Aeneid. Sed laxos referunt humeris languẽtibus arcus. Idem 3. Georg. Et primùm laxos tenui de vimine circlos Cervici subnecte. Sic laxa vela dicimus, quæ ventorum flatu non tenduntur. ❡Item Laxas habenas, pro molli & leni imperio, translatione ab equis sumpta, quæ habenis adductis molestiùs & laboriosiùs incedit, quàm iisdem relaxatis. ❡Accipitur item laxus pro amplo & capaci. εὐρύς. Colum. lib.1. cap.3: Nec dubium quin minùs reddat laxus ager, non rectè cultus, quàm angustus eximiè. ❡Laxum tempus: id est, longum: cui opponitur breve, & angustum. Plin. in Epist. Fecit enim hoc quoque, ut cætera, imprudentissimè, quod post duos & Consulares, & disertos, tempus sibi & quidem laxius vindicavit: id est, longius. Cic. ad Attic. lib.6: Ego sic diẽ statuo satis laxam: id est, tempus satis longũ. Proculus l. quum stipulatus. ff. de Verborum obli. Quum ipse arbitratu meo aliam diem operi faciundo laxiorem dederim: id est, quum diem protulerim. ❡Hinc Prolixũ, quasi porrò laxum. ❡Invenitur & Laxũ, adverbium, pro laxè. Mart. Et adhuc superet centies tibi laxum.

Lāxē, adverbium, Remissè, latè. [χαύνως. Gal. Laschement, au large. Ital. Larghamente, rimessamente. Germ. Weit/oder nicht eng. Hispan. Floxamente, anchamente. Pol. Szeroko, nie ciasno, przestronie. Vn. Tágan, bövön. An. Loosselie, largelie.] Cicer. pro Domo sua: Habitare laxè & magnificè voluit. Laxè & angustè sunt contraria. Varro 2. de re Rust. cap.10: De numero pastorum alii angustiùs, alii laxiùs constituere solent.

Lāxĭtās, atis, f.t. Remissio. Propriè opponitur Contentioni. [שׁמִטָּה schemittah אַרְוָחָה marpe' פִּתְחוֹן pithchôn, χαυνότης. Gal. Estendue au large, largeur. Ital. Rallentamento, remissione, allentamento. Germ. Weite. Hisp. Floxura, anchura. Pol. Szerokość. Vng. Meg tágulás. Ang. Loosenesse, slakenesse.] ut, Laxitas in fidibus esse dicitur, quum tensæ non sunt. Accipitur tamen nõ rarò pro amplitudine, seu magna capacitate. εὐρύτης: cui opponitur angustia: ut Laxitas domus. Cicer. 1. Offic. Sic in domo clari hominis, in quam & hospites multi recipiendi sunt, & admittenda hominum cujusq; modi multitudo, adhibenda est cura laxitatis. Laxitas viarum, Col. lib.4. cap.1.

Lāxo, laxas, act. p. Laxum reddo, remitto: ejus contraria sunt, Contendo, intendo, adduco: [רִפָּה rippah פִּתַּח pittach הִתִּיר hittir χαυνόω. Gal. Mettre au large, lascher, relascher. Ital. Rallentar, relassiare. Ger. Weit oder lind machen/ nachlassen. Bel. Wijden, opdoen; verlossen, ontdoen; vermoeden. Hisp. Aflaxar, ensanchar. Po. Rozpuszczam, rozszerzam. Vn. Meg tagitom, meg eresztem. Ang. To loose, to slake.] ut, Laxare arcum, laxare fides citharæ, laxare rudentes. Vsus est Cicero pro dilatare & proferre διευρύνω. Cic. Attic. lib.2: Vt monumentum illud eousque laxaremus, & usque ad atrium libertatis explicaremus. Plin. lib.11. cap.14: Laxatur hic plaga, non adimitur. ❡Aliquando accipitur pro relaxare, & ex eo quod debebatur, aliquid remittere ἀνιέναι, habetque antitheton astringere. Cic. ad Attic. Tantùm ab

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

cùm abest ut ex eo, quo astricti sumus, aliquid laxari velim, ut &c. ¶ Aliquando pro libero. Luccius ad Cicer. lib. 5. Epist. Ut illis te molestiis laxes. Cic. in Catone Majore: qui se à libidinum vinculis laxatos esse non molestè ferrent. Idem 5. Tusc. Quodque nunc facimus, qui laxati curis, &c. ¶ Aliquando pro aperio. Virg. 2. Aen. Laxat claustra Sinon. ¶ Hinc relaxo, quod est rarius laxo, recreo, remitto. Cic. lib. 1. Offic. Atq; etiā quum relaxare animos voluerint, caveant intemperantiam.

Laxāmentum, ti, n. f. Relaxatio, remissio, requies, recreatio. [נשימה marpê, ἄνεσις. Gall. Relasche, relaschement, eslargissement, recreation. Ital. Rallentamento, relassamento da fatica, riposo, recreatione. Ger. Ein nachlassung, underlassung. Hisp. Floxura, anchura recreation. Pol. Popuszczenie, rozpuszczenie. Vng. Meg engedés, megnyugovás. Ang. Relasse, recreation, refreshing.] Cic. lib. 7. Epist. Ego tamen nactus in navigatione nostra pusillum laxamenti, concinnavi tibi munusculum. Idem pro Cluentio: Non modò causæ, sed ne legi quidem quicquam per Tribunos laxamenti datum est.

L ante E.

L E G. E D. In notis antiquorum, Lege ejus damnatus. L. E G. legio. L E G. III I T L. legionis tertiæ Italicæ. L. E G. X. legione legio. L. E G. X legio decima. L. E. M. locus emptus. L. F. Lucii filius, vel Lucius Flavius, vel Lucius Flaminius. L. F I L. Lucii filius. L. F V. Lucius Furius. L. G. legavit, vel leges, vel legatum. L. G. D. legem dat, vel dedit, vel legio decima. L. G. E G. legē egisse. L. G. F. S. legē fecit suam. L. G. P. M. legē promisit. L. G. S. F. legem suam fecit. L. G. S. L. legem servare jussit. L. G. S. P. legem suam promisit, vel percepit. L. H. locum hunc, vel locus hæredum, vel locum hæredibus.

Lĕă. Leonis fœmina est, quæ & Leæna dicitur. [לביא lebijâ, λέαινα. Gall. Lionne. Ital. Leona, leonessa. Ger. Ein Löwin. Hisp. La leona. Pol. Lwica. Vng. Nőstény oroszlán. Ang. A lionesse, or she lion.] Lucret. lib. 5. Irritata leæ jaciebant corpora saltu. Ovid. Nec lea cum catulis lactentibus ubera præbet. Rarius est & infrequentius. Itaque leæna nobis potiùs quàm lea dicendū. ¶ Lea item brassicæ genus, latis foliis è caule exeuntibus: unde & caulodes quidam vocavēre. Græci item λεία appellant: hoc est, lævem, à foliorum lævitate. Plin. lib. 20. cap. 9.

Lĕænă, pen. prod. [לביא] lebiiâ. λέαινα. Po. Lwica. Vn. Nőstény oroszlán. An. A lionesse, or she lion.] Leonis fœmina, itidem ut lea appellatur. Vir. 2. Aegl. Torva leæna lupū sequitur: lupus ipse capellam. Plin. lib. 8. cap. 16: Aristoteles tradit leænam primo fœtu parere quinq; catulos, ac per annos singulos uno minus, ab uno sterilescere: informesq;, minimasq; carnes esse initio magnitudine mustellarum: semestres vix ingredi posse, nec nisi bimestres moveri.

Leapetes, Ayanum apud Diosc. lib. 4. cap. 91. Leperides: Lege Hispani lepores.

Lĕbēs, tis, pen. prod. m. t. Vas æneum in quo igni apponitur aliquid ut ebulliat, autore Porphyrio in 9. Iliad. [דוד sir, סיר dudo. λέβης. Gal. Chauderon ou marmite. Ital. Paruolo. Ger. Ein küpffern Hafen oder Kessel, den man über das Fewr henckt. Hisp. El calderon de cobre. Pol. Kocieł. Vng. Serpenyő, vas fazék. Ang. A pan, kettle, or caudron.] Ovid. in Epist. Briseidos ad Achillem: Viginti fulvos operoso ex ære lebetes. Virg. 5. Aeneid. Tertia dona facit, geminos ex ære lebetes.

Lecanomantia, [λεκανομαντεία. Pol. Wieszczba z naczynia pewnego. Vng. Medencéből való jövendölés.] cum accentu in penultima, Divinatio quæ fit per pelvim. Unde Strabo, lecanomantas & hydromantas in Perside frequentes fuisse tradit lib. 6. Geographiæ.

Lecte, vide LEGO, legis.

Lectic. Lecticarius, vide LECTUS.

Lectio, & Lectus, participium, vide LEGO.

Lectus, m. f. Cubile, grabbatus, dictus (ut Varro inquit) quòd lectis herbis frondibus, & stramentis fieri solebat. [מטה mitah, ערש heres, λέχος, κοίτη, εὐνή. Gall. Lit ou couche. Ital. Letto. Ger. Ein Beth, Bet. Ein Bedde. Hisp. Lecho. Pol. Łoże. Vng. Agyas, haz, kamarácska, ágy. Ang. A bedde.] Vel (ut alii putant) ab alliciendo, quod fatigatos ad quiescendum alliciat. Alii à Græco deducunt: Nam quem nos lectum dicimus, antiqui Græci vocabant λέκτρον. Cic. ad Pætum lib. 9. Epist. Dixi te in lecto esse, quòd ex pedibus laborares. Idem 7. in Verr. Nam pater grādis jam diu lecto tenebatur: id est, decūbebat, jacebat, & morbo vexabatur. ¶ Lectos etiam habebant in tricliniis, in quibus recumbentes cibū sumebāt: quos ab usu discubitorios, & tricliniares appellabāt: ad quorum differentiam Cic. 2. de Divin. inquit: Quos nocturnæ quietis causa in cubiculis habemus.

Lectŭlus, diminut. m. f. Parvus lectus. [κλινίδιον, κλινάριον, κλινίς. Gall. Un petit lit, une couchette. Ital. Letto, picciolo. Ger. Ein Bethlein. Hisp. Pequeño lecho. Pol. Łożko. Vng. Agyacska. Ang. A litle bedde.] Cic. Att. li. 14: A' ducenda autem uxore sic abhorret, ut libero lectulo neget esse quicquam jucundiùs. Teren. in Adelph. Lectulos in sole iligneis pedibus faciundos dedit.

Lectīca, pen. prod. Cathedra aut sedes, qua ferebantur divites & potentes, in qua pulvinar & lectulus stratus erat. [צב tsab. φορεῖον, κλίνη. Gall. Littiere ou on se fait porter. Ital. Lettica. Ger. Ein Tragbeth / Senffte / Rossbaar. Hisp. Las andas ò litera. Pol. Stolec na ktorym chorę noszą. Vng. Zeczel, szék lektika. Ang. A litter where in great lordes made them selfes to be borne.] Iuven. Satyr. 3: Nanque facit somnum clausa lectica fenestra. Græci modò ἑξάφορον, modò ὀκτάφορον appellant, à numero sex aut octo servorum lecticam gestantium.

Lectīcŭlă, diminut. f. p. Parva lectica. [κλινίδιον. Gall. Petite littiere. Ital. Picciola lettica. Ger. Ein Tragbethlein. Hisp. Pequeñas andas ò litera. Pol. Lektyczka. Vng. Kis zeczel, lektikácska. Ang. A litle litter.] Suet. in August. A' cœna in lecticulam se lucubratoriam recipiebat. Cicer. Mario: Ut nostras villas obire, & mecum simul lecticula circumcursare possis.

Lectīcārĭus, m. f. Qui lecticā ferebat. [κλινοφόρος. Gal. Qui porte ou aide à porter la littiere. Ital. Portatore di lettica. Ger. Einer so ein Beth oder Senffte hilfft tragen. Hisp. El que à cuestas lleva las andas. Pol. Tragarz lektyczny. Vng. Zeczel hordozó, lektika hordozó. Angl. That beareth the litter.] Servius Sulpitius ad Cic. Coactus sum in ædem illa lectica, qua ipse delatus eram, meisque lecticariis in urbem cum referre.

Lectīcārĭŏlă, læ, à Martiale vocatur mulier, quæ lecticariorum (id erat vilissimum servorum genus) amores sectatur: quemadmodum contrà ancillariolus ab eodem appellatur, qui ancillarum consuetudinem appetit. Locus est Martialis in li. 12. in Alaudam: Ancillariolum tua te vocat uxor: & ipsa Lecticariola est: estis Alauda pares.

Lectistērnĭum, nii, n. f. Quum sacrorum gratia lecti in templis sternebantur ad discumbendum in epulo publico. [מרבד marbâdh. στρωμνή apud Athenæum. Pol. Posłanie. Vn. Kerevet.] In Capitolio enim stratis tribus lectis, convivium apponebatur tribus diis, Iovi, Iunoni & Minervæ. Iupiter: id est, Iovis simulacrum, sternebatur in lectulo recubans: Iuno & Minerva in sellis considebant: sed appositis epulis, non ipsi dii, sed septem epulones fruebantur, Liv. lib. 5.

Lectistērnātŏr, m. t. Lectistrator, qui lectum sternit. [ὁ λέκτρον στρώνων. Gal. Qui fait le lit. Ital. Chi fa il letto. Ger. Ein Bethspretter. Hisp. Que haze el lecho ò strado. Pol. Posłaniec. Vn. Agy vető, posztelac kereveti.] Plaut. in Pseud. Tu esto lectisternator: tu argentum eluito.

Lēcythus, pen. corr. m. f. [אסוך asuch, צפחת tsappâchath. λήκυθος. Gall. Vase à tenir l'huile, gouttereau ou burette. Ital. Bacile da l'oglio. Ger. Ein bitrug / ein geschirr mit einem weiten bauch und engem halß, in dem man öl hat. Hisp. El azeytera. Polon. Bania oleiowa. Vng. Korsó. An. A pitcher or lyk vessell to contane oyle.] Vasis genus ventre protuberante, oreque angustiore, oleo asservando accommodatum: quod A. Gellius guttum appellat. Iulius Pollux Lecythum etiam inter unguentaria vasa annumerat. ¶ Lecythum habet in malis, λήκυθον ἐν ταῖς γνάθοις: id est, lecythum habere ad malas. Tectum & ænigmaticum convitium est in anus, quæ rugas illitis pigmentis dissimulant. Aristoph. in Concio. ¶ Non est oleum in lecytho, ἔλαιον οὐκ ἔνεστιν ἐν τῇ ληκύθῳ. Scilicet quum significamus non esse precibus locum apud inexorabilem. Aristophan. in Avibus. Est autem allusio ad vocem: nam ἔλαιον, oleum significat: & ἔλεος misericordiam.

Legulis, Vide LEX.

Legarium, Vide LEGO, legis.

Legatarius, Legator, Legatum, Vide LEGO, legis.

Legifer, Vide LEX.

Legio, onis, f. t. A' delectu militum dicta est: [λεγεών. Gal. Legion. Ital. Legione, squadra di soldati. Ger. Ein legion / ist ein zahl oder hauffen außerlesner und gemusterter Kriegsleuten bey 6000. Hisp. Legion. Pol. Huff / ludu zol'nierskiego kolo sześciu tysięcy. Vng. Sereg. An. A legion.] teste Varrone lib. 4. de lingua Lat. eò quòd legionis milites viritim legi soleant. Dividiturq; legio in decē cohortes: cohors in quinq; manipulos: manipulus in viginti quinque milites. Legiones Romanæ, à numero atque ordine nomina sumebant: ut Primani, Secundani, Decumani milites vocabantur, qui erant primæ, secundæ, & decimæ legionis. Liv. 7. bell. Maced. Romana acies unius propè formæ fuit, & hominum, & armorum genere: duæ legiones Romanæ: duo sociorum è Latini nominis erant, quina millia, & quadragenos singulæ habebant. Vide Vegetium de Re milit. lib. 4. cap. 2. & seq.

Legio, In quavis legione erant, ætas prima, triariorum: altera, principum: tertia, hastatorum: ultima, velitum: quæ, velitibus exceptis, dividebantur singulæ in decem centurias, singulis autem centuriis primarii centuriones præerant: eaq; in triariis ita appellabantur, primum pilum, secundū pilū, tertium pilum, & deinceps usque ad decimum pilum: in principibus primus princeps, secundus princeps, usq; ad decimū: in hastatis primus hastatus, secundus hastatus, item usque ad decimum.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

duces appellabantur, primi pili centurio, primi principis centurio, primi hastati centurio, & ita usq; ad decimū: velites verò in has triginta centurias pro rata parte distribuebantur. Cicer. in Epistol. ad M. Brutum: Nasennius, *inquit*, octavum principem: id est, octavam centuriam principum duxit, Metello imperatore. Ex P. Manutii comment. ad Qu. Fratrem.

Lĕgiuncŭlă, læ, diminut. Parva legio. [*ταγμάτιον*. Gal. *Petite legion*. Ital. *Picciola legione*. Ger. Ein schlechte oder kleine Legion / oder Heerhauffen. Hisp. *Pequeña legion*. Pol. *Mał'a legia, hufik*. Vn. *Seregeske*. Ang. *A litle legion*.] Liv. lib. 5. bell. Macedo. Vix duarum malè plenarum legiuncularum instar in castris regis.

Lĕgĭōnārĭŭs, Qui est ex legione, quod ad legionem pertinet. [*ταγματικός*. Gal. *Appartenant à legion*. Ital. *Pertinente à legione*. Ger. Das zu einem solchen Kriegsvolck gehört. Hisp. *Perteneciente à legion*. Pol. *Doticzący takich gol'nierzow przynaleząc*. Vng. *Sereghez valo*. Ang. *That pertaineth to a legion*.] Asinius Pollio Ciceroni lib. 10. Epist. Militem non modò legionarium, sed ne auxiliarium quidē ullum quoquam misi. Cæs. 3. bell. Civil. Et legionarii interioris munitionis defensores, scalis admotis, &c. Legionariæ cohortes, Livius 4. bel. Maced.

Legirupa, Legislator, Legitimus, Vide LEX.

Legiuncula, Vide LEGIO.

Lēgo, legas, act. p. In legationem mitto, oratorē decerno, aliquem negotii expediendi causâ aliò lego. [שלח *schalach*. *διαπρεσβεύω*, *πρεσβευτὴν ἀποστέλλω*. Gal. *Envoyer en ambassade*. Ital. *Mandar legati, ambasciatori*. Ger. Außschicken / außsenden / mit befelch abfertigen. Belg. Seyndet. Hisp. *Embiar embaxador*. Pol. *Wysl'ać w poselstwie*. Vn. *Követségre küldeni*. An. *To send in ambassage to ...*] Varius est apud scriptores veteres hujus verbi usus. Plaut. in Amph. Delegit viros primorum principes: eos legat Telebois. ¶ Sæpiùs loco dativi accusativum habet cū præpositione Ad. Cic. 5. Verr. Nobilem Andronem Centuripinum legarunt ad Apronium. ¶ Cum nominibus locorum constructum, eandem habet constructionem, quā cætera verba motum ad locum includētia. Nam si ea fuerint civitatum, castellorum, aut vicorum nomina, in accusativo collocabuntur sine præpositione: ut, Legare quempiam Carthaginem, vel Corinthum: sin regionum ea fuerint nomina, in accusativo ponentur, mediante præpositione. In Salust. in Iugurt. Leguntur tamen in Africam majores natu. ¶ Interdum legare, verbum est rei militaris, & ponitur, pro sibi aliquē substituere, vel adjungere, qui belli & imperii sit administer & socius. Cic. Attic. libr. 8: Dolabellam me sibi legavit. Idem A. Cæcinnæ: Cassium sibi legavit. Brutum Galliæ præfecit. ¶ Quandoq; pro committere: Plaut. in Cas. quin ruri es in præfectura tua? Quin potiùs quod legatum est tibi negotiū, id curas? ¶ Quandoque pro decernere. & testamento aliquid alicui relinquere. *διατίθεσθαι*, *κληροδοτεῖν*. ut Testator liberto suo argenti pondo decem legavit: hoc est, decrevit ex hæreditate sua decem argenti pondo liberto suo conferri. Liv. lib. 1. ab Vrbe: Numitori qui stirpis maximus erat, regnum vetustum Sylviæ gentis legat. Et in hac significatione præter dat. & accus. interveniēte præpositione accedit ablativus, qui personā significat ejus à quo testator legatum dat. Cicer. in Top. Si paterfam. uxori ancillarum usumfructum legavit à filio, neque à secundo herede legavit, mulier usumfructum non amittet. ¶ Aliquando assignare, adscribere, dare & vertere vitio. Liv. 8. bel. Pun. Patere nos omnia quæ prospera tibi. & pop. Rom. imperio evenēre, tuo consilio assignare: adversa, casibus incertis belli, & fortunæ legare. ¶ Hujus verbi composita sunt, Ablego, allego, delego, relego, sublego, quæ habent pen. pro. Derivativa sunt, Collega, & Collegiū: de quibus omnibus vide suo loco.

Lēgātŭs, legati, m. f. Qui legationē suscepit, qui mandata perfert. Nomē deductū à verbo lego: quia legatorum officiū est legere: id est, dicere. [מלאך *malach* ציר *tsir*. *πρεσβευτής*, *πρέσβυς*. Gal. *Legat, ambassadeur*. Ital. *Ambasciatore, legato*. Ger. Ein Gesandter bott / der mit etwas gewalts und befelchs abgefertiget ist. Hisp. *Legado ò nuncio ò embaxador*. Pol. *Legat poseł*. Vn. *Követ*. An. *An ambassadour*.] Virgil. 11. Aeneid. Legati responsa ferunt. Cic. 9. Phil. Lartes Tolumnius Rex Vejentum, quatuor legatos populi Romani Fidenis interemit. ¶ Legatus item in bello dicebatur qui imperatoris potestate fungebatur, maximamq; eo absente in exercitu obtinebat autoritatē, quive ab Imperatore cum parte copiarum in expeditionem mittebatur, aut præsidio præficiebatur. *ὑποστράτηγος*, *ἀντιστράτηγος*. Cæsar lib. 2. bel. Civil. Neq; se ignorare quod sit officium legati, qui fiduciariam operam obtineret. Legatus verò propterea fiduciariam operā obtinere dixit, teste Budæo: quia redeunte Imperatore, aut Consule, cedere eam oporteret. Legarū mittere de aliqua re, est mittere aliquem qui de aliqua re, cū alio nostro nomine agat. Cic. 2. de Orat. Quū Athenienses ad Senatū legatos de suis reb. maximis mitterēt. Legatos decernere, est censere legatos mittēdos esse, sive legatos sentētia sua cōstituere. Cicer. ad Lentulum: Crassus tres legatos decernit.

Lēgātĭo, onis, verbale, f. t. Munus, officium, vel functio legati. [*πρεσβεία*, *πρεσβευτική*. Gal. *Ambassade, legat, ou l'office d'un ambassadeur*. Ita. *Ambasciaria, ambasciata, legatione*. Ger. Bottschafft / das ampt eines Gesandten. Hisp. *Legacia o embaxada*. Pol. *Legacia, poselstwo*. Vn. *Követség*. Ang. *Ambassage, or office of an ambassadour*.] Cic. 9. Phil. Etenim cui legatio ipsa mortis causa fuisset, ejus monumentum extare voluerunt: ut in bellis periculosis obirent homines legationis munus audaciùs. ¶ Legatio interdū pro ipsis legatis qui mittuntur, ponitur. Quint. libr. 10. cap. 1: Missa ad Achillē legatio. ¶ Legatio quoq; quædam erat quæ libera dicebatur. Legationes, inquit Budæus, liberæ olim ornamenti tantùm causa ab Senatu impetrabātur: quemadmodum honorarii magistratus à principibus honestamenti causa conceduntur, tituloq; tenus obeuntur, & geruntur. Has autem ii Senatores impetrabant, quibus negotia futura erant in provinciis, ut qui hæreditates persequi, aut legata, aut qui nomina exigere volebant in provinciis, legatorum personis acceptis commendabiliores controversias haberent, atq; favorabiliores. Quamobrem lege XII. tabularum id vetitum erat his verbis: Rei suæ ergò nequis legatus esto. Cic. contra Rullum: Legatos vestros autoritate tenui, qui quanquam rerum privatarum causa legationes liberas obeunt, tamen exteræ nationes ferre vix possunt. Grave est enim nomen imperii: idq; etiam in levi persona pertimescitur, propterea quòd vestro, non suo nomine abutuntur. Brutus ad Cic. li. 11: Quū in his angustiis versarer, placitum est, ut postularem liberam legationē mihi, reliquisq; nostris, ut aliqua proficiscendi causa honesta quæreretur. ¶ Est & Legatio votiva, quæ voti prætextu suscipitur. Cic. ad Attic. libr. 15: Votiva ne tibi quidem placebat: etenim erat absurdum, quæ si stetisset Resp., vovissem, ea me, eversa illa, vota dissolvere. Legationem dare, est alicui obeundæ legationis munus injungere. Cic. contra Rullum: Quibus vos legationem dedistis. Legationem accipere: id est, suscipere onus legationis obeundæ. Cic. pro Flacco: Qui hanc ipsam legationem, quam habet, non accepit à suis civibus, &c. Legationem gerere: Id est, fungi legatione, & legatum esse. *πρεσβεύειν*. Quint. lib. 7. cap. 5: Malæ gestæ legationis apud Græcos.

Legatio libera, qui sui negotii causa, ut exigendæ pecuniæ, visitandi templa deorum, abesse ab urbe diutiùs volebant, legatione libera à senatu impetrata, utebātur. Erat autem ex hoc genere votiva legatio: nam ad Attic. lib. 11: Libera, *inquit*, legatio voti causa datur. Harum legationum definitum fuisse tempus, lege à C. Cæsare lata ostenditur his verbis libr. xv. ad Att. Et habent, opinor liberæ legationes definitum tempus lege Iulia, nec facilè addi potest ante legē Iuliam annuum fuisse tempus lege ea quam Consul M. Cic. tulit, ipse declarat li. 3. de legibus: Hoc, *inquit*, genus legationis ego cōsul, nisi mihi levissimus tribunus pl. intercessisset, sustulissem: tamen minui tempus, & quod erat infinitum, annuum feci: quo in loco liberas legationes, quasi turpes, nec satis aut ordine senatorio, aut repub. dignas multis verbis exagitat. ¶ Nomen autem liberæ legationis inde ortū videtur, quòd introire in urbem, & rursus exire, liberam legationem habentibus licet, quod eodem in loco ostenditur, quem attigi jam libr. xv. ad Attic. Cæteri porrò honores, qui extra urbem gerebantur, ingredientibus in urbem deponebantur. Ex cōmentario Pauli Manutii ad Quintum Fratrem.

Lēgātīvum, vi, n. f. Dicebatur id quod dabatur legato nomine viatici, & impensæ. [*τὸ πρεσβευτικόν*, *τὸ πρεσβευτικὸν ἐφόδιον*. Gall. *Ce qu'on baille à un ambassadeur pour despendre & faire son voyage*. Ital. *Spesa d'un imbasciatore*. Ger. Das man einem Gesandten für sein bezehrung und kosten gibt. Hisf. *El gasto ò despensa del embaxador*. Pol. *Nakład który na legata daiem*. Vng. *Az követnek adot költség*. An. *That which is given to the ambassadour to spend*.] Vlp. in l. Munerum. ff. De munerib. & honor. Legati quoq; qui ad sacrarium principis mittuntur: quia viaticum, quod legativum dicitur, interdū solent accipere: sed & nicostrategi, & pistrinorū curatores personale munus ineunt. Idē l. 2. ff. de Legat. Hi quoq; nō gratuitam legationē susceperunt legativum ex forma restituitur. Sic legit Budæus: alii legatitium legunt.

Lēgātum, ti, n. f. Donum quod in testamento testator ab herede alicui dat. [*τὸ κληροδότημα*. Gal. *Un legat, un legs, chose laissée par testament*. Ita. *Un lasciato in testamento*. Ger. Ein vermächtnuß oder erbgemecht. Hisf. *La manda en el testamento*. Pol. *Testamentowe odkazanie*. Vng. *Testamentomba haggyatot*. An. *A bequest or legacie*.] Modest. l. Legatum. ff. de leg. 2: Legatum, est donatio quædam testamento relicta: & Legati appellatione, fideicōmissum, & mortis causa donatio continentur. Plin. Epist. 4: Illa ut in periculo credula, poscit codicillos, legatum Regulo scribit. Petere legatum ex testamento, Quint. lib. 4. cap. 14.

Lēgātārĭŭs, m. f. vel Legataria, f. p. Dicitur cui ex testamēto aliqd legatū est. [*κληροδοτούμενος* *ἢ κληρονόμος*. Gal. *Legataire, à qui on laisse quelque chose par testament*. Ita. *A cui è lasciata qualche cosa per*

per testamento. Ger. Dem oder deren zu seinem erbtheil etwas verma-
cht worden ist. Hisp. A quel a qui se dexa una tal mãda. Po. Ten kto-
remu wiczy coss odkazano. Vngar. Az kinek testamentomba valamit
hattak. Ang. He to whome any thing is bequeathed.] Iustin. Instit.
delegat. Sed si rem legatarii quis ei legaverit, inutile est lega-
tū. Legatoria provincia, dicitur quæ alicui delegata est. Cic.
ad Attic. lib. 15: O' rem miseram, primùm ullam ab istis lega-
tionem dein, si aliquam, hanc legatariam provinciam.

Legātŏr, m. t. Qui aliquid legat per testamētum, testator. [διαθέτης, διαθέμενος. Gall. Testateur qui laisse quelques legs. Ital.
Testatore chi ò qualche cosa lascia per testamento. Germ. Der ein erbgemecht
aufricht/ ein Vermacher. Hisp. Testador que dexa la tal manda. Pol.
Ten ktory odkazuje, legatu. Vng. Testamentomtévő. Ang. He that
bequeathet.] Suet. in Tiberio: Iterum eo censente ut Trebia-
nes legatam in opus novi theatri pecuniam ad munitionem
viæ transferre concederetur, obtinere non potuit, quin rata
voluntas legatoris esset.

Lĕgo, gis, gi, ctum, act. 3. Propriè colligo, hinc atque illinc de-
cerpo. [אסף asaph קבץ kabàts ארה arah. ἀναλέγομαι. Gal.
Recueillir, & amasser. Ital. Raunare. Ger. Samlen/ auflesen. Hisp. Co-
ger la derramado. Pol. Zbieram, zgromadzam. Vng Szedök. Ang.
To gather.] Virg. 3. Aeglog. Qui legitis flores, & humi nascen-
tia fraga. Col. lib. 2: Optimam quanque spicam legere opor-
tet, separatimq; ex ea semen reponere. Virg. 2. Aeglog. Ipse
ego cana legam tenera lanugine mala. Hinc & ad homines
transfertur. Liv. lib. 21: Scipio pater dux lectus adversus An-
nibalem. Idem lib. 24: Cùm qui est in civitate summus dux,
cum legerimus, tum repentè lectus in annum creatum, &c.
Apud eundem crebrò, senatum legere, & in Patres legere, &
in senatum. Cæs. de bel. Gal. Hos posse conficere armata mil-
lia centum: pollicitus ex eo numero lecta millia lx. ¶ Hinc
tractū est, ut Legere etiam sit oculis scripta percurrere: quo-
niam literæ oculis legi: i. colligi videntur: nisi malis verbum
Lego, deductum esse à Greco nomine λέξις dictio. [קרא ka-
rà. ἀναγιγνώσκω, ἀναγινώσκειν. Gal. Lire. Ital. Leggere. Germ. Läsen.
Hisp. Leer. Pol. Cżytam. Vng. Irást olvasók. An. To reade.] Cic.
Marco lib. 7: Dummodò is tibi quidvis potiùs quàm oratio-
nes meas legerit. Virg. 4. Aeglog. At simul heroum laudes, &
facta parentis Iam legere. Ea quinque quæ picta sunt, legere
dicimus. Virgil. 6. Aen. quin protinùs omnem Perlegerent
oculis. Tractum à Græcis, qui γράφειν scribere & pingere di-
cunt. ¶ Item, quoniam nautæ dum aspera loca prætereunt,
legere id est, colligere vela consueverunt, quandoq; accipi-
tur pro præterire, vel præternavigare. παραπλέω. Liv. 5. bell.
Maced. Oram Italiæ legens. Virg. 3. Aen. Littoraq; Epiri legi-
mus. ¶ Aliquando pro surripere, quòd ea quæ furamur, col-
ligimus, κλέπτω: Virg. 10. Aeneidos: Quid soceros legere, &
gremiis abducere pactas? Quo in loco Servius exponit lege-
re pro furari. Idem Aeglog. 9: Vel quæ sublegi tacitus tibi car-
mina nuper. ¶ Hinc sacrilegium, ἱεροσυλία.

Lectŭs, ta, tum, participium, Quod interdum comparatione,
& temporis amissione in nomen migrat: idemq; significat
quod selectus, sive ex aliorum numero separatus, eximius,
egregius, excellēs. [מבחר mibchàr בחיר bachir. ἐκλεκτός. Gal.
Esleu, choisi. Ital. Scelto, eletto tra gli altri. Ger. Erläsen/ oder ausser-
läsen. Hisp. Elegido. Pol. Wybrany. Vng. Vàlasztot, vallegatot.
Ang. Chosen, read.] Horat. in Carm. seculari, Virgines lectas,
puerosq; castos. Dis quibus septem placuère colles, Dicere
carmē. Virg. 9. Aeneid. Præterea bis sex genitor lectissima ma-
trum Corpora, captivosq; dabit. Cic. 5. Verr. Lectissimus ado-
lescens, dixit. Et in 11: Lectissimi viri, atque ornatissimi. Idem
in Cat. & ad Att. lib. 10: Lectissima fœmina.

Lectē, lectiùs, lectissimè, adverb. [Pol. Przebranie. Vng. Vàlasz-
tva.] Cic. in Orat. Sententiis, verbisq; lectissimè dicere.

Lectĭo, lectionis, f. t. Propriè est actus legēdi. [קריאה keriàh
מקרא mikrà. ἀνάγνωσις. Gal. Lecon, lecture. Ital. Lettione. Ger.
Das läsen. Belg. Een lesinge. Hispan. La lecion, obra de leer. Pol.
Cżytanie. Vng. Olvasás, lekcze. Ang. A reading.] Cic. ad Attic.
Quotus enim quisq; est, qui epistolam paulò graviorem fer-
re possit, nisi eam per lectionem relevarit? Quin. lib. 2. cap. 12:
Et ipsius lectionis tædium vicibus levatur. ¶ Accipitur etiā
lectio pro recitatione poëmatis: quæ sic definitur à Diome-
de: Lectio est artificialis interpretatio, vel varia cujusq; scri-
pti pronūtiatio, serviens dignitati personarum, exprimensq;
animi cujusq; habitū. ¶ Aliquando pro electione. [מבחר
mibchàr מבחר mibchàr. ἐκλογή, αἵρεσις. Gall. Election. Ital. Elet-
tione. Ger. Außerläsung/ erwehlung. Hisp. Elegimiento. Po. Wybra-
nie. Vng. Vállasztás. Ang. A chosing.] Cic. in Antonio: Vt hos
judices legere auderet, quorum lectione duplex imprimere-
tur reipublicæ dedecus. Livius: Et eam lectionem nemo ratā
habuerat. ¶ Aliquando pro collectione. συλλογή. Col. libr. 2.
cap. 2: At saxorum facilè est expedire lectione lapidum.

Lectŭs, ctus, ctui, m. q. Electio, sive collectio. [אסף asaph
אספה asaphàh אסוף asephàh אספסוף asaphsuph קבוץ kib-

būts. ἐκλογή, συλλογή. Gall. Eslite, chois, election. Ital. Scielta, eletta.
Ger. Erläsung/ außerläsung/ musterung. Hisp. Elegimiento, obra de
eleger. Pol. Przebranie, pokazywanie. Vng. Vallasztás. Ang. A cho-
sing or gathering.] Tacit. lib. 20: Tutor Trevirorum copias re-
centi Vangionum, Caracatium, Tribocorum lectu auctas, ve-
terano pedite, atq; equite firmavit.

Lectĭto, tas, pen. corr. Frequenter lego. [ἀναγιγνώσκω. Gal.
Lire souvent. Ital. Leggere spesso. Ger. Viel und offt läsen. Hisp. Leer
à menudo. Pol. Vstawicznie czytam. Vng. Olvasdogálok, olvasgatok.
Ang. To read often.] Cic. Pæto: Pyrri te video libros lectitasse.
¶ Aliquando pro colligere. Valerius lib. 8: Conchulas, & cal-
culos in littore lectitasse.

Lectŏr, lectoris, m. t. Qui aliquid legit, recitator. [קורא korè.
ἀναγνώστης. Gal. Lecteur. Ital. Lettore. Ger. Ein leser. Hisp. El le-
dor. Pol. Cżytelnik. Vng. Olvasó. Ang. A reader.] Cic. de Orat.
Brutus duos lectores excitavit: & alteri Crassi orationem le-
gendum dedit, alteri de Leg. Servil. Idem lib. 3. Epist. Nihil est
aptius ad delectationem lectoris, quàm temporum varietas,
& fortunæ vicissitudines.

Lĕgŭlŭs, vel rectiùs Leguleus apud Varr. & I. C. qui nec legu-
lus dici putant.

Lĕgŭlŭs, guli, pen. corr. Qui uvas aut oleas colligit. [συλλέκτης.
Gal. Cueilleur, vendengeur. Ital. Raccoglitore. Ger. Ein abläser / ab-
brecher. Hisp. Cogedor de cosas menudas. Pol. Owoc zbieraiacy. Vn.
Szedö. An. A gatherer.] Cato ca. 144: Legulos quot opus erit,
præbeto: id est, collectores. Var. lib. 4. de ling. Lat. Legulus &
vindemiator: alter ab oleis, alter ab uvis. D. lib. 7. Tit. 1. lib. 13.
ubi de olivetis: Magnum apparatum sint desyderatura, opifi-
cum fortè vel leguleorum.

Lĕgūmĕn, pen. pro. hujus inis, n. t. Quicquid ex terræ satis in si-
liquis nascitur: ut sunt fabæ, pisa, cicer, lentes, & similia. [זרעים
zerōim, ὄσπριον. Gal. Tout ce qu'on cueille en arrachant de terre, com-
me pois, feves & choses semblables, legume. Ital. Legume. Ger. Allerley
gemüß das in hülsen wechßt. Hisp. Legumbre. Pol. Iarzyna wszy-
tka, na ktorei l'upina iest. Vng. Veteminy. An. All maner of pulse,
as peasen, beanes.] Dictum est autem legumen à legendo, quod
manu legatur. Var. li. 1. de Re rust. de cicere: Hoc enim quoq;
legumen, ut cætera, quæ evelluntur è terra, nō subsecantur ut
fruges: quæ quod ita legantur, legumina dicta sunt. Virg. 1.
Georg. Vnde priùs lætum siliqua quassante legumen.

Lĕgūmentum, ti, & Legarium, rii, n. f. idem quod legumen.
[זרעים zerōim, χέδροψ. Vn. Veteminy.] Var. de Re rust. lib. 1. ca.
32: Viciam, lentem, cicerculam, ervilliam, cæteraq;, quæ alii le-
gumina, alii (ut Gallicani quidam) legaria appellant, &c. Gel-
lius quoq; eo usus est lib. 4. cap. 11: Opinati enim sunt plerìq;
κυάμους legumentum vulgò dici.

Lemă, f. p. [λήμη. Gal. La chassie des yeux. Ital. Lacrima congelata.
Ger. Die butzen der augen so auß grober feuchte entstehen. Hisp. La-
grima yelada, dulencia de los ojos. Pol. Gnoi w oczach. Vng. Ha-yag,
szem fosás. Ang. Bleareduesse of the eyes, a white distilling frome the
eyes.] Humor albus in oculis concretus. Plin. libr. 25. cap. 11.
Aut si cruore suffunduntur oculi, vel si lemæ in oculis erunt.
Inde Lemosi. λημῶντες, λημαλέοι. Cælius lib. 7. cap. 6.

Lembŭs, m. f. [λέμβος. Germ. Ein klein schifflein oder weidling.
Pol. Csol' upreczki. Vng. Sayka, folyo hajo. Ang. A swifte shipe or
bark.] Naviculæ exiguæ genus, sed miræ velocitatis: cujusmo-
di ante classem explorandi gratia solent præmitti. Polyb. li. 1:
[illegible]
Hoc est, Similiter & Quæstoribus, qui à Syracusanis præmissi
erant, annuntiarunt lembi qui solebant antecedere adversa-
riorum adventum. Livius lembos inter naves actuarias vide-
tur annumerare: ut Decadis 4. libr. 4: Naves quas civitatibus
maritimis ademisset, redderet: néve ipse navim ullam præter
duos lembos, qui non plus quàm sedecim remis agerentur,
haberet. Erant autem & majores lembi, bello utiles. Idē lib. 5.
Dec. 5: Antenor qui cū classe lemborū ad Phanas stabat, Cas-
sandriā inde trajecit. ¶ Erant & minores, scapharū instar, qui-
bus à littore ad onerarias advehebantur. Plautus in Mercato-
re: Dum hæc aguntur, lembo advehitur pater tuus pauxillu-
lo. Virg. quoq; libr. 1. Georg. lembos inter fluviatiles lyntres
annumerat. Non aliter (inquit) quàm qui adverso vix flumine
lembum Remigiis subigit, si brachia fortè remisit, Atq; illum
in præceps prono rapit alveus amne.

Lemmă, atis, n. t. λῆμμα. Sūptio, id quod in ratiocinationib.
assumitur. Cic. 2. de Divin. sumptionē interpretatur. Sed de-
mus (inquit) tibi istas duas sumptiones, ea quæ λήμματα ap-
pellant dialectici: sed nos Latinè loqui malumus. ¶ Vocan-
tur præterea lemmata, quædam veluti themata, quæ carmi-
ni, alive operi præfixa, paucis verbis ejus indicant argumen-
tum. Martial. libr. 14: Lemmata si quæris cur sint adscripta
docebo: Vt si malueris, lemmata sola legas. Vbi lemmata
vocat, succinctos illos veluti titulos quos epigrammatis suis
præfixit ad indicanda singulorū argumenta. ¶ Accipitur etiā

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

lemma, pro themate sive argumento: quod nobis in carmine, aliòve opere scribendo proponimus. Plin. Epistol. 92: Nam lemma sibi sumpsit, quod ego interdum versibus ludo.

Lemnisci, orum, m. f. Fasciolæ coloratæ ex coronis dependentes. [טְתִלִים pethilim. λημνίσκοι. Gall. Rubens ou bendes estroittes à lier chapeaux de fleurs ou de triumphe, desquelles les bouts pendent. Ital. Fiocchi, nappe. German. Die gefarbten schnür oder bendel so von den krenzen oder kronen herab hangen. Hispan. Las vandas o vandas de lienco. Polon. Bonda taka zkitaiki albo sz. [illegible] Vngar. [illegible] Ang. Labels hanging downe on garlandes or crownes, or sses hanging at hankes legges.] Inde dictæ quod antiquissimum genus coronarum fuit lauream, inquit Festus. Plin li. 21. cap. 3: Crassus dives primus argento, auroque folia imitatus ludis suis coronas dedit: accesserunt quoque & lemnisci, quos adjici, ipsatum coronarū honos erat propter Hetruscas, quibus jungi, nisi aurei, non debebant. Ex quo loco Plinii docti quidam colligunt lemniscos tuniculas fuisse ex libro ipso Tiliæ arboris, cujus ejusdem libelli sint, id quod authores vocant Philyras. ❧ Celsus lib. 7. cap. 28, videtur accepisse lemniscum pro linamento, quod chirurgi vulnerib. imponunt oleo, vel unguēto illitum. Intùs (inquit) implicitum in longitudinem linamentum (λημνίσκον Græci vocant) in aceto tinctum demittere.

Lemniscātus, adjectivum: [λημνισκωτὸς [illegible] Pol. [illegible] Vngar. [illegible]] ut, Palma lemniscata. Cic. pro Rosc. Amerino, multas esse infames palmas: hanc primam tamen esse lemniscatum, quæ Romæ deferatur.

Lemnion, & Lemonia quid differat ab Scolino & Carduo, vide apud Diosc. lib. 3. cap. 15.

Lemonium. Herba est succum lacteum emittens, concrescentem gummi modo humidis locis. Autor Plin. lib. 25. cap. 9.

Lĕmŭrēs, lemurum, penul. corr. Larvæ nocturnæ, & terrificationes imaginum, & bestiarum, inquit Nonius. [οἱ μορμῶνες, τὰ φαντάσματα, τὰ μορμολύκεια. Gall. Esprits qu'on dit aller de nuict, qui font peur, loups garoux. Ital. Spiriti che si dice andare di notte, squali fauno paura. Germ. Nachtgespenst/ Schröckgeister. Hisp. Las fantasmas que parescen de noche. Polon. [illegible] Vngar. Boszorkány. Ang. The fayries.] Ovid 5. Fast. Mox etiam Lemures animas dixere silentum. Varro lib. 1. de Vita populi Romani: Quibus temporibus in sacris fabam jactant noctu, ac dicunt se Lemures domo extra januam ejicere.

Lĕmūrĭă, orum, Festa erant Lemuribus sacra, quæ quum celebrabantur (id autem erat mense Maio) templa omnia claudebantur, nuptiæque omnes infaustiæ putabantur. Quæ res fecit locum proverbio: Malū mense Maio nubere. Ovid. l. 5. Fast.

Ritus erit veteris nocturna Lemuria sacri,
  Inferias tacitis Manibus illa dabunt. Et paulò post:
Fana tamen veteres illis clausēre diebus,
  Vt nunc ferali tempore operta vides.
Nec viduæ tedis eadem, nec virginis apta
  Tempora quæ nupsit, non diuturna fuit.
Hac quoque de causa (si te proverbia tangunt)
  Mense malas Maio nubere vulgus ait.

Lena, æ, vide LENO.

Lēnis, & hoc lene, om. t. Mitis, facilis, non iracundus, clemens, indulgens. [חָלָק chalak רַךְ rach עָנָו hanāv. πρᾶος, ἤπιος, ἠπιόδωρος. Gal. Doux & gracieux, qui n'est point rude. Ital. Mansueto, facile. Ger. Sanfft/ mütt/ gütig Belg. Sacht. Hisp. Cosa blanda al tocar, a cosa mansa. Pol. Micki, dobrotliwy. Vng. Engedelmes. Ang. Milde, meeke, gentle.] Terent in Hecyr. Ego sum animo leni natus, non possum adversari meis. Cic pro Sext Rosc. Amer. Vestrûm nemo est quin intelligat populum Romanū qui quondam in hostes lenissimus existimabatur, hoc tempore domestica crudelitate laborare. ❧ Lene & Asperum sunt contraria: ut videre est apud Cic. lib. 2. de finibus. Lenis enim idem ferè significat quod levis, hoc est, quod tamen nullam asperitatem habet. Quidam à Lento dictum existimant. Nam lentum propriè significat tenerum & facilè flexuosum. ❧ Lenes cibi opponuntur Acrib. apud Celsum lib. 2. cap. 21. ❧ Lene vinum dicitur delicatum, non vehemens aut asperum, neque linguā, aut cerebrum feriens. Ter. in Heavt. pitissando modò mihi Quid vini absumpsisti sic hoc dicēs, Asperum Pater hoc est, aliud lenius. ❧ Lene venenum dicitur, quod mitem quodam modo & vix sensibilem mortem inducit. Cicer. ad Attic. lib. 2: Sed ita lenibus uti videbantur venenis, ut posse viderentur sine dolore interire. ❧ Lenis sonus: id est, placidus. Cic. lib. 3. de Orat. Ille autem superior leniore quodam sono est usus. ❧ Lenissimus Auster quoque ab eodem 7. ad Attic. dicitur: id est, leniter spirans.

Lēnĭtās, tatis, f. t. Mansuetudo, facilitas. [חֶלְקָה chelkāh עֲנָוָה hanavāh. πρᾳότης. Gall. Douceur, gratiensité. Ital. Mansuetudine piacevolezza, facilità. Ger. Sanfft/ oder sanfftmut/ miltigkeit. Hisp. Halago, mansedumbre. Polon. Mikość. Vng. Engedelmesség. An. Meekenesse, gentilnesse.] Ter. in Andr. Mirabar hoc si sic abiret: atque heri semper lenitas Verebar quorsum evaderet. Cicer. ad Attic. li. 10: Patris autē lenitas amāda potiùs ab illo, quā tam crudeliter negligēda. Lenitas gustus: id est, suavitas asperitati cōtraria. Plin. li. 26. c. 8: Differentia intelligitur lenitate gustus.

Lēnĭtūdo, inis, f. t. Lenitas, facilitas. [חֶלְקָה chelkah עֲנָוָה hanavāh. πρᾳότης. Vng. Engedelmesség.] Cicer. 6. Verr. Verebar ne eorum nimia lenitudine oppugnaret. Lenitudo orationis: id est, suavitas expers asperitatis. Idem 5. Tusc. Lenitudo orationis, mollitudo corporis, ea si bona dicemus, quid erit in philosophi gravitate?

Lenĭtĕr, adverbium, Placidè, non vehementer: [πρᾴως, ἠπίως. Gal. Doucement, gratieusement. Ital. Piacevolmente mansuetamente. German. Sanfftiglich. Hisp. Blanda à mansamente. Pol. Lekko. Vng. Engedelmesen. Ang. Meekelie.] ut, Leniter arridere, apud Cic. 1 de Finib. Leniter disputare, apud eundem 4. Acad. Leniter agere. Liv. 7. bel. Pun. Castigando, increpandoque, & plus quàm leniter agendo. ❧ Legitur & Lenè, in eadem significatione: licet non æquè usitatè, quo est usus Martial.

Lēnĭo, nis, nivi, vel nii, nitum, act. q. Mulceo, placo, flecto, mitigo, reconcilio. [הֶחְלִיק hechelik כִּתֵּר chipper. πραΰνω, ἠπιόω, πραΰνω. Gall. Adoucir, appaiser, aleger. Ital. Mitigare, placare, humiliare. Germ. Miltern/ senfftigen/ versünen. Belg. Versachten/ versachten. Hisp. Halagar o amansar. Pol. Zmiekczam, ł[illegible] Vng. [illegible] Ang. To mitigat, to appaise.] Salust. in Catil. in tali tempore tantā vis hominis magis leniunda, quàm exagitanda videbatur. ❧ Aliquando imminuere, levare. Idem in Catil. Nonnulli ficta & hæc, & multa præterea existimabant ab iis, qui Ciceronis invidiam, quæ postea orta est, leniri credebant atrocitate sceleris, qui pœnas dederant: id est, imminui. Cic. Trebat. Tuam professionem amore prosequar, reditum spe expectabo, absentem memoria colam, omne desiderium literis mittendis, accipiendisque leniam. ❧ Legitur & lenibo, futurum antiquum. Propert. Lenibunt tacito vulnera nostra sono. ❧ Hujus compositum est, Delinio καταπραΰνω de quo vide suo loco.

Lēnīmentum, ti, n. f. Levatio & mitigatio: [חֶלְקָה chelkah מִשְׁעָנָה mischhēh. πράϋνσις, πραΰνσις. Gal. Adoucissement, appaisement, allegement. Ital. Alleviamento, addolcimento. Ger. Ein milterung. Hisp. Halago. Pol. Odmiekczenie. Vn. Meg enyhités. An. Any thing that maketh smooth, that mitigateth greeff and sharpenesse.] ut, Elleborum dare cum lenimento raphani, Plin. lib. 25. cap. 5.

Lēnīmĕn, inis, n. t. Lenimentum: hoc est, quo aliquid lenitur, & dulcorat. [חֶלְקָה chelkah מִשְׁעָנָה mischhēh. παραμυθία. Pol. Zmiekczenie, Vng. Enyhités.] Ovid. 11. Meta. addidit illis Hocque lenimen, quo solo flexit amantem.

Lenis, vasis genus. Afran. fratris labella lenis. Laberius Colphin. Cùm provincias dispoliavit, columnas monolithas, labella lenis. Hæc ex Nonio.

Lenobates, λινοβάτης, Vvæ.

Leno, onis, m. t. Qui scortorum prostitutione quæstum facit ita dictus ab alliciendo, quod adolescentulos alliciat: [προαγωγός, πορνοβοσκός. Gal. Maquereau. Ital. Roffiano. Ger. Ein frawenwirt/ oder Hurenwirt. Hisp. Alcahuete, ò alcahuetador. Pol. Gospodarz karczmki zamtuzyik. Vng. Bordélytartó, kerítő. Angl. A baude or merchaund of hoores.] vel à leniendo, quòd leniendo animos adolescentium corrumpat. Terent. in Adelph. Leno ego sum, fateor, pernicies communis adolescentium. Ovid. lib. 1. Amor. Eleg. 10: Devovet imperium tamen hæc lenonis avari. Priscianus existimat hoc nomen duobus generibus commune esse, quanvis habeat fœmininum lena.

Lēnă, næ, f. p. Appellat. ab Vlpiano l. Palàm. Digest. De ritu nuptiar. quæ mulieres quæstuarias prostituit. [προαγωγὸς, ἡ. Gal. Maquerelle. Ital. Roffiana. Ger. Hurenwirtin. Hisp. Alcahueta, ò alcahuetadora. Pol. Gospodinia karczmka. Vng. Kerítő. Ang. A bawde.] Item ea, quæ alterius nomine hoc vitæ genus exercet. ❧ Item siqua cauponam exercens, in ea corpora quæstuaria habeat, ut multæ assolent sub prætextu instrumēti cauponii prostitutas mulieres habere, dicendum est hanc quoque Lenæ appellatione contineri.

Lēnŭlŭs, li, diminutivum. [μικρὸς προαγωγός. Gal. Petit maquereau. Ital. Roffianetto. Ger. Ein Hurenwirtin. Hisp. Pequenno alcahuete. Pol. Gospodarzyk karczmka. Vng. Kerítőcske. An. A litle baude.] Plaut. in Persa: Ita ut occœpi dicere, lenule, de illa pugna.

Lēnuncŭlŭs, culi, m. f. aliud diminutivum. [προαγωγίσκος. Gal. Petit macquereau. Ital. Roffianello. Germ. Ein Hurenwirtin. Hisp. Pequenno alcahuetador. Pol. Zamtuzniczek. Vng. Kerítőcske. An. A litle baude.] Plaut. in Pœn. Sic derisorem ære militari tetigero lenunculum. ❧ Est & Lenunculus navigium piscatorium. [τὸ λεμβάδιον, ἀλιευτικὸν πλοῖον. Gal. Navire à pescher. Ital. Nave picciola da pescare. German. Ein Fischerschifflein oder Weidling. Hispan. Pequenno nave para pescar. Vng. Halász sajka.] Salust. lib. 1. Histor. Indicit fortè per noctem lenunculo piscādum. Cæsar 2. bel. Civil. Horum fuga naviū onerariarū magistros incitabat: pauci lenunculi ad officiū imperiumq; conveniebant.

clebant. Ammianus Marcel. lib. 14: Nam sole orto magnitudine angusti gurgitis, & profundi, à transitu arcebantur: & dû piscatorios quærunt lenunculos, vel innare temerè contextis ratibus. Idem li. 16: Avido flatu ventorum lenunculo se commisisse piscantis.

Lēnōnĭŭs, a, um. Quod ad lenonē pertinet. [πορνοβοσκικός. Gall. Demaquereau. Ital. Cosa di roffiano. Ger. Das zu dem Hurenwirt gehört. Hisp. Cosa pertenesciente à alcahuete. Pol. Zawrzuquicy. Vng. Kerua tartaboe, vale kertsaie. Ang. Of a baude.] Plaut. in Menæch. Ab iis locis lenoniis. Idem, in Rud.: ne ut leno postules, Tu hic fide lenonia uti non potes: servanda est fides. Idem Asin. Postitorum simillimæ sunt januæ lenoniæ.

Lēnōcĭnĭum, nii, n. s. Lenocinandi actus: hoc est, exercitium lenonis. [μαστροπεία. Gall. Maquerelage, allechement, amadouement. Ital. Roffianesmo, ruffianeria. Ger. Hurenwirtschafft. Bel. Koffterie. Hisp. Alcahueteria. Pol. Kurewchowanie. Vng. Kerítés borsag, vale kerítés. Ang. The practise or occupying of baudery.] Vlp. l. Palam. ff. de ritu nupt. Lenocinium facere, non minus est quàm corpore quæstum exercere. Quid autem sit lenocinium facere, docet Vlpian. l. Athletas. ff. de his qui not. infam. Lenocinium facit (inquit) qui quæstuaria mancipia habuerit: sed & qui in liberis hunc quæstû exercet. Plaut. in Epid. Quid ego lenocinii facio, qui quidem habeā alienos domi? Cic. 5. Verrina: Pudorem & pudicitiam qui colit, potest animo æquo istius quotidiana adulteria meretriciam disciplinā, domesticum lenocinium videre? ❡ Ponitur interdum pro delinimento, allectamento, illecebris, inescatione, δέλεαρ. Cicer. pro L. Muræn. Virum lenocinium, inquit, à grege delicatæ juventutis, an orbis terrarum imperium à pop. Rom. petebas? Idem pro Sestio: Et se vitiorum illecebris, & cupiditatū lenociniis dediderunt. ❡ Quandoque pro exquisitiore elegantia, περιεργία, καλλωπισμός. Suet. de Augusto: Forma fuit eximia, & per omnes ætatis gradus venustissima, quanquam & omnis lenocinii negligens, & in capite comendo incuriosus. Cic. 2. de Nat. deor. Perspicuum est enim quò compositiones unguentorum, quò ciborum conditiones, quò corporum lenocinia processerint.

Lēnōcĭnē, adverbium. [Vn. Kerítő moggyára.] Lampridius in Commodo: Quæ gladiatoriè, quæ lenociniè faceret, actis urbis indi jubebant.

Lēnōcĭnŏr, aris, tertia syllaba correpta, d. p. Lenocinium facio. [μαστροπεύω, προαγωγεύω. Gall. Estre maquereau, amadouer, blandir. Ital. Roffianare. Ger. Hurenwirt seyn. Bel. Hoerewaerder zijn/ hoerewaerder wesen. Hisp. Alcahuetear. Pol. Kurwi chowaam. Vng. Kerítő levok. Ang. To exercise of the office of a baude.] Per translationem pro blandiri ponitur, sive allicere, quod lenones facere solent. Cic. 1. Verrina: Tibi serviet, tibi lenocinabitur, minùs aliquanto cōtendet, quàm potest. ❡ Interdum significat gratiam conciliare. Plinius libro 2. Epistol. Potest tamen fieri, quanquā in his difficultatibus, libro isti novitas lenocinetur. Budæus.

Lēns, lendis, f. t. Ovum pediculorum, capillis adherens: ex quo postea pediculi generantur. [κονίς. Gall. Lende. Ital. Lendine. Ger. Ein niß des Haupts. Bel. Nete. Hisp. Liende. Pol. Gnida. Vng. Serke. Ang. A nitt.] Serenus: Vnda maris capiti lendes deducit iniquas. Plin. lib. 28. cap. 11: Quo cum aceto calefacto & lendes tolluntur. Idem libro 29. capite 6: Lendes tolluntur adipe canino, vel anguibus in cibo sumptis anguillarum modo.

Lēns, lēntis, f. t. Genus leguminis, folio viciæ, tribus, quatuórve in siliqua granis, inter legumina minimis. [עדש hadhasch. φακός. Gal. Lentille. Ital. Lenticchia, lente. Ger. Ein linse. Hisp. Lenteja. Pol. Socżewicza. Vng. Lentse. Ang. A lentill.] Plin. lib. 18. cap. 12: Invenio apud veteres autores æquanimitatem fieri vescentibus lente. Virgil. 1. Georg. Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis. ❡ Lentim pro lentem in accusativo frequens est apud Catonem, ut cap. 35: Lentim in rudeto, & rubicoso loco qui herbosus non siet, serito. ❡ Ante lentem augere ollam, πρὸ τῆς φακῆς αὐξάνειν τὴν κακκάβην. Proverbium in eos, qui spes ingentes in animo concipiūt, priusquam res ipsa teneatur. Aut pollicentur quod ipse nondum habeat. Aut præproperè sibi placere, quasi jam possideat ea, quę procul etiam absumit ut teneātur. Citatur à Cratere & à Plutarcho. ❡ Dives factus, jam desiit gaudere lente, ἐπεὶ πλουτεῖς, οὐκ ἔτ' ἥδεται φακῇ. Lens pauperum ac tenuium cibus est: quæ fastiditur simulatq; fortuna contingit. Hinc proverbium in eos quibus ad uberiorem cōditionem evectis fastidio sunt ea, quę priùs inopes boni consulebant. Ex Aristoph.

Lēntĭcŭlă, æ, f. p. Genus est leguminis, lenti simillimum, sui tamen generis. [φακός. Gall. Petite lentille. Ital. Lente picciola. Ger. Klein gemüs wie linsen. Hisp. Pequenna lenteia. Pol. Socżewiczka. Vng. Lentsécske, lednek. Ang. A small lentle.] Plin. lib. 15. cap. 11: Folia sunt lenticulæ simillima. Græci φακόν appellant, ut ex Theodori versione annotavit Hermolaus: quum lentem φακῆν nominant. Vnde tritū illud Græcorum proverbium: τὸ ἐν τῇ φακῇ μύρον, sic ferè omnes vertunt, In lenticula unguentum. Quod quidem proverbium in eos dici solet, qui nullo rerum discrimine quæ agunt, dicúntve, pari nixu cuncta moliuntur: quod genus homines Grçci ἀγροικοζήλους, καὶ ἀπειροκάλους, appellant. ❡ Lenticula etiam genus vasis est à figura leguminis dictum. Videturq; id esse, quod discus appellatur apud Dioscoridem. [שך pach גלה gullāh.] Plin. lib. 18. cap. 12: Duo lentis genera in Aegypto: alterum rotundius, nigriusq;: alterum sua figura: unde vario usu translatum est in lenticulas nomen. Videtur autem Lenticula fuisse vasis unguentarii genus, in qua etiam significatione à sacrorum bibliorum interprete usurpatur. ❡ Ab hujus item vasis similitudine, in gemmis quoque lenticula appellatur, figura circa medium sui lata, rotunda, & depressa. Plin. lib. 37. cap. 12: Figura oblonga maximè probatur: deinde quæ vocatur lenticula: postea clypeidos. ❡ Rursus lenticulæ, maculæ sunt in corpore, quæ & lentigines dici solent. [Pol. Piegi. An. A pimple, a whelk.] Celsus lib. 6. cap. 5: Lenticulas tollunt galbanum & nitrum.

Lēntĭcŭlārĭs, & hoc lare, adjectivum. [φακοειδής. Vn. Lentsé.] ut, Lenticularis forma. Apuleius, lib. 2. Flor.

Lēntĕo, Lentesco, Vide LENTVS.

Lēntīgo, pen. prod. genitivo lentiginis, f. t. Macula subrusa, & nigra interdum in facie, ad lentis similitudinem. [בהק bohak. φακός. Gall. Petite tache rousse en forme de lentille qui vient au visage ou au corps. Ital. Lentigine. Ger. Ein laubfleck des leibs. Hisp. Peca. Pol. Piega. Vng. Szeplő. Ang. A freckle or litle reddish marke in the face.] ❡ Vnde & lentiginosus. [φακώδης. Gall. Lentilleux, qui est plein de taches qu'on appelle lentilles. Ital. Lentigginoso. Ger. laubfleckechtig/voll laubflecken. Bel. Een sprecte. Hisp. Pecoso. Pol. Piegais. Vng. Szeplős.] Plin. lib. 9. cap. 20 de atriplice: Ac nisi multa sæpè aqua coquendum, stomacho contrarium esse, lentigines & papulas gignere. Idem libro 20. capite 15: Sugillatis illinitur cum melle, & uva passa, & aceto: lentigini nigræ ex aceto.

Lēntĭscŭs, f. f. Arbor est in Chio præcipuè nascens, (quanquam & in Italia, & in Narbonensi Gallia proveniat) magnitudine Roboris, sorbi folio, terebinthi odore, acinis, dum maturescunt, rufis: ubi maturuerint, nigris: mastichen exudans in modum gummi. [σχῖνος. Gall. Lentisque. Ital. Lentisco. Ger. Der Mastichbawm/ons in Teutschen Landen unbekannt. Hisp. Lentisco mata.] Hæc arbor perpetuò viret: terq; in anno fructus profert. Quod & ipsum testatur Cicer. de Divinat. versibus ex vetusto poeta adductis: Iam verò semper viridis semperq; gravata Lentiscus, triplici solita est grandescere fœtu: Ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi. Dictam autem lentiscum putat Ruellius, quòd liquore quodam lentescat. Sudat enim resinam quam in Chio insula mastichen vocant. Ejus fructum Hippocrates σχῖνον vocat: arborem autem σχῖνον. Ex arboris hujus ligno præstantissima fiunt dentiscalpia. Martialis libro 14: Lentiscum melius, sed si tibi frondea cuspis Defuerit, dentes penna levare potest. ❡ Lentiscum mandere, σχῖνον διατρώγειν, dicuntur qui nimio comendi corporis studio superstiunt. Nam ex lentisco dentifricium fieri consuevit. Hujusmodi igitur quibus dentiscalpium semper in ore est, lentiscum arrodere dicuntur: & σχινοτρῶγες, lentisci arrosores appellantur.

Lēntĭscĭnŭs, scina, scinum, denominativum. Quod ex lentisco factum est: [σχίνινος. Gall. De lentisque. Ital. Di lentisco. Ger. Das von dem Mastichbawm gemachet ist. His. Cosa de lentisco.] ut, Oleum lentiscinum. Plin. lib. 23 cap. 2: Tunc addito oleo lentiscino illita, una nocte rufat capillum.

Lēnto, lentas, Vide LENTVS.

Lēntŭs, lenta, lentum. Tardus, non acer, non celer. [ברטה nirpāh. רך rach γλίσχρος. Gall. Qui plie facilement sans se rompre, lent. Ital. Flessibile. Ger. Weich/zäh. Pol. Gięck/ sachy. Hisp. Lento, que se puede doblegar. Pol. Gnuśni, item, gol'emati a rmarli. Vng. Lassú, rest. Ang. Pliant, that boweth easilie.] Plaut. Menæchmis: Quàm lentum est, & visco simile! ❡ Nonnunquam idem quod molle, flexibile, & minimè fragile. Virgil. 5. Aegl. Lenta salix quantum pallenti cedit olivæ. ❡ Sed translatum ad animum, pro leni ac placido capitur, & æquanimi: ut, Vir patiens, & lentus, apud Ciceronem libro 2. de Oratore. ❡ Interdum pro facili: Lucilius Satyr. libro 11, ut citat Nonius: Lucius Cotta senex Crassi pater hujus Panci Magnus trico fuit numarius solvere nulli Lentus. ❡ Interdum pro tardo. [ארך ārech βραδύς. Gall. Tardif, lent. Ital. Tardo. Germ. Träg, langsam. Hisp. Tardio, perezoso. Pol. Leniwi. Vng. Késedelmes. Ang. Slacke or slowe.] Plinius Epistol. 147: Ibat illa lento gradu, quasi gravis vinculis. ❡ Interdum pro securo & otioso. Virgil. 1. Aeglog. tu Tityre lentus in umbra, &c. ❡ Interdum pro remisso & frigido. Virg. 1. Georg. noctis lentus non deficit humor. ❡ Habet & alias significationes, ut quū dicimus, Lentū colorem: id est, fluentē, & facilè evanescentē. Plin. lib. 12. cap. 25: Color in quacunq; natione præfertur rufus, & pinguiter lentus.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

lentus. ¶ Lentus ignis, dicitur moderatus, non usq; adeò calescens. Plin. lib. 13. cap. 4: Lentus ignis è palmis. ¶ Lentus tepor, remissus. Plin. lib. 12. cap. 19: Probatur casia gustu quàm maximè fervens, potiùs quàm lento tepore leviter mordens. ¶ Lenta vivacitas, id est, longa & tenax. Plin. li. 8. cap. 27: Alioqui vivacitatis adeò lentæ, ut ejectis interaneis diu pugnet.

Lentè, adverbium, Tardè, & cunctanter. [βραδέως. Gall. Lentement, tardivement. Ital. Tardamente, pigramente. Ger. Langsamlich/ gemächlich. Hisp. Tardiamente, perezosamente. Pol. Lekko, pomalu. Vng. Lassan, kesben. Ang. Slackelie, slowelie.] Plin. Epist. 13: At tum quoq; lentè, & cunctanter veniunt, nec tamen permanèt, sed ante finem recedunt. ¶ Lentè aliquid ferre, est illud patienter ferre & æquo animo. Cic. 2. de Orat. Neq; enim est facilè perficere, ut irascatur ei, cui tu velis, judex, si tu ipse id lentè ferre videare. ¶ Lentè agere, est remissè, & segniter agere. Livius 1. ab Vrbe: Lentè agere iis Tatius, Sabiniq; visi sunt. ¶ Lentè, ac fastidiosè probare aliquem, est post diuturnam morosamq; disquisitionem aliquem probare. Cic. ad Att. lib. 2: Quem tibi ego non essem autus mittere, nisi eum lentè, ac fastidiosè probavissem.

Lēntĕĭă, titiæ, f. p. Lentor, seu flexibilitas. [מרך מרטא מרך רטין רפיון. γλυκυτῆς. Gall. Molesse & facilité à se plier. Ital. Tenerezza, facilità a piegare come vimine. Ger. Weiche, zähe. Bel. Stapheyt. Hisp. Lentura, doblegadura. Pol. Miekkość. Vng. Hajlandosag, hizonyusag. Ang. Pliantenesse or slowenesse.] Plin. lib. 16. cap. 37: Aliæ virgas sequacis ad vincturas lentitiæ.

Lēntĭtūdo, inis, f. t. Tarditas, facilitas, lenitas. [βραδύτης. Gall. Tardiveté, foiblesse. Ital. Tardezza. Ger. Langsamkeit. Hisp. Tardanca y perezza. Pol. Ociężałość. Vng. Lassuság, hajlandosag. Ang. Pliantenesse, slowenesse.] Cic. ad Quint. Fratrem li. 1: Nam illud nō solùm est gravitatis, sed nonnonquam etiam lentitudinis. Idem 4. Tusc. Eamq; quā lenitatem nos dicimus, vitioso lentitudinis nomine appellant. Tacit. lib. 16: Lentitudine exitus graves cruciatus afferente. Idem lib. 15: Seneca interim durante tractu, & lentitudine mortis, Statium Anneum, &c.

Lēntŏr, toris, m. t. Humor tenax, & glutinosus, inquit Budæus. [γλοιῶδες. Gall. Humeur tenace & glueux. Ital. Humore tenace, viscoso. Ger. Schleim/ätzetes zähes feuchtigkeit. Hisp. Humor lento y retenedor. Pol. Kleiwata wilgotność. Vng. Sikos, ragado nedvesség. Ang. Toughenesse, a clammy gleib humour.] Plin. lib. 9. cap. 36. de purpuris: Congregantur vero tempore, mutuoq; attritu lentorem cujusdam ceræ salivant. Idem lib. 13. cap. 5: Ferl folliculos emittentes animalia, lentoremq; resinosum: Colum. lib. 5. cap. 6: Vt aliquem tamen succum & lentorem habeat, injiciemus aceis. Plin. lib. 9. cap. 31, de piscium generatione: Quę durioris testæ sunt, ut murices purpuræ, salivario lentore.

Lēnto, as, act. p. Lentum reddo. [הרך הרך. γλυκαίνω. Gall. Plier, & ployer. Ital. Lentare, piegare. Ger. Weich machen/ biegen. Hisp. Doblegar, hazer lento. Pol. Miekszyć. Vng. Meg furatszom, laukaszom. Ang. To make pliant and flexible.] Virg. lib. 3: Antè & Trinacria lentandus remus in unda. Quid sibi velit Lentare remos, docet Turneb. Vide in vōce Remus.

Lēntĕo, lentes, n. f. Lentus sum, tener, & mollis. [רך רך. μαλακὸς γίνομαι. Gal. Estre glueux, et tenant, estre cardif. Ital. Esser lento, molle, pieghevole. Ger. Weich oder zahgsam seyn. Hisp. Ser lento. Pol. Miekszeie. Vng. Gyenge és lágy vagyok, laukat vagyok. Ang. To be flexe, pliant or gleib.] Vnde apud Lucil. legitur: Lentet opus, pro eo quod est, lentè procedit.

Lēntēsco, scis, scere, n. t. Lentus, seu tener ac mollis fio. [רך רך. μαλακὸς γίνομαι. Gall. Devenir mol & lent. Ital. Divenir molle, lento. Ger. Weich/ oder zäh werden. Hisp. Hazerse lento y molle. Pol. Zacząwam rozmiekszać. Vng. Megszenyülök, lagyulok, laukadok. An. To make tender or pliant, to become clammy or gleib.] Col. li. 11. cap. 2: Quę si natura minùs lenta est, ante dies quindecim præcidenda, & purgata in stercore obruenda est, ut lentescat. ¶ Virgil. lib. 2. Georg. Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo: id est, cohæret, ut exponit Servius. Colum. lib. 2. cap. 11: Cicera bubus crui loco fresa datur in Hispania Bætica: quę quum suspensa mola divisa est, paulùm aqua maceratur dum lentescat: hoc est, cohæreat: vel (ut ait Budæus) glutinosa fiat. ¶ Curæ lentescunt tempore. Ovid. lib. 2. de Arte Amandi:

Sit mora tuta brevis, lentescunt tempore curæ:
Vanescitq; absens, & novus intrat amor.

Lenulus, Lenunculus. Vide LENO.

Lĕo, es, levi, letum, Hodie in usu non est: ex compositis tamen eius quæ sunt Deleo, & releo, apparet ejusdem significationis fuisse cum verbo lino: quod etiam præteritum ab eo mutuò accepit. [Vn. El terlbm.] Hor. lib. 1. Car. Græca quod ego ipse testa Conditum levi.

Lĕo, onis, m. t. [אריה אריה. ליש ליש. λέων. Gall. Lion. Ital. Leone. Ger. Ein Löw. Hisp. El leon. Pol. Lew. Vng. Oroszlan. Ang. A lyeue.] Animal ferox, & omniū in terris animantium, uno excepto homine, generosissimum, tùm præcipuè quum colla armosq; vestiunt jubæ, quod ætate accidit. Leones tantum ex feris clementia utuntur in supplices, prostratis parcūt, coëunt aversi quemadmodum & lynces, cameli, elephanti, rhinocerotes, & tigrides. Eorum animi index est cauda, sicut equorum aures: vim summam in pectore habent, sauciati innoxii sunt. Timent rotarum orbes circumactos, & currus inanes, & cristas, cantusq; gallinaceorum, sed maximè ignes. Vide Plin. lib. 8. cap. 16. ¶ Est & Leo marinus ex cancrorum genere, apud Plin. lib. 32. cap. 11. ¶ Item Leo cœleste signum apud Plin. lib. 17. cap. 24. quem putant fuisse leonem Theumesium ab Hercule occisum, in cœlū ab Jove translatū. Dictus aūt Theumesius, à Theumesio Bœotiæ monte. ¶ Leones radere, dicuntur qui feroces & præpotentes arte tractant & illudunt magno suo periculo. Socrates apud Platonem de Rep. lib. 1. ¶ Leonem stimulas, τὸν λέοντα κινεῖς. De iis qui potentem ac ferocem in suum ipsius exitium provocant atq; extimulant. ¶ Leonem ex unguibus æstimare, ἐκ τῶν ὀνύχων λέοντα γινώσκειν, est ex una quapiam conjectura negotium universum perpēdere, ex paucis multa, ex minimis maxima conjicere. Natum videtur adagiū à Phidia statuario, qui (sicut narrat Lucianus in Heresibus) inspecto dūtaxat leonis ungue, quibus esset totus leo perpēdit, totūq; ex indicio unguis effinxit.

Lĕōnīnŭs, a, um, adjectivum. [λεόντειος. Gall. De lion. Ital. De leone. Ger. Löwin. Hisp. Cosa de leon. Pol. Lwowi. Vng. Oroszlani. Ang. Of a lyeue.] Vt, Adeps leoninus, apud Plin. li. 24. cap. 17. Et Leonina species, apud Varr. lib. 2. de Re rust. cap. 9.

Lĕōnīnŭs lapis, Lithospermon apud Dioscor. lib. 5. cap. 159. Leontion Lithospermon, apud eundem eodem loco. ¶ Leonides insignis Chirurgus, citatus à Plin. lib. 6. cap. 7.

Leontachoron, polium montanum, apud Diosc. lib. 3. cap. 122.

Leoromiges, Canes Arcadici, ex canibus & leonibus prognati.

Lĕōntĭce, f. p. [λεοντική. Ger. Ein Vergkraut mit samen/ gleich wie weisse bärlin.] Herba est quā Dioscorides cacaliam appellat, foliis grandibus & candidis, inter quæ semen dependet minutis margaritis simile: cujus grana quindecim in oleo macerata, atq; adverso capillo illita, porriginem tollunt. Vide Plin. lib. 35. cap. 11. Officinæ Carvi agreste appellant.

Lĕōntĭŏs, λεόντιος, Gemma à leoninæ pellis similitudine nominata, quemadmodum pardalios à similitudine pellis pantheræ. Autor Plin. lib. ult. cap. 11.

Lĕōntŏpĕtălŏn, [λεοντοπέταλον. Ger. Ein fremt vnbekandt kraut/ welches einche fast kraut/ das S. Christwurtz gleich ist/ hatte.] Herba est caulem emittens dodrantalem, plurimis alis concavis, & in cacumine semina parva duo aut tria, eaq; in siliquis, oteris modo: flores punicei coloris, anemonæ similes: folia brassicæ, sed papaveris divisura, radicibus nigris, rapæ similibus. Nascitur in arvis. Vide Plin. lib. 27. cap. 11. Vulgus à similitudine pedis leonini, pedem leonis appellat.

Lĕōntŏphŏnŏs, [λεοντοφόνος. Ger. Ein klein würmlin/ welches so es von einem löwen gessen wird/ stirbt er von stund an.] Exiguum est animal, in iis tantum regionibus nascens, in quibus gignūtur leones: quibus tam præsens est venenum, ut gustato leontophono leo statim moriatur: unde etiā animalculū hoc leontophoni nomen accepit. Autor Plin. lib. 8. cap. 38.

Lĕōntŏpŏdĭŏn, λεοντοπόδιον, Herbula est duorum digitorum, folio parvo, angusto, digitorū trium, quatuorve longitudine, hirsuto, lanosioreq; ad radicem, & subcandido, in cacumine caulium capitula tanquā perforata, floribus nigris erumpentibus, semē quod oculis vix possit deprehēdi propter circundatam lanuginem. Ruellius existimat eam esse quam vulgus cruciatam appellat.

Lĕōpārdŭs, m. f. [נמר נמר. λεοντόπαρδος. Gall. Leopard. Ital. Leopardo. Ger. Ein Leopard/ ist ein grausame thier vō einem Pantterthier vnd einer löwin erboren. Hisp. Animal mezclado de leon y pardo. Pol. Lampart. Vng. Pardusz. Ang. A leopardo.] Animal ex pardo & leæna natum, jubis carens, nigris maculis leoninam pellem distinguentibus. Nascitur in Africa, ubi propter penuriam aquarum ad paucos amnes multitudo ferarum convenit, ideo multiformes ibi animalium partus, mutuò sese miscentibus diversorum generum animalibus. Vnde ortum est proverbium: Semper aliquid novi Africam afferre. Vide Plin. lib. 8. cap. 15.

Lepadia, Græci dicunt corja lata circa pectus equorum. Vide Alciat. in l. quoniam. C. de Curs. pub. lib. 12.

Lĕpĭdĭum, n. t. [λεπίδιον. Pol. Rzeżucha, herbaria pieprzyca.] Herba est in cubitalem, eoq; majorem altitudinem assurgens, foliis lauri, sed mollioribus, & majoribus, quæ nix sinapim olent, & piperis acrimoniam referunt. Vnde vulgus herbariorum piperitem vocitat. [Ger. Kresse kraut.] Quidam etiam raphanum, quòd raphano sylvestri, quem armoraciam alio nomine dicunt, planè similis sit. Lepidum autem ab effectu appellatur, quod νῖτα λεπίζει: hoc est, squamas & maculas faciei deleat & repurget.

Lĕpĭdŏtes.

Lepidotes, λεπιδωτής, Gemma quæ squamas pisciũ imitatur. Plin. lib. 37. cap. 10.

Lepidus, da, dum, pen. cor. In quo leporis est plurimum, facetus, elegans, jucundus. [נעים nahim. λαμπυρὸς, εὐτράπελος, χαρίεις. Gall. Plaisant, gay, joly, qui est de bonne grace. Ital. Piacevole, gentile. Ger. Holdselig/lieblich/angenem. Bel. vrolijck/schoon/ geneuchlijck. Hisp. Gracioso en donayres. Pol. Wdzięczny, miły. Vng. Kedves. Hisp. Gracioso en donayres. Ang. Plaisant in talk, pretie, merie, that hath a good dede, ides, ikes.] Terent. in Andr. O' lepidum caput. Plaut. in Milite: At quidem illuc ætatis qui sit, non invenies alterum Lepidiorem ad omnes res. Idẽ in Aulul. O' lepidum diem. Idẽ in Pœn. Nimium lepidum mihi memoras facinus. Idem in Epid. Forma lepida & liberali. Idem in Mostel. Quin tu te exornas moribus lepidis, quum lepida tute es. ❡ Lepidùm interdum adverbii significatione ponitur pro lepidè. Plaut. in Pœn. Lepidùm eloquere. ❡ Lepidus, politus, inquit Donatus, ἀπὸ τῆς λεπίδος: id est, à lamina sive squama. Plin. lib. 34: Excutiũtur veluti mili squamæ quas vocant lepidas.

Lepidè, adverb. id est, Cum lepore, facetè. [χαριέντως, χαριεστέρως, ἀστείως, γλαφυρῶς. Gall. Plaisamment, gaillardement, de bonne grace. Ital. Piacevolmente, con buona gratia. Ger. Holdseligklich / fein und lieblich. Hisp. Graciosamente en donayres. Pol. Wdzięcznie. Vng. Kedvesen. Ang. With a good grace, merilie.] Cicer. ad Attic. lib. 2: Nunc sit lepidè illa ἀκτίνων radiorum: Plaut. in Persa: Lepidè hercle adjuvas: hoc est, eleganter, & opportunè. Idem in Milite: Vin' tu lepidè facere?

Lepidulè, diminutivum. [Pol. Wdzięczniuchno. Vn. Kedveskeen.] Plaut. in Pseud. Eam circunducam lepidulè.

Lepista, stæ, f. p. Vasis aquarii genus, teste Festo, idem fortassis cum eo quod Aristophanes λεπαστὴν vocat. [Ger. Ein gattung einer flaschen oder gutteren/ ein wassergeschirr. Pol. Stągiew do chowania wody.] Varr. lib. 1. de Vita pop. Rom. ut citat Nonius: Lepistæ etiam nunc Sabinorum fanis pauperioribus plerisq; aut fictiles sunt, aut æneæ. Meminit etiam Varr. libro 4. de ling. Lat. ubi tamẽ malè Depesta pro Lepesta in Romana editione legitur.

Lepor, oris, & Lepos, oris, m. t. Propriè est venustas, urbanitasq; sermonis, facetiæ. [נעם nohám. εὐτραπελία, χαριεντισμός. Gall. Iolivetè, bonne grace, dexteritè. Ital. Piacevolezza, gratia. Ger. Lieblichkeit/ zierligkeit der Red/ weißheit. Bel. Vrolijckheit/ geneuchlijckheyt. Hisp. Gracia en donayre, dulce hablar sauoliquencia. Pol. L'agodnosc w mowie. Vng. Nyaias ekes beszéd. Ang. Grace and delectable comelynes in speach and gesture.] Cic. 7. Verr. Lepore ac venustate affluens. Idem 1. de Orat. Magnus in jocando lepos in Crasso. Lepor dicendi, est ornatus, cõcinnitas, elegantia. Cic. 4. Acad. Cujus primò non admodum probata ratio, quanquam floruit acumine ingenii, tùm admirabili quodam lepore dicendi, &c.

Leporarium. Leporinus. Vide LEPVS.

Lepra, æ, f. p. [צרעת tsarahath. λέπρα. Gal. Lepre, ladrerie. Ital. & Hisp. Lepra. Ger. Die maltzen oder aussatz. Pol. Trąd. Vng. Bél poklosság. Ang. Leaprie.] Galeno, cæterisq; Græcis medicis, scabiei genus est, cutem deformi obducẽs crusta, ab atra nascens bile, corpusq; vehementer pruritu infestans. In qua significatione, Lepræ vocabulo utuntur etiam Latini. Plin. lib. 24: Lacryma vitium, veluti gemma, lepras, & lichenas, & psoras nitro antè præparatas solvit. Avicenna verò, cæteriq; Arabicæ factionis, lepræ vocabulum impropriè usurpant pro elephantiasi, quod morbi genus superiori multò est perniciosius: ut quod non solùm cutẽ infestet, verumetiam carnem ipsam usq; ad ossa depascatur.

Leptocaria. [λεπτοκάρυα. Pol. Laskowe orzechi. Vn. Veres mogyoro.] Græco nomine dicuntur avellanæ, quæ & Ponticæ, & Heracleoticæ appellantur.

Lepton centauriũ: [κενταύριον λεπτόν. Ger. Tausentguldẽ. Pol. Centurzyca, ruthenn, ziemienik.] hoc est, centaurium minus, herba est quã Latini fel terræ vocant, propter summam amaritudinẽ. Galli vocant exectum, eò quòd potum, omnia medicamenta mala per alvum exigat. Plura vide apud Plin. lib. 25. cap. 6.

Leptophyllon, [λεπτόφυλλον. Ger. Ein geschlecht d' hitzigen Milchkrauts oder Wolffsmilch.] Septima tithymali species est, in petris nascens: ita dicta à tenuitate foliorum. Alio nomine dendroides, δενδροειδὲς, appellatur, eò quòd ex omnibus tithymali generibus comosissimum sit. Vide Plin. lib. 26. cap. 9.

Leptoragès, λεπτόῤῥαγες, Vvæ quædam dicuntur, dulces quidẽ habentes acinos, sed tenues tamẽ & minutos: cujusmodi sunt quas uvas Corinthiacas vulgò appellamus. Plin. lib. 14. cap. 1: Est & illa naturæ lascivia, ut prægrandibus adhæreant pergulis parvi, mites, & suavitate certantes: leptoragas has vocant. Hactenus Plinius. Dictæ autem sunt leptorages, ab acinorum tenuitate. Nam λεπτὸν exiguum est, & tenue, ῥᾶγες autem à Græcis uvarum acini dicuntur.

Lepus, oris, m. t. Animal satis notum, à celeritate dictum, quasi levipes. [ארנבת arnébeth. λαγώς. Gal. Lieure. Ital. Lepre. Ger. Ein has. Hisp. Liebre. Pol. Zaiac. Vng. Nyul. Ang. An hare.] sive (ut Varro putat lib. 3. de Re rust. cap. 12.) quòd Aeoles (vel potiùs Dorienses) antiquo vocabulo λέποριν vocabãt, quem nos leporem. Quare non solùm genus hoc, nomen Latinum Leporem mutavit à Doriensi lingua, qui dicunt ὁ καὶ ἁ λέπορις, sed etiam vocis in vocis in recto casu lineamenta Latina sibi assumpsit. Virg. 3. Georg. Et canibus leporem, canibus venabere damas. Idem 1. Georg. Auritosq; sequi lepores, tum figere damas. Hor. Epod. 2: Pavidumq; leporem, & advenam laqueo gruem Iucunda captat præmia. ❡ Per translationem pro ingrato accipitur, & qui adversus, & aversus impudicus fit: Creditur enim lepori utrunq; sexum inesse, ut hyenæ. Terent. in Evnuch. Lepus tute es, & pulpamentum quæris, quod habes (inquit Donatus) quæris in altero. ❡ Lepus etiã piscis est ex lacertorũ genere, inter marina venena numeratus, præsertim in Indico Oceano, ubi vel solo tactu pestilens, vomitum dissolutionemq; stomachi protinùs creat: in nostro mari colore tantùm lepori similis: in Indis & magnitudine, & pilo duriore. Hæc Plin. lib. 9. cap. 49. ❡ Lepus dormiens, λαγὼς καθεύδων. Quadrat in eum qui quod non facit, id facere sese adsimulat: aut quod facit, id se facere dissimulat. Nam leporem patentibus genis dormire, cùm alii permulti tradunt, tùm Plin. lib. 11. cap. 37, id quod etiam hominibus nõnullis ait accidere, quos Græci κορυβαντιᾶν appellant. Neq; perperam dicetur & in timidos. Adagium à multis refertus. ❡ Leporem non edit. Antiquitùs superstitiosè creditum esu leporinæ pulpæ conciliari formam. ❡ Lepus pro canibus, λαγὼς περὶ τῶν κρεῶν, subaudi periclitatur. In eos dicitur qui ob aliquã sui utilitatem in discrimen vocantur. Nam leporẽ non insectamur quòd noceat, sed quod pulpamentum habeat. ❡ Bove venari leporem, τῷ βοΐ τὸν λαγὼν κυνηγετεῖν, dicuntur qui rem absurdam, stultam ac præposteram aggrediuntur. Plutarchus. ❡ Leporis vitam vivere, λαγὼ βίον ζῆν, dicuntur qui sæpè anxii trepidiq; vivunt. quòd id animal omnium prædæ expositum, ne somnum quidem capit, nisi oculis apertis. Demosthenes in Aeschin.

Lepusculus, li, m. f. diminutivũ. [λαγίδιον. Gall. Leurant, petit lieure. Ital. Lepretino. Ger. Ein häßlin. Hisp. La lebrasilica. Pol. Zaiaczek. Vng. Nyulatska. Ang. A litle hare.] Cic. 6. Verr. Si minus ejusmodi quidpiam venari potuerant, illa quidem certè pro lepusculis capiebantur, patellæ, pateræ, thuribula, &c. Idem 1. de Nat. deor. Si Seriphi natus esses, nec unquam egressus ex insula in qua lepusculos, vulpeculasq; sæpè vidisses, &c.

Leporarium, rii, n. f. Non tantùm pro loco ubi lepores aluntur, sed etiã pro omnibus septis villæ affixis accipitur, in quibus inclusæ pecudes pascuntur. [λαγοτροφεῖον. Gall. Garenne, parc ou clos à nourrir lieures ou autres bestes sauuages. Ital. Chiusura, serraglia da notrirui saluaticine. Ger. Ein thiergartẽ/ ein eingeschlossen ort in dem man nicht nur hasen/ sonder auch andere thier zeucht. Hisp. lugar de liebres ò otras bestias. Pol. Sad, wszelakiego zwierzęcia. Vng. Vad kert. Ang. A parck, a cunninger, a warraine or any place to keep beastes for pleasure.] Gell. li. 2. cap. 20: Vivaria veteres quandoque Leporaria dixêre, in quibus omnia clauderentur animalia. Varr. de Re rust. lib. 3. cap. 3: Leporaria te accipere volo, non ea, quæ tritavi nostri dicebant, ubi soli lepores sint, sed omnia septa, affixa villæ quæ sunt, & inclusa habent animalia, quæ pascuntur. Hæc antiquiores Roboraria etiam appellari voluerũt: à tabulis roboreis, quibus septa erãt antè quàm muro cingerentur.

Leporaria affectio, ea quam Græci aliàs λαγώφθαλμον vocant.

Leporinus, a, um, pen. prod. Quod est ex lepore: [λαγῷος. Gal. De lieure. Ital. Cio che è di lepre. Ger. Häßin. Hisp. Cosa de liebre. Pol. Zaięcy. Vng. Nyubol valo. Ang. Of an hare.] ut, Pes leporinus, leporinus cinis, apud Plin. lib. 28. cap. 11. Leporinum lac, Varro 2. de Re rust. cap. 11. ❡ In leporinis, ἐν λαγῴοις, carnibus vivere dicebãtur, qui lautè atq; in deliciis vitam agebant.

Lessus, us', m. q. Lugubris ejulatio. [מספד mispêd. בכי nebhí. θρῆνος. Gall. Pleur, cri de dueil, lamentation. Ital. Pianto. Ger. Ein kläglichs heulen und weinẽ. Hisp. Endecha ò llanto sobre muerto. Pol. Smetnı pł'acz. Vng. Siralom, ò baytás. Ang. A bewailing, lamentation.] Plaut. in Trucul. Thetis quoq; etiam lamentãdo lessum fecit filio. Cic. 2. de Legib. Mulieres genas ne radunto: néve lessum funeris ergò habento. His enim verbis significatur lamentationem lugubrem in funeribus prohiberi.

Lestitis, Aristolochiæ tertia species, de qua vide Dioscor. lib. 3. cap. 5.

Lethalis, lethale. Vide LETHVM.

Lethargus, gi, m. f. [λήθαργος. Gall. Maladie qui fait dormir excessiuement & assoupit le malade en sorte qu'il luy fait oublier toutes choses. Ita. Malattia che induce sonno, et obliuione d'ogni cosa. Ger. Die schlaffsucht/ ist ein solche trägheit/ da einer oder die mans viel schlaffe muß/ alter dingẽ vergißt/ vñ schier von ihm selbs töpt. Hisp. La enfermedad que mata dormiẽdo. Pol. Sen, nieczmierny, nad przyrodzenie, śpiącz choroba. Vn. Mely alombã nyl beledito betegség. An. A drousie and forget full sicknesse.] Est torpor, & inexpugnabilis penè sõni necessitas,

cum

cum alienatione mentis: ut inquit Celsus lib.3. cap.20. Plin. lib.20. cap.12: Præterea insaniam facere, & lethargos, & jecinoris vitia, &c. Quidam Latinè veterum dici putant: quamvis Plin. in raphani medicinis veterum à lethargo distingue re videatur. Locum eundem in corpore occupat, quem phrenitis, nimirum cerebrum: materiam verò habet contrariam. Gignitur enim ex abundantia pituitæ quum phrenitis ex flava bile adusta nascatur. Dicitur autem Lethargus (ut quidam putant) ἀπὸ τῆς λήθης: hoc est, ab oblivione. Nam in eo morbo oblivio contingit omnium rerum, à pituita frigidiore, humidioreq; cerebrum refrigerante, & madefaciente, & præcipuè posteriores ventriculos cerebri occupante, in quibus quidam memoriæ sedem esse volunt, quanquam verisimiliùs est eam per totum cerebrum esse diffusam.

Lethargĭcus, etiam pro lethargo ponitur. [Vn. *Mely alomban eyrb betegszik.* An. *A drowsie and forgetfull sickenesse.*] Plin. li 24 ca.9. Semè instillatur in oleo decoctũ capiti, in lethargia & phrenesi.

Lēthargĭcŭs, ca, cum, [λεθαργικὸς. Gall. *Qui est malade de l'athargie.* Ital. *Infermo di letargo.* Ger. Mit der schlaffsucht behaftet. Hisp. *Que tiene tal dolencia.* Pol. *Vistawnie nadwiare u przyrodzenie sprzacz.* Vng. *Mely alomban eyrb betegszik.* Ang. *That hath a drowsie and forgetfull sickenesse.*] qui lethargum patitur. Horat.9. Serm. Sat. 3. ut. Lethargicus hic quum sit pugil, & medicum urget. Plin. lib.20. cap.4: Hydropicis quoq; ex aceto, & sinapi sumpti, & lethargicis. ¶ Viurpatur etiam adjuncti nominis significatione: ut. Lethargicus morbus. Plin. lib.24: Gravedinem enim, morbumq; lethargicum patitur.

Lethum, thi, n. s. Mors, interitus. [Πόθος *mórtos*, θάνατος. Gall. *Mort.* Ital. *Morte.* Germ. Der tod. Bel. Dit dood. Hisp. *Muerte.* Pol. *Smierc.* Vng. *Halál.* Ang. *Death.*] Cic. 1. de Divin. Tamen eodem sibi letho, quo ipse interisset, pereundũ. Idem ad Attic. li. 10: Vide quam turpi letho pereamus. Virg. 12. Aen. An fratris miseri lethum, ut crudele videres? Idem 5. Aen. Milia multa daret letho, gemerentq; repleti Amnes. Ovid. 1. Trist. Eleg. 2: genus miserabile letho. De etymo, & scriptura hujus dictionis, diversi diversa sentiũt. Prisc. putat ab antiquo verbo leo derivari, quod veteres usurpasũt pro deleo, unde etiã sine aspiratione scribendũ putat. Apuleius à suo deducit, & per œ in priore syllaba scribi præcipit. Alii per antiphrasin dictũ putant ab adjectivo lætus, quòd minimè sit lætum, sed omnium rerum tristissimum. Verissima tamen videtur Varronis, & Festi opinio, qui ἀπὸ τῆς λήθης: hoc est, ab oblivione dictum putant, quòd per mortem omnium rerum obrepat oblivio. Veteres enim abstinebant mortis mentione ne cogerentur δυσφημεῖν. Itaq; abitionem pro morte dixerunt, ut Græci κοίμησιν, & eodem modo lethum, quasi λήθην, oblivionem. Vnde etiam poetæ Lethen fluvium apud inferos esse finxerũt, cujus aquæ gustatu nos omnium rerum protinus oblivisci crediderunt.

Lēthālis, le, om. r. Mortiferum. [θανάσιμος, καίριος. Gall. *Mortel.* Ital. *Mortifero, mortale.* Ger. Tödtlich. Hisp. *Cosa mortal.* Pol. *Smiertelni.* Vng. *Halálos.* An. *Worthie death, deadlie.*] Plin. lib.11. cap. ult. Homini non ante diem septimum lethalis inedia. Durasse & ultra undecimum, certum est. Plinius de Viris illustr. Tarquiniũ gravi quidem, sed non lethali vulnere accepto peteretur, &c. Virg. 11. Aeneid. Qua vulnus lethale ferat. Ovid. 13. Metam. Qua paruit, ferro lethalem condidit ensem.

Lēthālĭter, adverbium. [θανασίμως, ἀλεθρίως. Gall. *Mortellement.* Ital. & Hisp. *Mortalmente.* Ger. Tödtlichen. Pol. *Smiertelnie.* Vn. *Halálosan.* Ang. *Deadlie.*] Plin. lib. 11. cap. 37: Oves quidem lethaliter circum renes concreto pingui.

Lēthĭfĕr, a, um, Quod mortem infert, mortalis. [θανατηφόρος. Gall. *Qui apporte la mort, qui fait mourir.* Ital. *Che da morte, mortifero.* Ger. Der den tod bringt. Hisp. *Cosa mortal.* Pol. *Smierci przynoszący.* Vng. *Halálhozó.* Ang. *That causeth death.*] Colum. lib. 7. cap. 12: Et ut plurimi pastores affirmant, rabies arcetur. Lethifer morbus huic generi. Ovid. 7. Metamorph. Lethiferis calidi spirarunt æstibus Austri. Virgil. 10. Aeneid. queis tela, sagittę Corytiq; leves humeris & lethifer arcus. Annus lethifer, Virg. 3. Aeneid. Anguis lethifer, Statius 5. Theb.

Lētho, as, act. p. Morte afficio. [המית *hemith.* Βανατόω. Gall. *Faire mourir tuer.* Ital. *Dar la morte, uccidere.* Ger. Tödten. Hisp. *Matar, dar la muerte.* Pol. *Zabiiam.* Vng. *Megölöm.* Ang. *To kill.*] Ovid. 3. Metamorph. De Cadmi socius à serpente interemptis: Vt nemus intravit, lethataq; corpora vidit, Victoremq; supra spatiosi corporis hostem, &c.

Lĕvāmĕn, Levamentum, Levatio, Vide Levo in LEVIS. ἀνακούφισις, κουφίσεις.

Leuca alba, Levia emplastra, ferè non gravibus vulneribus accommodata.

Leucăcănthă. [λευκάκανθα. Ger. Mariendistel mit weissen flächt oder bienen.] Herba est in cacumine aculeum habens, radice cyperi, quæ commanducata dentium dolores sedat. Alio nomine Rhamnus dicitur. Item carduus beatæ Mariæ, folia lactucea habens, maculis albis conspersa, Vide Fuchsiũ. [Pol. *Ostropest.* Ang. *A whin.*] Diosc. li. 3. cap. 21. Plin. lib. 22. cap. 1.

Leucăchātes, chatæ, m. p. λευκάχατες. Gemma candida ex genere Achatarum. Plin. lib. 37. cap. 10.

Leucānthemĭs, pen. corr. leucanthemidis. [λευκάνθεμις. Ger. *Camillen blumen.* Pol. *Romien.*] Herba est quæ & Anthemis, & Leucanthemum à nonnullis vocatur: ab aliis etiam Chamæmelon, eò quòd mali odorem habeat. Vide Plin. lib. 22. cap. 21. Officinæ hodie *Chamomillam* vocant.

Leucārgillum, λευκαργίλλιον. Argillæ candidæ genus, quo in agro Megarico utuntur, in humida duntaxat, frigidaq; terra proveniens. [Ger. Weisser tœpffer erden. Pol. *Biała glina.* Vng. *Fehér agyag.*] Vide Plin. lib. 17. cap. 7.

Leucānthĕmum, Parthemium apud Dioscor. lib. 3. cap. 136. Leucanthemon Anthylis, apud Dioscor. lib. 3. cap. 134. Leucanthemon Oenante, apud Dioscor. lib. 3. cap. 134.

Leuce. [λεύκη, à Græcis appellatur, quam Latini populum albam appellant. Gall. à tremula frondium mobilitate *Tremblam* nominãt. [Pol. *Topola.* Vn. *Fehér nyárfa.*] Vide infra in dictione POPVLVS. ¶ Est item Leuce, [Pol. *Podagrychia.*] herba mercuriali simillima, nisi quòd per medium folium linea alba transcurrat: unde & Mesoleucon appellatur. Autor Plin. lib. 27. cap. 11. ¶ Est item Leuce morbi genus, quod Latini vitiliginem alham appellant.

Leucochrysŭs, λευκόχρυσος. Gemma est ex hiacinthorum genere inter auri colorem vena candida interveniente. Autor Plin. lib. 37. cap. 9.

Leucŏgæă, Gema est rota candida, quæ & Galactites, & Leucographia appellatur, lactis succo & Sapore notabilis. Plin. lib. 37. cap. 10.

Leucocuta, tæ, f. p. Vide Leucrocuta, infra Leucerodius, alba ardea, interpretatione Theodori Gazæ.

Leucŏgrăphis, idis, λευκόγραφις, Herba quædã utilis sanguinem excreantibus. Plin. lib. 27. cap. 11.

Leucoion, λεύκοιον, Dioscoridi. [Gall. *Violette.* Ital. *Viola, gran fano.* Ger. *Negelin violen.* Hisp. *El alheli blanco.* Pol. *Gwizdyki polne.* Vng. *Szĕk fehérvirág.* Ang. *The wal or sick gilofin.*] Licet pro ratione etymi violam albam videatur significare, tamẽ & pro lutea & purpurea solet usurpari. Neq; tamen est, quòd Leucoii nomine eum intelligas florem, quẽ οἰῶν Græci, Latini violam propriè appellant: sed quem vulgus ab odoris similitudine *caryophillum* nominat: sive is albus sit, sive luteus, sive purpureus. Vnde Leucoion album dixit Colum. lib. 11. innuens nimirum etiam aliorum colorum esse leucoia.

Leucŏmă, pen. prod. hujus leucomatis, λεύκωμα, Album dicitur: hoc est, tabula illa in qua judicum descripta erant nomina, & in qua singulorum annorum acta literis mandabantur à Pontifice maximo. [Pol. *Zapisowe książęgi.* Vn. *Fehér gyűrűs feljegyzésű tábla.*] Pictatium aliàs dicitur, & matrix. Hermolaus. ¶ Accipitur etiã Leucoma, λεύκωμα, pro albugine oculorum & albo ovi, quod vitellum ambit.

Leucŏmenĭdes. [λευκομενίδες. Vn. *Peterke.*] Piscículi exigui q & βῶσις appellãtur, ut ex Speusippo annotavit Hermolaus.

Leucŏn, λεύκων. Latine album dicitur.

Leucŏnĭum, λευκώνιον, Fomentum sive xylinum, quod & Leuconicum dicitur. Martial. li. 21: Accipe Leuconicis velleraculis sagis. Idem lib. 24: Culcitra leuconico quam videnata luo.

Leucŏpăryphŏs, [λευκοπάρυφος. Pol. *Wbiał e jali obiopoi.* Vn. *Fehér ruhában öltözött.*] Candidis vestibus indutus, nulloq; pretioso fuco inebriatus. Est enim παρύφη vestium contextus. Vnde tritum est apud Græcos proverbium: ἔξωθεν λευκοπάρυφος ἐν, πάνδ' ἔσθ' ὑπόφαυλος: in eos dici solitum, qui in vestiũ quidem sumptu frugi sunt, animi verò luxu diffluunt. Vide Cœlium Rhodig. lib. 16. cap. 7.

Leucŏpĕtălŏs, λευκοπέταλος, Gemma quæ candorem nivis auro distinguit. Plin. lib. 37. cap. 10.

Leucŏphæŭs, Cum diphthongo, color ex albo & fusco mistus, subniger. [λευκόφαιος. Gall. *Couleur meslée de blanc & gris, cendré, gris blanchastre.* Ital. *Fosco, quasi nero.* Ger. Grauw. Hisp. *El pardillo.* Pol. *Szarafar, ba.* Vng. *Barna Fekete Zöld, fejérkés.* Ang. *Gray of colour.*] Nam λεύκος albũ dicunt Græci, & φαῖος fuscum: hoc est, subnigrum. Plin. lib. 32. cap. 10: lecur rubetæ, vel eos adalligatur in panno leucophæo, & quartanis prodest. Vitruvius de his coloribus scribens: Fontes, inquit, & flumina sunt, quorum potu pecora, quamvis alba sint, aliis locis procreant vellera leucophæa, aliis locis pulla, aliis coracino colore. Idẽ: In campis Trojanis, proxime flumen, armenta rufa & pecora leucophæa nascuntur. Nos *colorem cinerizium* vocamus: hunc verò vulgus in Gallia *griseum* appellat.

Leucŏphæŭs, m. f. Qui est colore leucophæo indutus, ut Fraciscani porci. [λευκόφαιος. Gall. *Vellu de gris.* Ital. *Vellu di fosco.* Ger. Grauw bekleidet, auff die Barfusser Munch. Hisp. *Vestido di pardillo.* Pol. *Wsoczyś, ne oblecżeni, kako franciszk, kamo mnich.* Vn. *Czák ruhában vaio, szerzke.* Ang. *Clothed in gray or russet.*] Mart. lib. 1: Amator ille tristium lacernarum, Et bæticatus, atq; leucophæatus

cophæus. ¶ Sunt & medicamenta certi generis hoc nomine, quasi subfusca, sive subcandida.

Leucophlegmatia, λευκοφλεγματία, Species est hydropis, qua aqua subter cutem inæqualiter collecta, alibi aliter extuberat. Alio nomine hyposarca, ὑπόσαρκα, appellāt. Vide Celsum lib. 3. cap. 21. [Pol. Zaskornia puchlina. Vng. Vız koriág.]

Leucophorum, λευκόφορον, Glutinum, quo aurum ligno inducitur, fit ex sinopidis Ponticæ selibra, silis lucidi libris decem, & melini Græciēsis libris duabus, mistis, & per dies duodecim unà tritis. Plin. lib. 35. cap. 6.

Leucophthalmos, λευκόφθαλμος, Gemma quæ candidā, nigramq; oculi speciem continet, aliàs rutila. Plin. li. 37. cap. 10.

Leucopygi, λευκόπυγοι, Molles & effœminati, quasi candidis natibus, qui scilicet nates habent depilatas. Quibus opponuntur melampygi: hoc est, fortes & viriles, quibus nates pilis nigricant.

Leucostictos, λευκόστικτος, Marmoris porphyritici genus, candidis intervenientibus punctis.

Leucrocuta, Aethiopica fera est pernicissima humanas imitās voces, asini feri magnitudine, cruribus cervinis, collo, cauda, pectore leonis, capite cameli, bisulca ungula, ore ad aures usq; rescisso, dentium locis osse perpetuo. Autor Plinius lib. 8. cap. 21.

Levidensa (autore Servio) Vile genus vestis: sic dictum quoniam filo admodum raro esset textū. [Pol. Sukmaniatrem podłba. Vn. Ritkarosruha. An. A course garment of great rough threedes slenderly wrought.] Cic. Dolabellæ: Sed ego hospiti veteri & amico munusculum mittere volui levidense, crasso filo, cujusmodi esse solent ipsius munera. Ibi Cicero parum elaboratā, atq; expolitam orationem pro Dejotaro, quam Dolabellæ requirenti mittebat, vocat proverbii figura Munus levidense: hoc est, munus vile, & minimi pretii, cujusmodi solent esse Regis Dejotari munera. Quondam inter hospitum xenia vestes in primis erant.

Levigo, Vide LAEVIS.

Levir, leviri, penult. genit. corr. affinitatis nomen. Frater uxoris, vel mariti [יבם jabám, δαήρ. Gal. La frere du mari, le beau-frere, soit au mari ou à la femme. Ital. Cognato. Ger. Der Ehefrawen oder des Ehemans Bruder: Schwager. Hisp. El marido de la hermana, o el cuñado. Pol. Brat żeniny, albo męzow, świagier. Vng. Az feleségem atyafia. Ang. The husbandes brother.]

Levis, leve, om. t. Exigui ponderis res, expeditus, celer: huic opponitur Gravis. [קל kal, קלע pochéz, ἐλαφρὸς, κοῦφος, ὁ βαρύς. Gall. Leger. Ital. Leggiero, lieve, senza peso. Ger. Leicht, gering. Bel. Licht. Hisp. Liviano de peso o seso. Pol. Lekkie. Vng. Kőnyü. Ang. Light.] Virg. lib. 12: Corytiq; leves humeris, & lethifer arcus. Leve illud propriè dicitur esse, quod faciliùs sursum attollitur, quàm deorsum tendat: ut ignis. Leve etiam dicitur quod licet nō prorsus sine pondere sit, parum tamen habet ponderis, ut Levis armatura. Cic. 10. Philip. Nostræ sunt legiones, nostra levis armatura, nostri æquitatus, &c. Levis armaturæ, milites sunt pedites expediti, non magno armorū pondere onerati. Eadem quoq; ratione Levis armaturæ equites dicuntur. Et à Cic. 2. de Divinat. Levis armaturæ excursio in oratione, eleganter dicitur pro prima argumentorū leviorū textura: Sed hæc, inquit, fuerint nobis tanquā levis armaturæ prima orationis excursio, nūc cominus agamus, experiamurq;, si possimus cornua cōmovere disputationis tuæ. ¶ Transfertur etiam ad animum: unde Leves homines, vocantur inconstantes, qui facilè opinionem mutant, viles, & nullo honore digni. ἀνάξιοι, quemadmodū econtrariò graves dicimus, constantes, severos, prudentes. Plaut. Menæch. Quid ais homo levior quàm pluma! Hinc Levis autor, à Liv. lib. 5. ab urbe, dicitur cui nulla sit adhibenda fides. Sed, inquit, autorem levem, nèc satis fidū super tanta re esse patres rati. Et à Terētio in Hecyr. ea dicūtur levia, quę vana sunt, & nullius, aut certè parvi momēti: Lævia, inquit, hæc sunt, quæ tu pergravia esse in animum induxti tuū. Et Cic. ad Attic. lib. 4. quod indiligenter agitur, levi brachio agi, dixit: Consules, inquit, qui illud levi brachio egissent, rem ad senatum detulerunt. ¶ Levis quandoq; accipitur pro parvo: ut Levis dolor. Cicer. 1. de Finib. Quòd mors sensu careat, dolorem longinquitate levis, in gravitate brevis soleat esse. Plaut. in Pœnulo: verùm ita sunt omnes isti nostri divites: Si quid bene facias, levior pluma est gratia: hoc est, nullam aut parvam habent gratiā. Plin. lib. 11. cap. 53: Mortem illicò affert levi tactu. Levi admodū vomere sauciare summā partem terræ, dixit Col. li. 2. ca. 2. pro leviter terrā arare. Levis esse sententiæ, dicūtur ii qui sententiā sæpè mutant. Terent. in Hecyr. Itidem mulieres illæ sunt fermè, ut pueri, levi sententia. ¶ Leve interdum pro inefficaci ponitur: ut quum dicitur, Leve nomē. Cicero pro Roscio Amerino: Sin eos, quos qui leviore nomine appellant, percussores appellant, &c.

Leviculus, a, um, diminutivum à levis. [ὑπόκουφος, ὑπελαφρός. Gall. Vn peu leger. Ital. Aliquanto leggero. Ger. Etwas leichtfertig. Hisp. Liviano un poco. Pol. Przylekuchny. Vng. Kőnyeczke. Ang. Somewhat light and wanton.] Cicer. lib. 5. Tusc. Leviculus sanè noster Demosthenes qui illo susurro delectari se dicebat, aquam ferentis mulierculæ, ut mos in Græcia est, &c.

Leviusculus, cujus Posit. leviculus, ut molliusculus, molliculus. [Pol. Lekuchny.] Plin. Epist. lib. 1: Facit versus quosdā sanè, sed data opera molliusculos leviusculosq;, duriusculos quosdam. [Vn. Kőnyeczke, gyengécske.]

Levitas, tis. Exilitas, item inconstantia, mobilitas: huic opponitur Gravitas. [פחז páchaz, פחזות pachazúth, ἐλαφρότης, κουφότης. Gall. Legereté, inconstance. Ital. Leggerezza, inconstanza. Ger. Leichtigkeit, Leichtfertigkeit. Hisp. Liviandad de peso o de seso. Pol. Lekkomyslność. Vng. Kőnyüség, álhatatlanság. Ang. Lightnesse, vnconstancie.] Plin. lib. 12. cap. 12: Syncerum quidem deprehenditur levitate. Modò de vitio gravitati & constantiæ contrario. ἀκουφία. Cicero: Quum in Antonio genus quoddam sordidissimū vitæ demonstrare vellet, quòd in caupona delitesceret, quòd ad vesperum potaret, quod ore involuto iter faceret ne cognosceretur. Videte (inquit) hominis levitatem: tanquā prorsus ista dedecora hoc vitio notarentur.

Leviter, adverbium, Negligenter. [ἐλαφρῶς, κούφως. Gall. Legerement, soudainement, briefuement. Ital. Leggiermente, da buffone. Ger. Leichtlich en: schlechtlich anhin. Hisp. Livianamente. Pol. Lada iako, lekomyślnie. Vng. Kőnnyen. Ang. Lightlie, brieffelie, a litle.] Sueton. de Claris Gramm. Functusq; militia, studia repetit, quæ jam inde à puero non leviter attigerat: id est, non parvo tempore literis operam dederat, aut non indiligenter à pueritia attigerat, & multò plùs quàm à limine salutaverat. ¶ Aliquādo ponitur pro breviter. Cic. in Catone: Tamen, ut levissimè dicam, &c. Idem pro Rosc. Amer. Non omnia dicam, & leviter unumquodq; tangā: hoc est, obiter, & quod dicitur, in transcursu. Idem pro eodem: Sed in animo est quemadmodum antè dixi, leviter transire, ac tantummodo perstringere unamquanq; rem: hoc est, succinctè, & breviter tractare. ¶ Dicitur etiam pulchrè in eadem significatione, Leviter in transitu attingere aliquid: ut apud Quint. lib. 7. cap. 4. ¶ Ponitur aliquādo pro parum, & pro ejus diminutivo secundo paululum, sive admodum parū. Plaut. in Pœnulo: Et quanquam bene volumus leviter lenonibus. Plin. in Epist. lib. 6: Ea tamen quæ sunt pretiosiora, aut integra manent, aut levissimè læsa sunt: id est, admodum parum. Cic. 2. de Nat. deor. Genæ oculis subjectæ, leviterq; eminentes: id est, paululum. Idem lib. 2. de Orat. Leviter eruditus homo: id est, parum, & vix mediocriter. ¶ Aliquando ponitur pro facilè, patienter, sive æquo animo. Cic. de provinc. consul. Atq; hoc velim probare omnibus P. C. sed levissimè feram, si fortè his minus probaro, qui inimicū meū repugnante vestra autoritate texerunt. Idem ad Attic. Id graviter equidem, sed aliquanto levius ferebam.

Levifidus, a, um, pen. corr. Qui facilè fidem violat. [ὀλιγόπιστος, ἄπιστος. Gall. Qui est de legere foy, qui n'est point ferme. Ital. Che non ha ferma fede. Ger. Der seyn glauben oder zusagen ring schetzt. Hisp. Cosa de mala y liviana fe. Pol. Lekomyślnei wiary. Vng. Kőnnyen hiteti meg (?) sfieb. Ang. Light of faith.] Plaut. in Persa: Omnes sunt lenæ levifidæ.

Levipes, pen. corr. hujus levipedis, omnis generis, Celer, & pedibus levis. [κουφόπους. Gall. Qui est leger de pie, qui va tost. Ital. Che ha i piedi veloci. Ger. Ring zu fuß. Hisp. El que ha los pies ligeros. Pol. Bratki. Vng. Kőnyw lábu. Ang. Light of foote.] Varr. 3. de Re rust. cap. 12: Aelius putabat ab eo dictum leporem à celeritudine, quod levipes esset.

Levisomnus, a, um, Quod levi somno est, elegans canū epitheton qui levi somno premuntur. [ἐλαφρόϋπνος. Gall. Qui est aisé à esveiller, de leger somme. Ital. Che ha il sonno sottile. Ger. Leyseschläffig. Hisp. El que ha el sueño ligero y sutil. Pol. Czujnie śpiący. Vng. Kőnyw, álmu. Ang. That sleapeth not deeply, easie to waken.] Lucr. lib. 5: Et levisomna canum fido cum pectore corda.

Levisticum: id est, ἄγνος, vel vitex. Existimo legendum Ligusticum, quod & Herm. Barb. & M. Virgil. videtur.

Levo, vas, penult. corr. In altum tollo, elevo, extollo, eveho. [נשא nasá הרים herim, αἴρω. Gall. Hausser, lever en haut. Ital. Levare, alzare. Ger. Auffheben, auffhuben. Bel. Opheffen. Hisp. Alcar. Pol. Podnoszę. Vng. Fől emelem. An. To lift vp on highte, make light, to deliuer and tak away.] Liv. Mox aqua levata vento, quū super gelida montium cacumina concreta esset. ¶ Interdum est auferre. Virg. 2. Aeneid. -atq; arcta levarj, Vincla jubet Priamus. ¶ Interdum exonerare, & quasi relevare. Virgil. 9. Aegl. -ego hoc te fasce levabo, cum dauvo, Plaut. in Mil. Levandum morbum mulieri video. ¶ Interdum extenuare, minuere. κουφίζειν. Virgil. 1. Aeneid. -nostrumq; leves quæcunq; laborem. Plautus in Epid. -virgini pauperculæ, Tuæque matri me levare paupertatē. Cic. pro Milone, & pro Corn. Balbo: Gaditani populum Rom. in caritate, frumento suppeditato levaverunt. Aliquādo pro recreare & relaxare animum. Cic. in Catone: Et corpora quidem defatigatione, & exercitatione ingravescūt; animi

animi autem se exercendo levantur. ¶ Ad corporis Levationem transtulit Plin. lib. 28. cap. 4: Levatur illicò percussus à pœna. Levare opinione. Cic. de Amic. Qui hac opinione non modò verbis, sed etiam opere levandi sunt. ¶ Aliquando ponitur pro curare, sive sanare. Plin. lib. 7. cap. 2: Crates Pergamenus in Hellesponto circa Parium genus hominum fuisse tradit, quos Ophiogenes vocat, serpentum ictus contactu levare solitos. ¶ Composita hujus verbi sunt, Allevo, elevo, relevo, & sublevo, de quibus suis locis.

Lĕvāsso. Antiquum verbum pro Levo, sicut abjurasso, pro abjuro. Cic. de Senect. ex Ennio: O' Tite si quid ego adjuto, curámve levasso.

Lĕvātĭo, f. t. Levamen, mitigatio, consolatio, animi remissio & relaxatio, abertatio à dolore, solatiũ. [ארוכה aruchah. ארפא marpé. κουφισμός. Gall. *Allegement.* Ital. *Alleviamento.* Germ. Ein leichterung / ein trost. Hisp. *El alivio.* Pol. *Pocięcha, ulżenie.* Vng. *Meg könyebbétés, vigaktalás.* Ang. *An easing of paine or sorow.*] Cic. ad Attic. lib. 12: Levatio quædam est, si minus doloris, at officii & debiti. Idem 1. Tuscul. Quæ levationem habent ægritudinum.

Lĕvāmĕn, inis, n. t. Levatio, levamentũ. [ארוכה aruchah ארפא marpé. ἀνακούφισις, κούφισμα. Gall. *Soulagement, allegeance, soulas.* Ital. *Alleviamento, alleggiamento.* Ger. Ein leichterung / das einen etwas leichter und ringer macht. Bel. Een verlichtinge. Hisp. *El alivio.* Pol. *Ulżenie.* Vng. *Neg konnyülés, könnyebbég.* Ang. *An easing or diminishing of paine.*] Cic. ad Attic. lib. 12: Quod si esset aliquod levamẽ, id esset in te uno. Virg. 3. Aeneid. Heu genitorem omnis curæ, casusq́; levamen Amitto Anchisen.

Lĕvāmĕntum, ti, n. f. Levamen. [Pol. *Ulżenie.* Vng. *Könny ebbég.* Ang. *An easing of paine or sorow.*] Cicer. 5. de Finib. Nos autem non solùm beatæ vitæ istam oblectationem videmus, sed etiã levamentum miseriarum. Plin. lib. 8. Epist. Studia unicum doloris levamentum. Tacit. lib. 3: Sed reverentibus post laborẽ, quod honestius quàm uxorium levamentum.

Levor, Levus. Vide LAEVUS.

Lĕx, f. t. [Pol. *Prawo.*] In urbe Roma nec nisi à magistratibus, nec nisi comitiis ferebantur: sed quia nec unus magistratus, nec una comitia erant, utrùm ab uno, an ab omnibus magistratibus, & utrùm unis, an omnibus comitiis ferrentur, aperiendum videtur. Ferebãtur leges à magistratibus majoribus quatuor, uno minore: à majoribus, prætore & consule, qui ordinarii magistratus erant, item à dictatore, & interrege, qui majores quidem, ordinarii tamen magistratus non erant: neque populi comitiis creabantur. Censor autem, etsi erat inter majores magistratus, jus tamen ferendæ legis, aut habendorum comitiorum non habebat, minor magistratus, qui leges ferret, tribunus pl. erat: nam ædiles curules, quæstores, ædiles pl. III. viri capitales, III. viri monetæ cudendæ, tribuni militum tàm Rufuli, quàm Comitiati, etsi magistratus erant, leges tamen non ferebant. Legislatores autem vel tributis comitiis, vel centuriatis, vel etiam, ut in imperio mandando, & in adoptionibus, curiatis legem ferebant. si tributis, aut cum S. C. aut sine: si centuriatis, è S. C. semper. plus omnino dignitatis, atq; auctoritatis in centuriatis, sed potestatis non minùs erat in tributis, æquè enim populus universus tenebatur iis legibus, quæ tributis comitiis ferebantur, atq; iis, quæ centuriatis: idq; sancitum esse lege à Q. Hortensio dictatore lata, Lælius Felix memoriæ prodidit: cum antè jure eò, quod statuisset plebs, patricii non tenerentur: non enim advocare patricios tribuni pl. neq; ad eos referre ulla de re poterant, ita ne leges quidem propriè, sed plebiscita dicebantur, quæ tribunis pl. ferentibus accepta erãt. Hortensius, quæ rogata plebs sanxisset, ea pertinere ad omnes Quirites voluit: sive, ut jura plebis augeret, quum plebeius ipse esset: sive utili reip. consilio, quòd in libera civitate dissimilem civium cõditionem discordię semina putaret. Legem laturus magistratus, scribebat eam domi, & cum peritis consultabat, ne quid contra populi rem, aut voluntatem sanciret, ne fortè pugnantia capita simul ferret, néve quid quod vetus aliqua lex, si ferretur, inane infirmumq́; juberet esse (etsi, quæ postea ferretur lex, superiores omnes, præter sacratas, abrogabat) ne curationem, potestatẽ, commodũmve aliquod ipse sibi sua lege, aut collegis, cognatis, affinibus mandaret: quod leges duæ, Licinia, & Aebutia, fieri vetuerunt. Contra quas leges fecit P. Clodius: tulit enim (quod in oratione pro domo traditum est) ut sibi Ciceronis ædes liceret possidere. etiàm illud in scribenda lege cavebatur, ne pluribus de rebus, quæ non ejusdem generis viderentur, una rogatione ferretur: quod fieri cùm lex Cæcilia & Didia vetabat, itaque à Clodio factum accusat Cicero pro domo sua, tum, faciendum non esse, indicat idem in suarum legum lib. III. his verbis: Qui agent, non plùs quàm de singulis rebus consulunto: nam, consulunto est, populum roganto: consulitur enim populus, cùm lex rogatur. itaq; in oratione pro Milone: Nihil, *inquit*, de ejus morte populus cõsultus, nulla quæstio decreta à senatu est & pro domo sua: Si populus de ista re consultus esset. & Festus: Rogatio est cùm populus consulitur. Addebatur illa exceptio, ut siquid jus non esset rogari, ne esset rogatum. quod in oratione pro domo notavimus. Item: si quid contra alias leges ejus legis ergò latum esset, ut ei, qui eam legem rogasset, impunè esset. Hæc dicebatur à Græcis *παραγραφή*, quod fuisse translatitium: hoc est, scribi solitum in omnibus legibus, tradit Cicero lib. III. Epist. ad Atticum. Hæc igitur, quæ præposui: quasi legitima à bonis viris in ferenda lege omnia cavebantur. sed, ubi rationem vicit libido, spreta bonorum consuetudine, nihil præter suam potentiam, & utilitatẽ in lege spectarunt: ideo sępè leges Clodii, aut Vatinii, alienas à more majorum, acerbè reprehensas à Tullio videmus: Scripta lege, legislator bene de republica sentiens, antè quàm eam promulgaret, referebat ad senatum, ut quò plus ponderis majoremque vim lex haberet, de senatus eam sententia ferret: popularis verò, ac seditiosus magistratus sæpè, prætermissa senatus auctoritate, aut etiam contra senatus auctoritatem, legem rogabat. Promulgabatur deinde lex: id est, in publico ponebatur: est enim promulgare, ut ait Festus, quasi provulgare: id autem & fiebat, ut inspiceret qui vellet, inspectam consideraret, non solùm, ut intercedi posset antè quàm ferretur, verumetiam, ut aliquanto antè statuere cuivis liceret, utrum cùm ferretur, antiquanda an accipienda lex esset: adde etiam illud, ut quivis monere legislatorem posset, vel de corrigenda, vel omnino de non ferenda lege. Spatium autem promulgationis, ut ex Dionysio, & aliis patet, quacunque de re ferretur lex, erat trinundinum: id est, per trinas nundinas. Quum enim nundinarum causa ex agris in urbem cives convenirent, per trinundinũ leges patere, ut à rustica plebe tex legi cognoscíq; possent, voluerunt, quòd cùm M. Antonius non servasset, invehitur in eum Cicero Philippica v. his verbis: Vbi lex Cęcilia, & Didia? ubi trinundinum? & idem pro domo sua: Hora fortasse sexta diei questus sum in judicio, cùm C. Antonium collegam meum defenderem, quædam de rep. quæ mihi visa sunt ad illius miseri causam pertinere, hæc homines improbi ad quosdam viros fortes longè aliter, atq; à me dicta erant, detulerunt. hora nona. illo ipso die tu es adoptatus, si, quod in cæteris legibus trinũ nundinũ esse oportet: id in adoptione satis est trium esse horarum: nihil reprehendo: sin eadem observãda sunt, ut decrevit senatus M. Drusi legibus, quæ contra legem Cæciliam & Didiam latæ essent, populum non teneri: jam intelligis, omni genere juris, quod in sacris, quod in auspiciis, quod in legibus sit, te tribunum pl. non fuisse. Neq; verò trinundinum ita interpretor, ut quotriarum nundinarũ die latas esse leges existimem: cùm & Macrobius lib. I: Comitia nundinis haberi non potuisse, neque concionem advocare: id est, cum populo agere, liceisse, veterum testimonio probet: & Festus, nundinas non solùm inter ferias, sed etiam inter nefastos dies apud antiquos fuisse dicat inter ferias, ne cum populo agi liceret, inter nefastos dies, ne lege. Nundinas, *inquit*, feriatum diem esse voluerunt antiqui, quò rustici mercandi vendendiq; causa in urbem convenirẽt, eumq; nefastũ, ne si liceret cũ populo agi, interpellarentur nundinatores. Aliud aũt erat, cũ populo agere: aliud lege agere: cũ populo agere, populũ est ad cõsiliũ, aut concilia vocare, ut ait Festus: lege agere, jus experiri, in judicio cõtendere. libro etiam IIII. Epist. ad Attic. per duos nundinarum dies neq; comitia esse habita, neque concionem ullam, his verbis Cicero declarat. Ante x. cal. nundinę, concio biduo nulla. Trinundinum igitur in eam sententiam dictum accipio, ut inter cum diem, quo promulgata lex erat, & eum, quo deinde ferretur, trinæ nundinæ intercederent, quò & sæpius, & à pluribus, urbem mercandi vendendiq; causa visitantibus, promulgata lex cognosci posset. Post tertias nundinas magistratus in eum locum, ubi legem laturus erat, sive in forũ, sive in campum Martium, populum convocabat, ibi cùm legem præco, subjiciente scriba, recitasset, tum (fortè etiam in toto trinundino, quotiescunq; populus coisset, vel suadebant legem, vel dissuadebant: sed, maximè ac vehementer fieri solitum quo die ferenda lex erat, cõsentaneum est) primùm quidem is, qui legem promulgaret, populo suadebat, ut rogationem acciperet: sed post eum alii, nõ privati modò, quibus ab aliquo magistratu concio daretur: (nam alioqui concionandi potestas privatis non erat) verùm etiam quandoque magistratus, pro suo quisque sensu, vel suadebant, vel dissuadebant: suasorem rogationis eum, qui rogabat, fuisse, ita verisimile est, ut exemplis, quæ multa suppetunt, mihi esse utendum in re minimè dubia nõ existimem. quod autem minùs verisimile est, ut aliquis ejus rogationis, quam ferret, ipse dissuasor fuerit, id nisi testimoniis probem, credibile non erit: atq; hoc tum fiebat, cùm magistratus non è sua, sed è senatus sententia rogationẽ ferebat. neq; enim prohibebatur dissuadere ad populũ, quod non probaverat, in senatu. Pisonis consulis exemplum habemus in

mus in epistola, Vereor. Ad Att. lib. 1: Piso, *inquit*, consul lator rogationis, idē erat dissuasor. quod Attico, ut novū & iniquū scripsit Cicero, cùm suadere suas rogationes reliqui solerent: unde illud Attici ad Ciceronem lib. 11. de legibus: Suade igitur, si placet, istam ipsam legem, ut ego, uti rogas, possim edicere: loquitur enim Atticus cum Cicerone, ut cum magistratu legem rogante, & quemadmodum in eo libro personam Cicero sustinet magistratus legem rogantis, quod proxima superiora verba declarant, Si quæ fortè leges à me hodie rogabuntur, quæ non sint in nostra rep. nec fuerint, tamen erant fectè in more majorum, qui tum ut lex valebat: sic Atticus civem agit de ipsa lege suffragium ferentem. quod indicat illud: Ve ego, uti rogas: possim edicere. refert enim modum illum tabellarum, quibus scribebatur lex: quæ his duabus erant literis signatæ, V. R. id est, uti rogas: cùm ea, quibus lex rejiciebatur, una litera, A, essent inscriptæ: quæ valebat, antiquo: hoc est, nihil novari volo, antiqua probo. Privatus legem Cinciam de donis & munetibus Q. Fabius Maximus suasit, Ogulniam de sacerdotiis P. Decius Mus, Voconiam de hæreditatibus M. Cato ille Censorius, Corneliam de reditu Ciceronis, Cn. Pompejus. Nec verò, qui privati item leges dissuaserint, invenire non facilè est. exemplum habemus in oratione pro lege Manilia, Q. Hortensii: in libro De amicitia, C. Lælii, & minoris Africani. Maniliam legem, de bello Mithridatico Cn. Pompejo extra ordinē mandato, dissuasit Hortensius. Papiriam, de tribunis pl. reficiendis, Lælius, & Africanus. atq; hanc ipsam consuetudinem, ut privati legem suaderent, aut dissuaderent, indicat Livius lib. XLV. his verbis: Ita traditum erat, ne quis priùs intercederet legi, quàm privatis suadendi dissuadendiq; potestas facta esset: quò melius aut commoda legis aperirentur, aut vitia, quo persæpè evenit, ut aut ii, qui ad intercedendum venerant, desisterent, aut intercederent, qui non professi essent se intercessuros. & eodē libro infrà: Cùm in Capitolio rogationem eam Tit. Sempronius ferre vellet, & privatis lege dicendi locus esset: neq; ad suadendum, ut in re minimè dubia, quisquam procederet. Ser. Galba repente processit. item Cicero in oratione pro C. Cornelio, cujus extant reliquiæ quædam, cum Asconii commentariis editæ. Est, *inquit*, jus vetandi, dum privati dicunt, dum sitella defertur, dum æquantur sortes, dum sortitio fit: quibus in locis quū & Livius & Cicero de solis privatis meminerint, nō tamen eam potestatem solis privatis fuisse debemus existimare: partem enim pro toto posuerunt: quia privati & sæpiùs, & plures quàm magistratus, aut pro lege, aut contra legem dicere solerent. Magistratuum porrò vel suadentium vel dissuadentium legē exempla habemus hæc. M. Porcius Cato, ille sapiens, prætor Luciniam de cooptatione sacerdotum ad populum transferenda dissuasit: legem Maniliam prætor Cicero luculenta, quæ extat, oratione suasit: Agraria Rulli iis, quæ extant orationibus consul idē dissuasit. Verùm hęc, quę paulò longius, ut illustriora fierent, produximus, paucis admodū verbis libro de Legibus III. Cicero comprehendit. Populum, *inquit*, docento, doceri à magistratibus privatisque patiuntor. in quo significatur, ut & ipsi magistratus, qui legem ferent, doceant: hoc est, de ipsa lege dicant, & dicere alios quoq; tùm magistratus, tùm privatos patiantur. Infrà verò, eodē libro, cùm dixit: De promulgatione, de singulis rebus, de privatis, de magistratibus audiendis, privatos posuit ante magistratus cùm suprà primùm magistratus, deinde privatos nominasset. quod si ad veritatem ordo referatur, priùs nominari privatos, deinde magistratus oportuit: prior enim privatis locus in suadenda dissuadendáve lege: ideo datus est, ne si eos, qui magistratum gerebant, antè audissent, ab iis dissentire non auderent: idq; Dio historiæ suę libro XXXIX. scriptum reliquit: quos autem suadere, aut dissuadere leges solitos fuisse diximus, eos in oratione pro Flacco legis autores Cicero appellat: cùm autores intelligat vel accipiendæ legis, vel antiquandæ. Hęc de suadentibus dissuadentibusque legem: nunc de loco, unde suaderent aut dissuaderent. Nemo ad populū, nisi de loco superiore, concionabatur, sive is privatus esset, sive magistratū administraret: id autem ob eam causam, quò longiùs à stantibus in cōcione tùm exaudiri vox, tùm intelligi verba possent. concionabantur igitur, si in foro, de Rostris: quæ ad Comitium fuisse, propè juncta curiæ, Pedianus ait: si in campo Martio, vel alibi, de suggestu, aut editiore aliquo loco: concionari autē magistratibus pro ea, quam habebant, potestate, omnibus licebat: privatis, quod jam diximus, nisi concionem: id est, concionandi potestatem, à magistratu aliquo acciperent, non licebat. & quia sæpiùs in foro, ubi Rostra fuisse diximus, quàm in campo, leges ferebātur: ideo sæpiùs pro Rostris, quàm in campo, cōciones habebantur: multò enim plures tributis comitiis, quæ, legum quidem causa, in foro, interdum & in Capitolio habebantur, quàm centuriatis, quæ in campo latas esse constat, cùm tribuni pl. qui comitia tributa, non centuriata, habebant, facillimè ad leges rogandas adducerentur, quippe qui leges non ferrent ex senatus autoritate: quod necesse erat de legibus centuriatis. Cùm suaserant dissuaserántve legem primo loco magistratus, qui legem ferebat: secundo privati: tertio reliqui magistratus: tùm præsentibus sacerdotibus, ut scribit Dionysius, & divina exponentibus, sitella, quam nominat Pedianus, deferebatur: in quam sive tribuum, si tributis comitiis lex ferretur: sive centuriarum, si centuriatis, nomina conjiciebātur: deinde, sortibus æquatis: hoc est, ita agitata sitella, nequa sors subsultaret, atque exiliret, sed pariter omnes æquatæ jacerent, sortitio fiebat, quæque prima vel tribus, vel centuria, quæ secunda, quæ tertia de sitella exiisset, eundem, quem sors dederat, in suffragio ferendo locum atque ordinem tenebat, hæc dum agerentur, si quis tribunus pl. legi vellet intercedere, locus erat: numquam autem ante suasionem dissuasionemque legis intercessionem fuisse, declarant illa proximè recitata, quæ Livius lib. XLV. Cicero in oratione pro C. Cornelio tradiderunt. Et quoniam de intercessione, quæ legem impediebat, mentionem fecimus (neque enim legi tantùm verùm & senatusconsultis, & prætorū decrētis, aut judiciis intercessum esse, animadvertimus) omnibus de caussis, quæ, quò minùs promulgata lex perferri posset, impedimēto fuerunt, dicendū nobis est. Hę quinq; traduntur: prima, Intercessio, cùm tribuni pl. quorum proprie intercedendi jus erat, edita voce illa: Veto, de qua meminit Livius, intercedebāt: cujus generis exempla suppetunt. altera: Cùm is qui promulgaret, vel amicorum precibus adductus, vel senatus autoritate commotus, vel ipse sua sponte consilium mutabat: quod C. Manilius, & L. Cæcilius, uterque tribunus pl. diversis temporibus fecerunt: ille in lege de libertinorū suffragiis, hic in ea, quā de minuenda ambitus pœna promulgavit. tertia ratio fuit: Cùm neq; intercedente tribuno, neq; eo, qui promulgaverat, consilium mutante, comitiales dies: id est, eos quibus agi cum populo licebat, consul eximebat, vel supplicationibus decernendis, vel feriis indicendis, nō solùm iis, quæ Latinæ dicebātur, quas indicere soli consules poterant, sed etiam iis, quæ imperativæ quas non modò consulibus, verùmetiam prætoribus ipsorū arbitratu licebat imperare, quo genere usum esse Marcellinū consulem, ut C. Catonis tribuni pl. legibus obsisteret, videmus in epistola, Placiturum, lib. 11. ad Quintū Fratrem. Quartam causam, quæ & ipsa comitiis, quacunque de re haberentur, impedimento esset, Obnuntiationem inveni: quam omnes planè magistratus, ut ego arbitror, habebant: nam, quod oratione secunda in Antonium ita legitur: Nos nuntiationem solùm habemus, consules, & reliqui magistratus spectionem: duas dictiones, Nuntiationem & Spectionem, alteram alterius sedem, occupasse facilè crediderim, ut augures spectionem duntaxat habuerint, magistratus si modò augures essent, ut erat Antonius, idem consul, & augur, simul cum spectione etiam nuntiationem: hoc est, obnuntiationem: idque cùm ad ipsam Ciceronis sententiam magis quadrare, qui diligenter animum intenderit: intelliget: tum Festus Pompejus ita esse, depravatis ille quidem verbis, satis tamen apertè significat in dictione spectio: legamus igitur in ea oratione sic: Nos enim spectionem solùm habemus, consules & reliqui magistratus etiam nuntiationem, ut augures intelligat cùm: Nos. dicit: erat enim ipse augur: cùm verò, Consules, subjicit, in eo notet Antonii consulis inscitiam qui se id auguratus jure posse diceret, quod, quia consulatum gerebat, multò facilius poterat: præterea ut de magistratibus obnuntiantibus, ita de auguribus de cœlo servantibus haud parum sæpè legimus: quod quidem spectionem significat: quæ tolleretur, si verum illud esset, Nos nuntiationem solùm habemus. Quod si quis dixerit ideò verum esse, nuntiationem solùm habuisse augures, quia spectionē, nisi jussi à magistratibus, non haberent: facilè refelletur: nam si augurum spectio non est, quia pendet à magistratuum voluntate: ne nunciatio quidem erit, quia pendet à spectione: qui enim esse potest nuntiatio, nisi spectio antecedat? præterea, si spectionem augur non habet nisi jubente magistratu: ne nuntiationem quidē habet: nisi eodē volente: neutram igitur habebit: quandoquidē non ipsius, sed magistratus in utraque potestas est. quomodo igitur consistit illud, Nos nuntiationem solùm habemus sive nuntiationem pro renuntiatione, sive pro obnuntiatione accipias? Quinta impediendi ratio fuit. Cùm de cœlo vel fulgebat, vel tonabat: erat enim in augurum disciplina, ut, Jove fulgente, tonante, comitia dimitterentur, quo genere impedimenti Pompejus Magnus in secundo consulatu, ne M. Cato prætor crearetur, comitia dissolvit. Redeo ad institutum. Sortitione tribuum aut centuriarū facta, dicebat is, qui legem ferebat: Si vobis videtur, discedite Quirites. de quo Pædiani verba subscribam: Cùm, *inquit*, id solum superest, ut populus sententiam ferat, jubet unumquēque is qui fert legem discedere, quod verbum non hoc significat, quod in communi consuetudine est, de eo loco, ubi lex

fertur, sed in suam quisque tribum discedat, in qua est suffragium laturus: populus enim confusus, ut semper aliàs, ità & in concione. Livius autem libro II, ubi de lege Lectoria loquitur: Consul, *inquit*, Appius negare jus esse tribuno in quemquam, nisi in plebeium: non enim populi, sed plebis eum magistratum esse, nec illum ipsum summovere pro imperio posse more majorum: quia ita dicitur: Si vobis videtur, discedite Quirites. ubi, Discedite, dictum apparet, ad suffragia ferenda. libro verò III, ubi de Terētia lege agit, idem significat, cùm ait: Quemadmodum se tribuni gessissent in prohibendo delectu, sic patres in lege, quæ per omnes comitiales dies ferebatur, impedienda gerebant. initium erat rixæ, cùm discedere populū jussissent tribuni. quòd patres se summoveri haud sinebant. Cùm igitur de concione jussi discedere, in suam quisque tribum, aut centuriam abiisset, privatos homines invenio, qui de lege laborarent, non modò populum, ut legem acciperet, ante lata suffragia rogasse, verumetiam, nequid fallaciæ committeretur, ipsos aut tabellas distribuisse, aut distribuentibus aliis præfuisse. idque, diribere, proprio vocabulo dicebatur. quod muneris, quia ferè obiti curari; ab iis soleret, qui neq; ætate graves, neq; gestis honoribus insignes admodum essent, id sibi & à senibus, & à dignitate præstantibus præcipuè contigisse, gloriosè commemorat Cicero in Pisonem. Hoc, *inquit*, certè video, quod indicāt tabellæ publicæ, vos rogatores, vos diribitores, vos custodes fuisse tabellarum: & quod in honoribus vestrorum propinquorum non facitis, vel ætatis excusatione, vel honoris, id in salute mea, nullo rogante, vos vestra sponte fecistis, eodemq; verbo eadē de re usus est in oratione post reditum in senatu. Nec dubito, quin legendum sit, Diribeantur, non Diripiantur, in ea in Pisonem, in eo loco, An expectas, dum de te LXXV. tabellæ diripiantur? Plinius quoq; libro XXXVI cap. XV. hoc verbum usurpavit. Hic est, *inquit*, ille domitor orbis populus, qui gentes & regna diribet. Cistis autem suffragiorum custodiendis certos homines in comitiis præfuisse, qui nongenti sint appellati, idem Plin. lib. XXXIII cap. II. scriptum reliquit. Tabellis distributis, primo loco ea tribus, aut centuria suffragium ferebat, quę omnium tribuum aut centuriarum nominibus in sortem conjectis, prima de sitella, de qua jam diximus, sorte exierat: eaque prærogativa dicebatur, quia prima rogaretur à magistratu qui comitia habebat. At in prima tribu, aut centuria, quis primus? videlicet is, quē magistratus legem ferens deligebat: deligebat autē, quē & dignitate prēstare & rogationi suæ prēter cæteros favere judicabat. utrumq; cognoscitur in oratione pro Plancio, in qua ita scriptū est: Nam quod primus scivit legē de publicanis, tùm, cùm vir amplissimus consul id illi ordini per populū dedit, quod per senatū, si licuisset, dedisset: si in eo crimē est, quia suffragium tulit, quis non tulit publicanus? si, quia primus scivit: utrum id sortis esse vis, an ejus, qui illam legem ferebat? si sortis, nullū crimen est in casu: si cōsulis, splendor etiam Plancii, hunc ab summo viro principem ordinis judicatum. quo constat, ideo primū Plancium ad suffragium ferendum à Cæsare consule lectum esse, quia primus ordinis equestris judicaretur, quod ipsum confirmant illa pro domo sua: Consulari homini P. Clodius eversa repub. civitatē adimere potuit, concilio advocato, conductis operis non solùm egentium, sed etiam servorum, Sedulio principe: dixit enim, Sedulio principe, pro, primo omnium suffragium ferente, quod apertiùs proximè ostendit, cùm ait: Sin autem is primus sciverat: erat enim quodammodo legis ornamentum, cùm is eam sciscebat primus, cujus in civitate non levis esset auctoritas, quod etsi satis clarè indicant ea, quæ ex oratione pro Plancio recitavimus: tamen in hac ipsa pro domo sua idē fit illustrius: subjungit enim postea quæ proximè ad exemplū attuli, non magno intervallo: Tu hujus, ut acta tui præclari tribunatus hominis dignitate honestes, autoritatem amplecteris. quasi Clodius Sedulii, tanquam clari hominis, nomen, publicis in tabulis ad legem honestandam scripsisset, aut fortasse etiam in æs simul cum ipsa lege incidisset. Cum igitur ab eo, quem magistratus ipse primùm delegisset, deincepsque ab aliis ejusdem tribus, aut centuriæ perlata suffragia erant, tùm suffragiis in utramque sententiam dinumeratis, &, quomodo veteres loquebantur, diremptis, numeroque eorum cunctis notato, ejus tribus aut centuriæ voluntas cognoscebatur, eaq; à præcone renuntiabatur, & eadem in reliquis tribubus aut centuriis ratione servata, ex majore tribuum cēturiarumve numero vel antiquabatur, vel sciscebatur lex: ac de antiquata quidē lege nihil est dicendū. scitam autem, atq; acceptam, omnium civium jurejurando confirmari solitam legimus. itaque Qu. Metellus, ille Numidicus, ne in legem Saturnini per vim latam juraret, in exilium abire maluit, sibique potiùs de patria, quàm de sententia decedendum putavit. quē anno pòst XLIII imitatus non est M. Cato, is quem Vticensem historici nominant: qui cùm leges P. Clodii nullo neque jure, neque more rogatas putaret, in eas tamen juravit, consilio usus optimo, ut Cicero ait in oratione pro Sextio: nam ab eo, quod omnino ne fiat, fieri nō potest, cum periculo dissentire, temeritatis videtur esse. Post jusjurandū, in æs lex incidebatur, quod indicat Liv. lib. III. his verbis: Priùs quàm in urbē cōsules egrederent, leges decemvirales, quibus tabulis duodecim est nomen, in æs incisas in publico proposuerūt. quod ipsum libro X. Dionysius confirmat, & Cicero in oratione III in Catilinam: Memoria tenetis, *inquit*, Cotta & Torquato coss. complures in Capitolio turres de cœlo esse percussas, cùm & simulachra deorum immortalium depulsa sunt, & statuæ veterum hominum dejectæ, & legū æra liquefacta. quod ipsum versibus deinde persecutus est in secundo de consulatu suo, ut libro I. & II. de Divinatione patet. Eandem consuetudinem confirmant illa, quæ in I. Philippica scripta sunt: Forum sepietur: omnes claudentur aditus: armati in præsidiis multis in locis collocabuntur. quid tum? quod erit ita gestū, id lex erit, & in æs incidi jubebitis? quod etiam non multò antè dixerat: Quæ ille in æs incidit, in quo populi jussa, perpetuasque leges esse voluit: pro nihilo habebuntur. Exemplis non egemus: sed unum Suetonii, quod in C. Cæsaris vita legimus, quod apertam rem multò etiam illustrius ostendit, apponemus. Marcus, *inquit*, Claudius Marcellus consul, edicto præfatus, de summa se repub. acturum, retulit ad senatum, ut ei succederetur ante tempus: quoniam bello confecto, pax esset, ac dimitti deberet victor exercitus: & ne absentis ratio comitiis haberetur, quando nec plebiscito Pompejus postea abrogasset. acciderat autem, ut is, legem de jure magistratuū ferens, eo capite, quo à petitione honorum absentes summovebat, ne Cęsarem quidem exciperet per oblivionem: ac mox, lege jam in æs incisa, & in ærarium condita corrigeret errorem. Ne illud quidem prætermittam, non in tabulis modò æneis, sed etiam in columnis incisas esse leges: de tabulis dubium non est. quas etiam aliquot, in hunc usque diem servatas, ipsi vidimus. de columnis autem Cicero pro Balbo sic: Cum Latinis omnibus fœdus ictum Sp. Cassio, Posthumo Cominio coss. quis ignorat? quod quidem nuper in columna ænea meminimus post Rostra incisum & perscriptum fuisse. quā ipsa de re Livius libro II. sic: Tantum sua laude obstitit famæ consulis Marcius, ut nisi fœdus cum Latinis columna ænea insculptum monimento esset, ab Sp. Cassio uno, quia collega abfuerat, ictum, Posthumum bellum gessisse cum Volscis, memoria cessisset. & Varro, ut apud Macrobium legimus, antiquissimam legem in columna ænea scripsit incisam fuisse, cui mentio intercalaris adscriberetur. nec deest Dionis historia testimonium, qui libro XLI. columnas, quibus incisæ leges legerentur, de cœlo tactas memoriæ prodidit. Scripta jam lege, promulgata, perlata, in æs incisa (his enim quasi gradibus ad id, quod in lege ultimum, ac summum est, pervenimus) unum restat. ut, ubi custodienda reponeretur, ostendamus. Scire igitur oportet, non eandem legum omnium fuisse rationem, sed aliquot, maximeque tabulis æneis incisas, in publico proponi solitas, ut oculis civium paterent, quod exempla demonstrant: quæ verò æneas in tabulas essent incisæ, eas ad ærarium delatas, quò scilicet, & S. C. ibi cum publicis pecuniis, omniumq; publicarum rationum libris condita asservabantur. Erat autem ærarium in Saturni Opisq; templo: templum autem in vico Jugario, ad Capitolii radices: unde septies millies H. S. à Cæsare dictatore depositum, post illius interitum M. Antonius consul abstulit. & si tantùm Opis in Philippica I. & II. ubi hac de re Cicero loquitur, mentio fit puto, quòd duabus cellis simulachra Opis & Saturni separatim dedicata colerentur, & ad Opis cellam propiùs, quàm ad Saturni, eam pecuniam Cæsar locasset. Primis tamen reipub. temporibus legē Juliam in templo Dianæ, quod in Aventino monte fuit, repositā esse, legimus in historia Dionysii. Quæ ad rationē perferendæ legis attinerent, quę ferè ponderis alicujus esse viderent, omnia, ut arbitramur, persecuti sumus: pertinet verò legis, quę vis esset, primùm utrū maxima: deinde, si maxima, utrum perpetua, brevi differemus. Erat in lege summa vis, nō solùm, quia quod erat lege sancitū, eo Quirites omnes tenebantur, quod tribus legibus, una consulari Valeria, Horatia, duabus dictatoriis, Publilia, & Hortensia, cautum est (paucas tamen excipio, quibus non omnes planè cives obstringebantur, quo de genere fuisse legem de repetundis, animadverti: lata enim est post illas tres, consularem unam, dictatorias duas, à nobis proximè nominatas: &, quodcunq; postremum populus jussit, id jus ratumq; esse XII. tab. lege sancitum est) verumetiam, quia non, ut prætoris edictum, item lex annuo spatio terminabatur, sed vigebat usq; dum alia lege abrogaretur: abrogari verò omnes licuit, præter sacratas. quæ violatæ sæpè, abrogatæ nunquam sunt: abroganti verò non eadē, quę violanti legem, pœna sancitur. cæteræ leges, & abrogari omnes potuerunt, & abrogatæ multæ sunt: tamen nulla lata lex

est,

est, quæ ipsa se contra abrogationem quasi sanctionis sepimẽto munierit, gravi pœna, multave ei, qui abrogasset, irrogata: multi multas abrogaverũt: neq; tamẽ ullã propterea subiere pœnã: dixi jam, plus fuisse potestatis in eo, quod postremum populus jussisset, q̃ in eo quod antea jusserat: id lege XII. tab. sanciũ esse: jussum aũt populi & suffragia fuerunt, quib. abrogabant̃ leges: itaq; nõ quid antea populo placuisset, sed quid ei postremũ placeret, spectari solebat. Sensit autẽ in hoc genere populus nõ semper è repub. nam quemadmodũ sæpè malas leges bonus populus, sic interdũ bonas malus abrogavit: à senatu verò nunquã lex ulla, nisi reip. causa, sublata est, ut cùm Apuleiç, Mario cõsule referẽte, S.C. dãnatę sunt, quòd ab hoste reip. L. Appuleio Saturnino rogatę essẽt: aut, cũ Liviç cõsilio Philippi cõsulis sublatę, qa cõtra auspicia, q̃ servari lex Aelia jubebat, à M. Livio Druso latę judicarẽtur: erant enim quatuor omnino genera (ut ipsa ferè Ciceronis verba usurpẽ, q̃ sunt in oratione p C. Cornelio) quib. p senatũ more majorũ statuerec̃ aliqd de legib. unũ hujusmodi placere legẽ abrogari, ut Q. Cæcilio, M. Junio coss. q̃ leges rem militarẽ impedirẽt, ut abrogarent̃, atq; hoc genere nõ abrogabat legẽ senatus (nam abrogare propriè populus dicebatur) sed, ut abrogaretur statuebat. Alterũ genus eratq; quę lex lata esse diceret̃, ea nõ videri populũ teneri, ut L. Marcio, Sex. Julio coss. de legib. Liviis: quę ut uno S.C. tolleret̃, Philippus cõsul, Livii inimicus, obtinuit à senatu. Ideo aũt, hujusmodi legib. nõ videri populũ teneri, senatus decernebat: qa cõtra auspicia latas esse augures monuissent: tãta Romę fuit in augurib. authoritas: de quib. lib. II. de Legib. hęc à Cic. scripta legimus: Quid religiosiùs, quã cũ populo, cũ plebe agendi jus aut dare, aut nõ dare? qd leges, nõ jure rogatas, tollere? Tertiũ, de legũ rogationib. quo de genere pſæpè S.C. fiunt, ut de lege Calpurnia, de ambitu q̃ derogaret̃. Quartũ genus, quòd ea Ciceronis oratio mutila admodũ est, neq; in ipsa, neq; in Pędiano interprete, ac ne alibi quidẽ, quòd sciã, invenitur, me tamẽ in eã partẽ cõjectura ducit, ut existimẽ, cũ aliquẽ senatus hostẽ judicaret, simul, ut ejus quoq; leges, quæ quidẽ adversus rempub. essent, tollerẽtur, eodẽ S.C. aut alio, pximè facto judicasse. quarum enim maximè legũ causa pniciosus patrię civis damnatus sit, & à repub. remotus, eas ipsas leges in repub. nõ hæsisse, sed abjectas in loco esse, etiãsi ab historia nõ pdat̃, veri tamẽ simillimũ est. quale fuit qđ de legib. Saturnini pximè, & de legib. M. Antonii traditũ est. Postremũ illud est, cũ, verbo qdẽ, neq; à Senatu neq; à populo, tacito aũt omniũ consensu p desuetudinẽ, leges abrogabantur. id qđ & Julianus Jurisconsultus notavit. Agamus nũc de loco ferẽdæ legis: is erat interdũ Prata Flaminia, qui postea circus Flaminius dictus est, interdum etiã lucus Petelinus, quãdoq; Capitoliũ, sed plerumq; forũ, aut campus Martius. De pratis Flaminiis, luco Petelino, Capitolio, Liv. testis est. de foro declarãt illa p C. Rabirio Postumo: Si lex ferret̃: cõvolaretis ad Rostra: erãt enim Rostra in foro. dixit aũt: Convolaretis ad Rostra, quũ hoc subintelligeret, ut inde legem dissuaderetis. & apertè in oratione I. in Antoniũ, & in V. & pro domo: & ubi nõ? de campo inde cõstat, quòd cũ leges centuriatis comitiis sępè latæ sint, centuriata porrò comitia in campo esse habita, omnes historię narrẽt: manifestè sequitur, ut leges cẽturiatis comitiis latę, in campo latæ sint. Hic oritur alia cõsideratio, locòne sacro an profano ferret̃ lex. sacro potiùs quã profano crediderim: primũ, quòd in Rostris, q locus erat auguratus, templũq; dicebatur, sępè à magistratu ferret̃. Itaq; pro Sextio: Princeps, *inquit*, rogationis Q. Fabricius templũ aliquãto ante lucẽ occupavit. occuparat enim, ut legẽ ferret. qđ illa verba p Milone declarant: Potuitne Fabricio, viro optimo, cũ de reditu meo legẽ ferret, pulso? Occuparat aũt Rostra, nõ templũ alicui deo sacrũ: quod ipse Cic. declarat infrà, in eadẽ pro Sext. subjũgens, Tribunos pl. ferro è Rostris à Clodio pulsos. Fabriciũ intelligẽs, sed clarissimè in Vatiniũ his verbis: Cũ L. Vectiũ judicẽ in Rostris, in illo, inquã, augurato tẽplo ac loco collocaris. & Liv. lib. 8: Naves, *inquit*, Antiatiũ partim in navalia Romæ sunt ductę, partim incensæ: Rostrisq; earũ suggestũ in foro extructũ adornari placuit: Rostraq; id templũ appellatũ. Altera est ratio, q leges à P. Clodio tribuno pl. in templo Castoris latas invenio, quod indicat illud in Pisonẽ: Eodẽ in templo, eodẽ, & loci vestigio, & tẽporis, arbitria nõ mei solũ, sed patriæ funeris abstulisti. Nã illud eodẽ in tẽplo, ego sic interpretor, quo in tẽplo, legẽ de mea pernicie tulerat Clodius, eodẽ in tẽplo de Macedonia tibi tradẽda statim legẽ tulisti: quã tu provinciã ad arbitriũ tuũ p meo funere, quod idẽ funus patrię fuit, ipse pactus eras, itaq; provinciã lege traditã, quasi pręmiũ à Clodio debitũ abstulisti. Et apertiùs in oratione pro domo sua: Cũ arma, *inquit*, in ædẽ Castoris cõportabas, nihil aliud, nisi, uti nequid p vim agi posset, machinabare. In libris aũt De inventione: Flaminiũ, *inquit*, cũ, qui cõsul rempub. malè gessit bello Punico secũdo, legem agrariã per seditionẽ ad populũ ferentẽ, pater suus de tẽplo deduxit, accersit̃ majestatis. & apud Liviũ, antè quã Rostra in foro extructa essent, de tribunis pl. legũ rogandarũ causa in templum coëuntibus, non semel mentionem fieri videmus. Ferebat ergo magistratus legẽ in tẽplo: ferebat suffragia de lege populus circa templũ: locũ enim tantæ multitudini ullo in tẽplo fuisse, credibile nõ est. Cũ verò lex à magistratu ferret̃, eodẽ in templo alios quoq; magistratus affuisse, eos nimirũ, qui cũ magistratu legẽ ferente consentirẽt, legimus in oratione in Vatiniũ. Quę quidẽ leges, *inquit*, anno post, sedentib. in tẽplo duobus nõ consulibus, sed pditoribus hujus civitatis, ac pestibus, unà cũ auspiciis, cũ intercessionibus, cũ omni jure publico cõflagraverũt. Ostẽdi latã in tẽplo legẽ, cũ in foro ferebatur: hoc est, tributis comitiis. quid cũ in campo centuriatis? tum in templis deorũ nõ existimo, quę in campo nulla fuisse legimus: quo tamẽ in loco à magistratu ferret̃, eum locũ antè auguratũ fuisse crediderim. nam si tributis comitiis semper in tẽplo, cur centuriatis, quæ majorũ rerũ causa habebãtur, profano in loco lex ferretur? sed fortasse videri possit infirma conjectura, addamus exemplum, ut dubia res testimonio probetur. Liv. lib. III: Tribuni, *inquit*, ut impediẽdę rei nulla spes erat, de proferẽdo exercitu agere, eò magis, q, & augures jussos adesse ad lacũ Regillum, fama exierat, locũq; inaugurari, ubi auspicato cũ populo agi posset: ut quicqd Romæ vi tribunitia rogatũ esset, id comitiis ibi abrogaretur. Inter leges autẽ, quæ in foro, & eas quæ in cãpo ferrent̃, dixi jam hoc interfuisse, quòd in foro tributis comitiis ferrẽtur, in cãpo cẽturiatis, nũc adjungo, primũ illud, cẽturiatis comitiis eas esse latas, q̃ è S.C. ferebantur: deinde illud, quę & cẽturiatis comitiis ferrẽtur, eas, si à S.C. nõ ferrentur, patribus quidẽ autoribus semper esse latas, id quod non à primis reipub. tẽporibus, sed tantũ post Publilii Philonis dictaturã observatũ est. Hunc enim dictatorẽ legẽ tulisse, ut legũ, q̃ comitiis centuriatis ferrentur, ante latũ suffragiũ patres autores fierent, scribit Liv. lib. VIII: quo significatur non omnes antea leges, q̃ centuriatis comitiis ferrẽtur, à S.C. aut patribus autorib. esse latas: quòd si factũ nunquã antea nõ erat, consuetudine servata, quę in Numa Rege creando est inducta, ut scilicet, antè quã populus suffragiũ iniret, patres in incertũ comitiorũ eventũ autores fierent, Publilius in plebẽ propensus, qa plebeię gentis erat, quod senatui liberũ erat, id necessariũ fecit, quodq; more factũ erat, id ut lege fieret: sua lege sanxit. Neq; verò, quod ait Liv. patres autores fierẽt, expono patres S.C. probarẽt: fiebat enim de re & relata, & disputata S.C. qd porrò referri & disputari opus erat id, quod omnino probari à senatu Publilia lex juberet̃ nã de quo fit S.C. id ejusmodi est, ut improbari & abjici potuerit: est aũt & probatũ, & acceptũ, quia major pars senatus ita sensit: at in hoc nõ, utrumvis licere. neq; pluriũ senatorũ voluntatem spectari, Publilius voluit. sed quasi ab universo senatu jam probatũ esset, ita, vellẽt nollent, patres autores esse. ergo sic existimare debemus: & eas leges, q̃ centuriatis comitiis ferrentur, post legẽ Publiliã aut è S. C. aut certè patribus autoribus esse latas, & eas, quæ ante legẽ Publiliã centuriatis comitiis latæ erant, alias è S.C. alias sine S.C. Patribus tamen autoribus, alias neq; è S.C. neq; patribus autorib. esse latas. Nihilne igit̃ interfuit, dicet aliquis, inter leges, quæ patribus autoribus, & eas, quæ è S.C. ferrentur? nihil planè ante legẽ Publiliã: nam, sive S.C. sive patribus autorib. ferrentur, è senatus volũtate ferebant̃. post legẽ autẽ Publiliã multũ inter hujusmodi leges interfuit, atq; adeò tantũ, quantũ inter secundã & adversam voluntatem interest: nam secunda senatus volũtate ferebantur eę leges, quę S.C. probatæ jam erãt: adversa verò nonnunquã eæ, quarũ patres autores fiebant: probabãt enim inviti, lege coacti. Itaq; honorificẽtius habebatur id, quod è S.C. centuriatis comitiis latũ esset, quã id quod iisdẽ comitiis patribus autoribus: sed extremis reipub. tẽporibus nullã legem cẽturiatis comitiis sine S.C. patribus autorib. latam invenio. permultas aũt S.C. iisdẽ comitiis: sive, q abrogata sit Publilia lex, sive quòd, postea quàm Q. Hortẽsius dictator multis annis post Publiliũ legẽ tulerit, ut eo jure quod plebs statuisset, omnes Quirites tenerẽtur, nihil attinuit patres autores de eo fieri, quo, vel si autores ipsi nõ fierẽt, tamẽ omnes cives æquè tenerẽtur. itaq; magistratus aut à S. C. centuriatis comitiis, aut, si senatus dissentiret, tributis leges tulerũt (quanquã & leges multę tributis comitiis ex S.C. latæ sunt) cùm lege Hortẽsia eandẽ vim haberent leges tributis comitiis latæ, quã habuerũt antea leges eæ, quę centuriatis comitiis patribus autorib. latæ erant. Hic fortasse quæretur, ante Publiliam legẽ omnésne leges, quas Senatus, sive centuriatis, sive tributis comitiis ferri cuperet, ferrent̃ è S.C. an verò aliæ è S.C. alię verò sine S.C. tantum patribus autoribus. utrunq; factũ est: nam neq; omnes è S.C. neq; omnes patribus autorib. latæ sunt. De latis è S.C. testimoniũ res nõ desiderat: exemplorũ enim plena sunt omnia: patribus aũt autoribus minus quidẽ multę, sed aliquot tamẽ latæ sunt: ut Petilia de ambitu, à tribuno pl. tributis comitiis lata, de qua Liv. lib. VII: Quæretur etiã, utrũ centuriatis comitiis leges à majore tantũ magistratu, an etiã à minore ferrentur. Faciamus quod oratores solẽt: qui cùm testibus rem probare nõ possunt, argumentãtur à simili. & hoc genere sępè

fidem faciunt: item nos cùm centuriatis comitiis à minore magistratu leges latæ sint, necne, affirmare nõ possimus, quia neutrum ab antiquis proditum est, similitudinẽ sequemur, & quod in creandis magistratibus fieri solitum est, idem in ferẽdis legibus observatũ esse dicemus: nam si creãdis magistratibus centuriata comitia nunquã nisi à majore magistratu habita sunt: itidem, ferendis legibus nunquã, nisi à majore esse habita consentaneum est. Illud autem est: esse igitur & hoc dicemus. neque enim, cur non sit, aut ratio suadet, aut exempla demonstrant. Ex libro Pauli Manutii de legibus Romanis.

Lēx, Dicta putat quòd publicè legatur, ut omnibus nota sit, & ab omnibus observetur. [תורה torah דת dath. νόμος. Gal. Ley, ordonnance, institution. Ital. Legge. Ger. Ein Gesatz. Hisp. La ley. Pol. Prawo, vstawa. Vn. Törvény. An. A law written.] Hanc quidẽ definiunt esse generale jussum populi, aut plebis rogante magistratu, & hoc duntaxat in libera civitate. ¶ Quinetiam regũ & principũ jussa leges dici cœpta, præsertim Imperatoris, postquã in eum populi Romani majestas translata fuit. Rogabat magistratus populũ, quod cõstituendum esset, populus jubebat. Id jussum si generale erat, & ad omnes pertinens, lex dicitur: si ad singulos cives spectabat, privilegiũ est. Cic. 1. de Legib. sic legẽ definit, quòd sit ratio summa insita in natura, quæ recta suadeat, prohibeatq; cõtraria. Legũ appellatione, Leges duodecim tabularũ, Senatuscõsulta, Plebiscita, Edicta Prætorũ, Decreta principũ, Legitimæ actiones, Interpretationes prudentũ, & alia id genus continentur. Legis virtus est imperare, vetare, permittere, punire. Dicimus elegãter, Lege agere cũ aliquo: quod aliter dicimus, Actionẽ intẽdere in judicio, sive judicio experiri. Plaut. in Aul. Lege agito mecũ, molestus ne sis, & cœnã coque. ¶ Interdum lege agere, est exequi sententiã à judice latam, sive judicis jussum peragere: ut si judex sententiã tulerit, ut qui vincti sunt, virgis cędantur, deinde securi feriant: & lictori dicat Iudex, Lege age: hoc est, exequere sententiã. Liv. de Campanis li. 26: Fulvius acceptas literas, neq; resolutas, quũ in gremio reposuisset, præconi imperavit ut lictorẽ lege agere juberet. i. ut de damnatis suppliciũ sumeret. ¶ Legibus aliquẽ solvere, pulchrè etiã dicitur, quod nũc Dispensare vulgus vocat. Liv. 10. ab Vrb. Tribuni pleb. nihil id impedimẽto futurũ ajebant, se ad populũ laturos, ut legib. solveret. Is legibus solvi dicitur, cui speciali privilegio cõceditur, ut legib. parere nõ teneatur. Cic. Philip. 11: Qui ex ędilitate Consulatũ petit, legib. solvatur. ¶ Legẽ ferre, est populo aliqd proponere, rogareq; velitne id ita ut recitatũ fuit ratũ esse, & pro lege habere. Cic. Post reditũ: Legẽ Tribunus pleb. tulit ne auspicia, &c. ¶ Cõdere leges, est leges præscribere. Cic. de Leg. Cõstat profectò ad salutẽ civiũ, civitatũq; incolumitatẽ, vitamq; omniũ quietã, & beatã cõditas esse leges. Vnde Cõditores legũ dicuntur, quos Legislatores appellamus. νομοθέται, quales apud Athenienses fuerũt Draco & Solon: apud Lacedæmonios Lycurgus: Romę, Decẽviri. Pro eodẽ etiã dicimus, Cõponere leges, cõstituere legẽ, sancire leges, dare leges, imponere leges, scribere leges: quibus cõtraria sunt, abrogare, tollere, refigere, antiquare. ¶ Lex quoq; pro cõditione ponitur. Plaut. in Asin. Agedũ, istũ ostẽde quẽ cõscripsisti syngraphũ inter me, & amicã, & lenã: leges pellege. ¶ Dicimus & Hac lege, sive ea lege. i. hac cõditione, sive hoc pacto, sive hoc jure. Cic. 3. Tusc. Ea lege nos esse natos, ut nemo in perpetuũ esse possit expers mali. Terent. in Eun. Verũm heus tu, lege hac tibi meã astringo fidẽ. ¶ Accipitur etiã lex pro norma, sive regula. Cic. 3. de Orat. Hanc igitur, Crassus inquit, ad legẽ cũ exercitatione, tum stylo, qui & hoc maximè ornat, ac limat, formãda vobis oratio est. Idẽ in Orat. Quò etiã difficilius est oratione uti quàm versibus, quod in illis certa quędã & definita lex est, quã sequi oportet. ¶ Lex Cornelia, quã Cornelius Sylla Dictator tulit adversus falsarios, cujus pœna erat in liberũ, deportatio, & bonorũ omnium publicatio: in servũ, capitis suppliciũ: ut docet Martianus l. 1. ff. Ad legẽ Corneliã de falsis. ¶ Lex Lepidiana, quã Lepidus tulit: quæ & sumptuaria dicta est, quod cœnarum sumptus restringeret. ¶ Lex Licinia, lata est à Publio Licinio Crasso divite: cujus ferẽdę tantũ studiũ ab optimatibus impensum est, ut Senatuscõsulto juberetur, ut ea tantummodo promulgata, antequã trinundino cõfirmaretur, ita observaretur ab omnibus, quasi jam populi sententia comprobata esset. Hujus legis summa erat, ut Calendis, Nonis, Nundinis, liceret cuiq; in dies singulos duntaxat triginta asses edẽdi causa cõsumere: cæteris verò dieb. ne amplius apponeretur quã carnis aridę põdo tria, & salsamentorũ libra, & quod ex terra, vite, arborève natum esset. ¶ Lex Municipalis, quã unaquæq; urbs sibi privatim cõstituit. ¶ Lex Orchia, prima omniũ de cœnis lata ad populũ fuit, quã tulit Orchius Tribunus pl. de Senatus sententia, tertio pòst anno quã Cato Censor fuerat. Hęc numerũ tantũ convivarũ præscribebat, jubebatq; ut patentib. januis cœnitaretur, quò observatio ejus videri posset. ¶ Lex plagiaria, quę adversus plagiarios erat lata: hoc est, quã puniebãtur ii qui aliena mãcipia ad fugã incitabãt, vel fugitiva receptabãt. Vide PLAGIVM. ¶ Lex Satyra sive satura, dicebatur quæ uno rogatu multa simul cõprobabat, quasi saturata & multis legibus gravida. ¶ Lex tabellaria, suffragia scribere nõ permittebat, sed puncto notare jubebat. νόμος παρὰ κῶν. ¶ Lex & regio, νόμος καὶ χώρα. Admonet proverbiũ serviendũ & obsecũdandum esse moribus regionis in qua verseris. ¶ Lex in manibus, ἐν χερσὶν νόμος: id est, Lege manuũ: dicitur quũ res vi geritur, non ex præscripto legũ. Aeschines contra Timarchum. Quod Cic. ait 3. de Legib. magistratum esse legem loquentẽ, legem autem mutum magistratum, persimile ejus est, quod de pictura & poesi dictum Simonidi tribuitur: picturam esse tacitam poesim, poesim autem picturam loquentem. P. Victor.

Lēgislātŏr, toris, m. t. Legis scriptor, qui legẽ scripsit, & ad populum tulit. [מחוקק mechokek. νομοθέτης. Gal. Legislateur, qui fait loy ou ordonnãce. Ital. Colui che fa la legge. Ger. Ein Gesatzgeber. Hisp. El que haze ò da la ley. Pol. Praw vstawca. Vn. Törvén szerzò, törvénadó. An. A law maker or giuer.] Dicitur etiã legumlator, & separatim lator legũ, vel lator legis, & legũ scriptor. Liv. 4. bel. Maced. Noster legumlator non in paucorum manu Rempub. esse voluit. Cic. 4. in Catil. Latorem legis Semproniæ jussu populi pœnas Reipub. dependisse.

Lēgĭfĕr, ri, Legislator. [מחוקק mechokek. νομοθέτης. Vng. Törvény adó.] Ovid. 3. Amor. Eleg. 9: Optavit Minos similes sibi legifer annos.

Lēgĭfĕrā, fœmininum. [מחוקקת mechokketh. θεσμοφόρος. Vngar. Törvény adó.] Virg. 4. Aen. mactant de more bidentes Legiferæ Cereri, Phœboque, patrique Lyæo.

Lēgĭrŭpā, legirupę, com. p. Legis perfractor, qui legẽ frangit. [παρανόμος. Gall. Rompeur & violateur des loix. Ital. Huomo che rompe leggi, conditioni, patti. Ger. Ein Gesatzbrecher. Hisp. El que quita la ley. Pol. Prawołomca. Vn. Törvény szegö. An. A breaker of the lawes.] Plaut. in Pseud: Impudice, scelestè, verbero, bustirape, furcifer, socifraude, parricida, sacrilege, perjure, legirupa, pernicies adolescentum.

Lēgĭrŭpĭo, onis, Qui rumpit leges. [παρανομῶν. Gall. Violateur, infracteur de loy. Ital. Lo istesso. Ger. Ein Gesatzbrecher. Hisp. Quebrador de ley. Pol. Łamacz prawa. Vng. Törvény törö, fölbontó. Ang. A breaker or violater of the lawes.] Plaut. in Rudent. Iube modò accedat propè hunc legirupionem.

Lēgĭtĭmus, a, um. Quod est æquũ, justũ, conveniens, lege, more atq; instituto majorũ factũ: [צדיק tsaddik. γνήσιος, νόμιμος, ἔννομος. Gal. Legitime, selon la loy. Ital. Leggitimo. Ger. Gesatzlich, rechtlich, nach fürschreibung des Gesatzes. Hisp. Iusto y hecho por ley. Pol. Wedlie vstawy prawa, porządku. Vn. Törvény szerint valo. An. Lawfull, according to the lawes.] ut, Vxor legitima. Mart. lib. 5: Quæ ipsa causa nupsit tibi Lęlia Quinte, Vxorem potes hanc dicere legitimam. Ovid. 10. Metam. Ergo legitima vacuus dum conjuge lectus, &c. Aetas legitima ad petendum Consulatum, Livius 5. bell. Pun. Amor legitimus, Ovid. Epist. 13.

Lēgĭtĭmā, est portio hæreditatis, jure naturali liberis debita, Munuscula dicta. Sic appellata, quòd fratrum naturales legis alimentorum vice subrogatur. Fer. Instit. Quibus mod. test. infir. §. Igitur quartã. Politus dubitat, an hæc portio hodie Quartæ nomine venire debeat.

Lēgĭtĭmē, adverbium, Rectè, justè, ex lege. [νομίμως. Gall. Legitimement. Ital. Leggittimamente. Germ. Nach dem Gesatz, ordentlich. Hispan. Legitima y iustamente. Polon. Sprawiedliwie, slusznie. Vngar. Törvény szerént. Ang. Lawfullie.] Cicero 1. Offic. Iustè & legitimè imperãti. Idem pro A. Cecinna: Is qui legitimè procurator dicitur. Cujus contrarium est Illegitimum. Vnde legitimi filii qui secundum legem nati sunt.

Lēgŭlēius, legulei, m. t. Qui legum studia sectatur, seu versatur in legibus. [νομικός. Gall. Legiste. Ital. Colui che studia nelle leggi, leggista. German. Ein Gesatzgelehrter, einer der sich der Gesatzen annimpt. Hispan. Letrado, y docto en las leyes. Polon. Wyćwiczony w prawie. Vngar. Törvény tudo. Angl. A lawier, a seeker in the law.] Cicero 1. de Orat. Ita & tibi Iurisconsultus per sese nisi leguleius quidam cautus videtur, & acutus præco actionum, cantor formularum, auceps syllabarum.

Lēgālĭs, le, om. t. Quod ad legem pertinet. [νομικός. Gall. De la loy, des appartenances de la loy. Ital. Pertinente à legge. German. Das zu dem Gesatz gehört. Hispan. De ley è pertenesciente à la ley. Polon. Prawny. Vngar. Törvénborn valo. Ang. Of or belonging to the law.] Quintil. lib. 3. cap. 10: Aliquando etiam incidere possunt legales tractatus in privata maximè consilia.

Lexipyretas, Medicinas nominant quæ febres finiunt, Ἀπὸ τοῦ λήγειν τοὺς πυρετούς.

Lexĭs, hujus lexeos. [מלה millah. λέξις. Gall. Parole, diction. Ital. Vocabolo, voce. German. Ein Wort. Hisp. Palabra. Polon. Słowo. Vngar. Ige, beszéd. Ang. Speach, a worde.] Dictio. Cic. 3. de Orat. Quàm lepidè lexes compostæ ut tesserulæ omnes Arte pavimento atq; emblemate vermiculato. Ex Poëta.

L ante I.

LIB. In notis antiquorum, libertas, vel liberius, vel liberti. LIB. LIBQ. POSTQ. EOR. libertis, libertabusque posterisque eorum. L. I. D. A. C. lex Iulia de adulteriis coërcendis. L. I. D. A. G.

AG. Lex Iulia divi Augustini. L. II. locus injuriæ. L. ILQ. locus injuriæ Quiritium. L. IMP. L. locus imperialis. L. ILF. locus interfices. L. ITR. literæ. L. IV. REP. lex Iulia repetundarum. L. L. Lælius. L. L. Lucii libertus, vel Lucii liberti, vel Lucius libertus, vel Livii libertus, vel laudabiles loci. L. L. L. Lucii liberti locus. L. L. L. M. M. lacerat lacertũ Largii mordax Memmius vel Menius. L. L. Q. F. libertis libertabusq; eorũ. L. LVC. Q. F. Lucius Luccius Quinti filius. L. M. Lucius Muræna vel Mitæna, Locum monumenti, vel locus mortuorum. L. MAN. Lucius Manlius. L. M. D. locus mortuis dedicatus, vel locus mambus dicatus. L. M. E. lex mecum est. L. MV. Lucius Muræna. L. N. Latini nominis. L. NNF. Lucius Nonius Faustinus.

Lix, Sunt funamina quæ in summo mali recipiunt funes. [Polon. *Dora wmaszyc ktora powrosy przyczyguia.* Vngar. *Ar fa hyukas.*]

Libadion, λιβάδιον. Ger. *Zeusentquide.* Pol. *Centaurya.*] Herbæ genus quæ nostris vulgò *Centaurion minus* appellatur: inde nomen habet, quòd fontibus & locis irriguis gaudeat. Nam Græci fontium scaturigines λιβάδας appellant. Plin. li. 25. c. 65.

Libāmen, Libamentum, Vide LIBO.

Libanochros, λιβανόχρως, Gemma quæ thuris similitudinem ostendit, & succum mellis. Plin. lib. 37. cap. 10.

Libanōtis, penult. prod. hujus libanotidis, pen. cor. [λιβανωτίς. Ger. *Rosmarin.* Polon. *Rozmarin.* Vngar. *Rosmarin.* Ang. *Rosmary.*] Frutex odorem thuris habens, qui rosmarinus appellatur. Plin. lib. 19. cap. 12: Libanotis radicem habet olusatri, nihil à thure differentem. Vsus ejus post annum stomacho salubertimus. Quidam eam alio nomine rosmarinum appellant. Hactenus Plinius. Ejus tres sunt species, quas vide apud Dioscoridem.

Libanotis, Coniæ tertia species, apud Dioscorid. libro 3. capite 137.

Libatio, Vide LIBO.

Libella, Vide LIBRA.

Libellio, Libellus, Vide LIBER priore correpta.

Libens, Libenter, Vide LIBER.

Libĕr, ra, rum. Sui juris, in sua potestate: huic opponitur Servus. [חפשי *chophshi.* ἐλεύθερος. Gall. *Libre, franc.* Ital. *Libero, franco.* Ger. *Frey.* Belg. *Vry.* Hisp. *Libre de servidumbre.* Pol. *Wolni, swobodni.* Vn. *Szabados.* An. *Free, at libertie, not bounden.*] Cic. 2. de Nat. deor. Qui de libera matre est, liber est. Idem pro Cecin. Non potest jure Quiritium liber esse qui in numero Quiritium non sit. ¶ Aliquando liberum etiam dicimus pro otioso, & omni negotio, curáve vacuo: ut Soluto, liberoque animo esse, apud Cic. 4. Verr. Idem 1. Offic. Si ab omni animi perturbatione liber sis. ¶ Liber etiam pro eminenti & extanti. Varro in Eumenid. ut citat Nonius: Iterum Tragici prodeant cum capite libero, cum antiqua fronte. ¶ Item pro magno, seu valido. Ovid. Epistol. 2: Perfruor infœlix liberiore malo. Hinc campus liberior, ἐλευθερία, qui amplus est, lateque patens, & in quo equi libero inoffensoque cursu vagari possunt. Indeque sumpta translatione, Oratores liberum ad dicẽdum campum nactos dicimus, quum in locum latè patentem inciderunt, amplam suppeditantem materiam ad latiùs expatiandum. ¶ Libera uti lingua, παρρησιάζομαι, est audaciter loqui quod sentias, nihilque aut potentiæ alicujus, aut gratiæ tribuere. Plautus in Cistel. Quia quum adeò me complevi flore Liberi, Magis libera uti lingua collibitũ est mihi. ¶ Libero corde fabulari, est fabulari liberè, & sine timore. Plaut. in Epid. Facilè tu istuc sine periculo, & cura corde libero Fabulare Iovi. ¶ Liberę ædes, quibus quis uti potest, tanquã suis. Plaut. in Mil. Liberæ sunt ædes, liber sum autem ego, me uti volo liberé. ¶ Liberum arbitrium, est animi voluntas, ac sententia libera. Livius 7. bell. Maced. Et permisso libero arbitrio, ne in corpora sua sæviretur, metuebant. Cicero voluntatem liberam vocat. ¶ Liberum cœlum, quod omnibus æquè commune est. Cicero 1. Tusculan. Et in liberum cœlum, tanquam in domum suam, venerit. Liberæ literæ, quæ liberiùs atque audaciùs loquuntur. Cicero ad Atticum libro 1: Itaque neque Achaicis hominibus, neque Epiroticis paulò liberiores literas committere audeo. ¶ Libera mandata, quæ plenam rei constituendæ potestatem habent. Livius 7. bell. Maced. His quæ præsentis disceptationis essent, libera mandata de summa rerum Senatus constituit. ¶ Liberum tempus: id est, vacuum quo omni cura soluti sumus. Cicero 1. de Finibus: Nam libero tempore, quũ soluta nobis est eligendi optio, quumque nihil impedit, &c. ¶ Aliquando liber qui nulli rei est obnoxius: ut, Liber à delictis, qui nulli delicto est obnoxius, apud Ciceronem pro lege Agrar. ¶ Liber à fide, qui fidem solvit. Livius 7. bell. Pun. Ita tollit induciàs, ut liber à fide incœpta exequeretur. ¶ Liber ab irrisione, qui nihil aut fecit, aut dixit, cur meritò possit irrideri. Cicero 4. Acad. Liber igitur à tali irrisione Socrates, liber Aristo Chius, &c. ¶ Liber à legibus: id est, solutus à legibus: Plautus in Trin. Ambitio jam more sancta est: libera est à legibus. ¶ Sic liber à prædonibus, Liber à metu. ¶ Sine præpositione: ut Liber omni cura animus: apud Ciceronem 1. de Finibus. Sic, Liber pavore, liber metu, liber religione animus. Aliquando cum genitivo construitur pro liberali. Plaut. in Amphitr. Nam ego vos novisse credo jam, ut sit pater meus, Quam liber harum rerum multarum sier. ¶ Liberum est mihi, eleganter dicitur, pro licet mihi vel possum, & in arbitrio meo constitutũ est. Plin. in Epist. Erit enim & post emendationem liberum nobis vel publicare, vel continere.

Libĕrē, Ingenuè & liberaliter, suo more sive arbitrio, audacter. [ἐλευθέρως. Gall. *Librement, franchement.* Ital. *Liberamente, splendidamente.* German. *Frey.* Hispan. *Libremente.* Polon. *Wolnie, swobodnie.* Vng. *Szabadom.* Ang. *Freelie, frankelie.*] Terentius in Andria: -tũne hic homines adolescentulos Imperitos rerum, educatos liberè in fraudem illicis? Plautus in Bacch. An nón vides, ut solæ liberè grassentur? Liberè vivere: id est, suo more vivere neque subjici alterius voluntati. Terentius in Andria: Nam is postquam excessit ex ephebis Sosia, Liberiùs vivendi fuit potestas. Liberè loqui, est confidenter loqui, ita ut nihil gratiæ tribuas, aut potentiæ cujusquam. παρρησιάζομαι. Cicero pro Plancio: Asperius (inquit) loquutus estimò verò liberius.

Libertas, libertatis, s. t. Servituti opposita est: [חפשה *chophshah.* ἐλευθερία. Gall. *Liberté, franchise.* Ital. *Libertà, licenza.* Ger. *Freyheit.* Belg. *Vrycheit.* Hispan. *Libertad ò licencia.* Pol. *Wolność.* Vngar. *Szabadsag.* Ang. *Freedome or libertie.*] quam sic definit Florentinus l. Libertas. ff. De statu hominum: Libertas, est naturalis facultas ejus quod cuique facere libet, nisi quod vi aut jure prohibetur. Cicero in Paradox. Libertas est potestas vivendi ut velis. ¶ Accipitur etiam libertas pro eo quod Græci vocant παρρησίαν: hoc est, pro loquendi, admonendi, sententiam dicendi, increpandique audacia: potestas, quum scilicet quidvis quod sentimus, liberè loquimur, nullius respectu, gratia, aut potentia commoti. Et in hac significatione libertas accipitur ferè in meliorem partem, eique opponitur Assentatio. Licentia verè in malam ferè partem, quum quis libertate intemperanter abutitur, & procaciter. Est enim licentia immoderata impunitaque quædam facultas agendi, dicendique quicquid velis. Quintilianus, quæ in aliis libertas est, in aliis licentia vocatur. Terentius in Heavton. Deteriores omnes sumus licentia. Vsurpatur tamen quandoque licentia pro libertate in bonam partem, ut apud Ciceronem libro 3. Officiorum: Nobis autem nostra Academia magnam licentiam dat, ut quodcunque probabile maximè occurrat, id nostro jure liceat defendere. Idem libro 1. ejusdem operis: Magnis enim illi & divinis bonis hanc licentiam assequebantur. ¶ Libertas quandoque etiam in malam partem accipitur, pro effræni quadam animi libidine. Cicero 3. Verrina: Nunquam ipsimet nobis præcideremus istam licentiam, libertatemque vivendi. Idem pro Flacco: Græcia hoc uno malo concedit, libertate immoderata, & licentia concionum. Adimere libertatem, est aliquem libertate spoliare. Cicero pro Domo: Quod idem in posterum de extraordinariis potestatibus libertatem ademisses. ¶ Amittere libertatem, Ibidem: Nemo civis Romanus aut libertatem, aut civitatem possit amittere, nisi ipse autor factus sit. Dicimus præterea, Dare libertatem alicui, habere libertatem, largiri libertatem, retinere libertatem, recipere libertatem, tenere libertatem, vindicare in libertatem: quorum exempla nusquam non occurrunt. ¶ Libertas, etiam libertatis dea dicebatur, cujus templum in Aventino constitutum fuisse narrant historiæ. ¶ Libertas aliquando dicitur pro ingenuitate. Hermogen. l. 40. D. de liber. caus. Cum pacto partitionis pretii major viginti annis venalem se præbuit, nec post manumissionem ad libertatem proclamare potest. ¶ Libertatis nomen propriè convenit in manumissos, sed transfertur ad multa. Est enim libertas primùm quæ servum liberat à domino, deinde quæ nexu à creditore: quandiu enim vinculis ob æris alieni gravitatem tenetur, liber non est: tertiò, quæ civem à magistratus injuria. Quovis enim delicto ac scelere (uno excepto perduellionis crimine) cives Romani à securibus & fascibus: id est, à nece & verberibus, veterum legum Valeriæ, Porciæ, Semproniatumque beneficio, defendebantur. Postremò latiùs etiam libertas diffunditur, cùm jus illud significatur, quod inter omnes cives æquum, nullo neque fortunæ, neque dignitatis discrimine leges constituunt, ut omnes liberi sint, nemini quisquam, præterquam legibus, pareat. Ex quo etiam liberi populi dicebantur, qui suis legibus uterentur, neque regibus, neque cuiquam populo parerent, neque omnino cuiquam vectigal ullum penderent: qualis aliquando Carthago, Corinthus, Athenæ, ipsa verò ultrà quingentos annos Roma fuit. P. Manut. in Additam.

Libĕrālis, le, om. t. Benignus, munificus: [נדיב *nadhib* שוב *schoab.* ἐλευθέριος, ἐλευθερικός. Gall. *Liberal, franc.* Ital. *Liberale, magnifico.*

guifica. German Freygeb Belg. liberael. Hispan. *Liberal, franco.* Polon. *szczodry, hojny, datny.* Vngar. *Adakozo bw kezu* Ang. *Liberall, free, harted.*] cui contraria sunt Parcus, avarus, avidus, tenax, & sordidus. Cicero pro Quint. Roscio: Liberalis avidū fraudasse dicitur. Idem pro Cælio: Huic tanto facinori tua mens liberalis conscia esse non debuit. Idem pro Qu. Roscio: Roscius semper liberalissimus, munificentissimusque fuit. Cicero libro 3. de Orator. Quid tàm porrò regium, tàm liberale, tàm munificum, quàm opem ferre supplicibus? ¶ Sunt etiam qui ita distinguūt, ut liberalis sit, q parvis & privatis hominib. beneficia præstat: munificus, qui magnis, & in magnis rebus: sic liberalitas, naturæ benignitas, quæ maximè in præstanda opera amicis perspicitur, & versat̃ inter privatos & parvos homines: munificentia, inter magnos. Quod nomen à Libero patre (si Valerio Maximo credimus) deductum est. ¶ Accipitur quandoq; liberalis pro egregia forma, & eleganti. [Pol. *Cudni.*] Plautus in Milite: Lepida & liberali forma est. Terentius in Eunuch. Quàm liberali facie, quàm ætate integra! ¶ Liberali ingenio dicitur esse, qui ingenuus est, & apertus. Terentius in Adelph. Nam ingenium novi tuum liberale. ¶ Liberale responsum: hoc est, dignum ingenuo, & libero homine. Cicero ad Atticum, libro 3: Quòd si non modò tu, sed quisquam fuisset, qui me Pompeii minus liberali responso perterritum, à turpissimo concilio revocaret, *&c.* ¶ Liberale conjugium est, quod inter ingenuos & liberos fit. Terentius in Andria: Spero consuetudine, & conjugio liberali devinctum, Chreme, Dehinc facilè ex illis sese emersurum malis. ¶ Liberale judicium, & causa liberalis, in quo de alicujus agitur libertate. *ἐλευθερίας δίκη.* Quintil. libro 6. cap. 4: Quod fecit Longus Sulpitius, qui quum ipse fœdissimus esset, cum, contra quem judicio liberali aderat, ne faciem quidem habere liberi hominis dixit. Plautus in Curcul. Memento promisisse te, si quisquam hanc liberali Causa manu assereret, mihi argentum omne redditum iri. Terentius in Andria: Nam ego illam liberali causa assero manu. Vbi Donatus: Ordo est, Ego liberali causa assero illam manu: & sunt juris verba, à quibus etiam assertores dicuntur vindices alienæ libertatis. Vide ASSERO. ¶ Liberales artes, quæ solius ingenii, non manuum ministerio peraguntur. *ἐλευθέριαι μαθήματα*, cujusmodi sunt Grammatica, Dialectica, Geometria, cæteræque id genus: ideo liberales dictæ quòd liberum hominem potissimùm deceant: nàm manibus corporisque labore victum quæritare, illiberale quiddam habet & servile. Cicero 1. de Invent. Quos habuerit artium liberalium magistros, quos vivēdi præceptores, *&c.* Plinius libro 14: Pessum iēre vitæ pretia: omnesque à maximo bono liberales dictæ artes in contrarium cecidēre, ac servitute sola profici cœptum. Cicero de Orat. ingenuas artes appellat. Studia liberalia, Tacit. lib. 3. Liberalis doctrina, Cicero 5. de Finib. Liberalis eruditio & doctrina, idem 2. Tusc. ¶ Illiberales verò, opificia quæ in manuum opera consistunt: habent enim servile ministerium.

Līběrālĭtās, f. t. Munificentia. [נדיבה *nedhibah* נדבה *nedhābah* *ἐλευθεριότης.* Gall. *Liberalité, honeste largesse.* Ital. *Liberalità, magnificenza.* German Freygebigkeit. Belg. liberaelheyt. Hisp. *Liberalidad, franqueza.* Polon. *szczodrość, hojność.* Vng. *Bokezuseg.* Ang. *Liberalitie, bountie, freehart in geuing.*] Cicero 5. de Finibus: Nam quum ita nati factique simus, ut & agendi aliquid, & diligendi aliquos & liberalitatis, & referendæ gratiæ principia in nobis contineremus, *&c.* Idem 1. Offic. Iustitiæ est conjuncta beneficentia, quam eandem vel benignitatem, vel liberalitatem appellare licet. Liberalitas (ut inquit Speusippus) est habitus qui in quærendis, erogandisque pecuniis decorū servat. Hoc est, decens & moderata acquisitio, & erogatio pecuniæ, avaritiæ, & prodigalitatis extremis tanquam finibus circunscripta. Nam si non tantum, quantum oportet, tribuas, avaritia oritur: sin excedas in dando modum, desque plus quàm oportet, & cui non oportet, & quando, & qua causa non oportet, in vitium laberis prodigalitatis. ¶ Aliquando ita accipitur liberalitas, ut servili metui opponatur. Terentius in Adelph. Pudore & liberalitate liberos retinere satius esse credo quàm metu.

Līběrālĭtěr, Largè, munificè, indulgenter, liberè, splendidè. [*ἐλευθερίως.* Gall. *Liberalement, franchement.* Ital. *Liberalmente, magnificamente.* German. Freygebiglich. Belg. liberaelick. Hisp. *Liberalmente, francamente.* Polon. *szczodrze.* Vngar. *Bokezuen, kmilen.* Ang. *Liberalie, bountifullie.*] Cicero 4. Verrin. Hi porrò, qui successerunt, vehementer istius cupidi: liberaliter ex istius cibariis tractati, non minus acres contra me fuerunt. Cicero 3. de Finibus: Esseque hominis ingenui, & liberaliter educati, velle bene audire à parentibus. ¶ Liberaliter eruditus is dicitur qui optimis artibus institutus est. Cicero 2. Tusculan. Sed si possumus, eos excitemus, qui liberaliter eruditi, adhibita etiam disserendi elegantia, ratione & via philosophantur. Sic Liberaliter instructus, apud Cæsarem libro 3. bell. Civil. Liberaliter servire: id est, alacri animo, libenter obsequendo. Terentius in Andria: Propterea quòd serviebas liberaliter. Salust. Exercitum quem in Asia ductaverat, luxuriosè, nimisque liberaliter habuerat. Cujus contrarium est Illiberaliter, de quo suo loco.

Līběrī, orum, plur. tantùm numer. m. f. Dicuntur filii vel filiæ quanvis etiam Liberorum appellatione unicus filius, & unica filia intelligatur. [בנים *banim.* *τέκνα, παῖδες, υἱοί.* Gall. *Enfans ou enfant, lignee.* Ital. *Figliuoli.* Germ. & Belg. Kinder. Hispan. *Los hijos.* Polon. *Dziatki.* Vngar. *Magzatok, fiak.* Angl. *Children.*] Cajus in l. Non est. ff. De verborum signif. Non est sine liberis, cui vel unus filius, unàve filia est. Terentius in Hecyra: Qui illum decrerant dignum, suos cui liberos committerent. Sic & Cicero: En cui tuos liberos committas quum de uno ageret. Olim tamen in usu erat nominativus singularis, liber, pro filio. Catul. in Argon. Optavit genitor primævi funera gnati, Liber ut innuptæ poriretur flore novercæ. ¶ Item nepotes & pronepotes, cæterique ex his descendētes, Liberorum appellatione continentur. Paulus ff. de Gradib. affin. l. Iurisconsult. Liberi, *inquit*, vocantur usq; ad trinepotem. Callistratus l. Liberorum ff. de Verborum signif. Liberorum appellatione nepotes, & pronepotes, cæterique qui ex his descendunt, continentur: hos enim omnes Liberorum appellatione lex duodecim Tabularum comprehendit. Similes patri liberi, Seneca in Medea. Parere liberos, idem Thebaid. Procreare liberos, Quintilianus libro 3. capite 8. Auctus liberis. Tacitus libro 3: Tanquam auctus liberis Drusus domum Germanici magis urgeret. Dare operam liberis, est procreandorum liberorum causa cum uxore rem habere. Cicero 1. Offic. Liberis dare operam re honestum est, nomine obscœnum.

Lībertūs, m. f. Qui quum esset servus, factus est libertus dictus quasi liberatus. [*ἀπελεύθερος, ἀπελευθέρα.* Gall. *Affranchi & mis en liberté.* Ital. *Fatto libero di servo.* Germ. Ein freygelassner. Hisp. *El que de sierno fue hecho libre.* Pol. *Wolno puszczony.* Vng. *Szabados.* Ang. *A franckling, beyat is enfranchised.*] Hujus contrarium est Patronus. Plautus in Asin. Magis decorum est, liberū potiùs quàm patronum, onus in via portare. Vlpianus eum esse libertum definit, quem quis ex servitute ad civitatem Romanam perduxit. Quintil. libro 7. cap. 8: Patrono in libertum manus injectio sit. Idem lib. 11. cap. 1: Eadem pro liberti adversus patronos observantia.

Lībertă, f. p. [*ἀπελευθέρα.* Gall. *Affranchie & mise en liberté.* Ital. *Fatta libera, francata.* Hispan. *Puella à libertad, hecha franca y libre.* Polon. *Wolna.* Vngar. *Szabadossá tött.* Angl. *She yat is enfranchised.*] Horatius 1. Serm. Satyr. 1: at hunc liberta securi Divisit medium fortissima Tyndaridarum. Modestinus: Libertis libertabusq; meis, libertum libertæ testatoris non contineri.

Lībertīnūs, ni, m. f. cujus antitheton est Ingenuus, *ἀπελεύθερος, ἐξελεύθερος.* Libertus ad patronū refertur. Per libertinū enim significamus conditionem hominis, sicut per ingenuum: per libertum verò privatum quendam respectu ad patronum. Plaut. in Milite: Ingenuam, an libertinam? Propriè itaq; libertini dicūtur, qui ex libertis procreati sunt: hoc est, qui ipsi quidem nunquam servierunt, sed quorum parentes, antequā filii nascerentur, è servitute manu emissi sunt. Cic. 4. Philip. Ipse ex libertini filia suscepit liberos. ¶ Postea tamen Libertinorū, & Libertorum vocabula in eadem significatione usurpari cœperunt, pro iis scilicet, qui post justam servitutem libertatem essent consecuti. Quod manifestissimè ostendit Suetonius in Claudio his verbis: Ignarus temporibus Appii & deinceps aliquandiu, libertinos dictos, non ipsos qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos.

Līběro, beras, act. p. Manumitto, & ex servo libertū facio, libertate dono, in libertatem traduco. [חפשי *chippesh* הוציא *hoziji* לחפשי *lachophshi.* *ἐλευθερόω, ἀπολυτρόω.* Gal. *Delivrer, mettre en liberté.* Ital. *Liberare, donare la libertà.* Ger. Freyen/ledigen/erlösen. Belg. Vrÿ maken/verlossen. Hisp. *Librar de fervidumbre o peligro.* Pol. *Wyzwalam, wybawiam.* Vng. *Meg szabaditom.* Ang. *To enfranchise and set at libertie, to deliver.*] Propriè heri est, qui servū de potestate sua emittit. Nonnunquā tamen & servus se liberare dicit̃, cū ex fœderato populo sit. Cic. 1. de Orat. Siquis apud nos servisset ex populo fœderato, seseq; liberasset. ¶ Aliquādo forēse verbū est, idē significans quod absolvo, & ab actione intētata liberū judico. *ἀφίημι.* Cic. pro Cluent. Iudices hūc quē jam bis condemnatum acceperāt, liberarūt. Idē 4. Verr. Qui Sopatrū eodē illo crimine liberarāt. ¶ Preterea generale verbū est significans, ex molestia, damno, vel periculo eripio. Cic. Att. Ne tu me sollicitudine magna liberaris. Liberare fidem, est præstare promissum. Cic. pro Flac. Ipso tamē Fusiis satisfacit absentibus, & fidē suā liberat. Liberare se ære alieno, est creditam pecuniā creditori numerare. Cic. ad Att. lib. 6: Ita multæ civitates ære alieno liberatæ, *&c.* Liberare itē debitorē dicit̃ creditor, aut ejus hæres

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

quom quod sibi debebatur, ei acceptum refert. Papin. l. Quũ hæres. ff. de Liberat. legat. Quum hæres rogatur debitorem suum liberare, de eo tantùm cogitatum videtur quod in obligatione mansit. Paulus l. Legavi Titio. ff. eodem titulo: Si is cui Titius debebat, debitum ei remittere voluerit, nihil interest hæredem suum jusserit, ut eum liberaret, an prohibeat eum exigere: utroq; enim modo liberandus est debitor, & utroque casu competit ultrò ad liberandum debitorem actio.

Lĭbĕrātor, liberatoris, m. t. Vindex libertatis. [מושיע moschiá, מציל matsil מפלט mephallét. ἐλευθερωτής. Gall. *Qui deliure & met en liberté.* Ital. *Liberatore, chi mette en libertà.* German. Ein erlöser. Hisp. *El que libra.* Polon. Wyzwalacz, wybawiciel. Vngar. *Szabaditó.* Ang. *He that delivereth and setteth at libertie.*] Cicer. ad Attic. Patriæ liberatores urbe carebant ea, à cujus cervicibus jugum servile dejecerant. Idem alibi: Romæ nostri liberatores tutò esse non possunt.

Lĭbĕrātĭo, nis, f. t. Actus liberandi, dimissio, absolutio. [הצלה hatsalah, פלטה peletah. ἐλευθέρωσις, ἀπόλυσις, ἄφεσις, ἀπαλλαγή. Gall. *Deliurance.* Ital. *Liberatione.* German. Erlösung, erledigung. Hispan. *Libramiento.* Polon. Wyzwolenie. Vngar. *Szabaditás.* Ang. *An enfranchising, or setting at libertie.*] Cicero in Pison. Reorum acerbissimæ damnationes, libidinosissimæ liberationes. ❡ Accipitur præterea liberatio pro acceptilatione, quæ à Græcis ἄφεσις dicitur, sive pro absolutione à nexu. Vnde Titulus est in Pand. de liberatione legata.

Lĭbĕr, bri, priore corr. m. t. Propriè corticis genus est tenuius, quod in phillyras plures dividi potest: cujusmodi erant quæ papyris in Aegypto detrahebantur, chartæq; usum præbebant. [קליפה kelipah. φλοιός. Gall. *Escorce d'arbre.* Ital. *Scorza d'albero.* Ger. Bast/die inner baum rinden. Belg. Schorse. Hispan. *La corteza del arbol.* Pol. *Kora z drzewa, na ktorej przed wynalezieniem papieru pisano.* Vng. *Ja héy.* Ang. *The barke of a tree.*] Cicer. 1. de Nat. deor. Trunci obducuntur libro aut cortice, quò sint à caloribus & frigoribus tutiores. Plin. libr. 13. cap. 11: Palmarum foliis primò scriptitatum: deinde quarundam arborum libris. Indifferenter tamen pro quovis cortice positum invenitur. Col. li. 5. cap. 10: Ita librum arboris inolescere finito. Virg. 10. Aegl. Nec si quum moriens alta liber aret in ulmo. Idem 2 Georg. huc aliena ex arbore germen, Includunt udoq; docent inolescere libro. Et quoniam libri: hoc est, tenuiores arborum cortices, chartæ olim usum præbebant, codices quoque qui ex iis compaginari solebant, libri. [ספר sépher. βιβλίον. Gall. *Liures.* Ital. *Libri.* German. Bücher. Hispan. *Libros.* Pol. *Księgi.* Vngar. *Könyv.* Ang. *A booke.*] dicti sunt: obtinuitque usus ut quamvis mutata re, aliisq; jam inventis chartarum generibus priscum tamē manserit nomē, libriq; dicantur qui ex pluribus concinnati sunt chartis, ex quacunq, materia præparatis. Iidē & codices dicūtur, ab arborū caudicibus, ex quibus antiqui tabulas ligneas ad scribendi usum solebant conficere, easq; cera obducere. Cic. Att. Demetrii librum de concordia tibi remisi. ❡ Quādoq; tamen libros vocant operis alicujus partes, certasq; segmenta, in quæ totū opus distinguitur. Græci λόγους, τόμους, & βιβλία appellant: ut Virgilii Aeneida in XII. libros distinctam esse dicimus. ❡ Liber præterea ponitur pro *inventario*, ut vulgò dicitur, sive *registro*, quod & *repertorium* dicitur. Cic. 5. Verr. Misit literas ad Carpinatium, quas ego Syracusis apud Carpinatium in literarum allatarum libris, Romæ in literarū missarum apud Tullium magistrum familiarem tuum inveni. Budæus. ❡ A' liber, quādo corticem significat, fit verbum Delibro, penult. corrept. quod est corticem detraho. ἀποφλοιίζω, ἀποφλοιῶ. Vide suo loco.

Lĭbellŭs, li, m. f. Parvus liber. [γραμματίδιον, βιβλίον. Gall. *Vn liuret, petit liure.* Ital. *Libretto.* Ger. Ein büchlin. Belg. Een boecken. Hisp. *Librillo.* Pol. *Książeczka.* Vng. *Könyvetske.* Ang. *A litle booke.*] Martial. lib. 14: Omnis in hoc gracili Xeniorum turba libello Constabit numis quatuor empta tibi. ❡ Aliquādo veteres usi sunt pro epistola sive tabella. Brutus ad Cic. li. 11: Ne de Planco quidem spem adhuc abjecit, ut ex libellis ejus animadverti. ❡ Inde libelliones dicti sunt, de quibus infrà. ❡ Libelli etiam dicuntur quod vulgus *supplicationes, ἱκετηρίας*, appellat: quos Martial. Supplices libellos nominavit illo hendecasyllabo: Idē supplicib. vacat libellis. Tales enim principibus dari solent ad negotia explicanda à subditis, in quibus petitiones continentur. Suetonius in Cæs. pro eodem sine addito dixit libellum, Libellumque indicem insidiarum, ab obvio quodam porrectum, libellis cæteris, quos sinistra tenebat. quasi mox lecturus conimiscuit. ❡ Libellus ponitur etiam pro commentario, quam *memoriam* vulgò vocant. Quintil. libr. 12. cap. 8: Pessimæ verò consuetudinis est libellis esse contentum, quos cōponit aut litigator, qui confugit ad patronum, aut alii ex genere advocatorum. Quo in loco, teste Budæo, libellus accipitur pro scripto memoriæ causa parato, pro quo etiam libellum memorialem dicimus. Suetonius in Iul. Cæs. Epistolæ quoq; ejus ad Senatū extant, quas primùm videtur ad paginas & formā memorialis libelli convertisse. ❡ A' Cicerone autem ad Attic. Libellus mandatorum dicitur, in quo memoriæ causa, quæ alicui mandantur, sive injunguntur, sunt perscripta. ❡ Libellus etiam, eodem Budæo teste, dicitur Epistola assertoria, quam vulgò *certificationem* vocamus: ut quas vectigalium & tributorum immunes ad publicanos destinare solent, ne pro vectura res suas advehentes, importantésve inhibeant. Paul. in l. si Publicanus. ff. de Publican. Significēt, *inquit*, id, libello manu sua subscripto, eumque ad publicanum mittant. ❡ Est & libellus mensuræ genus. Cato de Re rust. cap. 15: Parietes villæ si locet in pedes, centum: id est, pedes denos quoquoversum, habeat libellum in pedes quinos, *&c.* ❡ Dicitur quoque libellus scripti genus, quo aliquis in judicium vocatur. Plantus in Curc. Vbi tu es qui me bello Venereo citasti? ecce me sisto, ades cōtrà. ❡ A' libellis autem ministri illi esse dicuntur, qui principi in hoc negotio subserviunt, ut supplices libellos accipiant, evolvant, iisque respondeant. Suetonius: Epaphroditum à libellis capitali pœna condemnavit. ❡ Libellos proponere, est scriptum aliquod in locis publicis affigere, quibus notū aliquid omnibus fit. Cic. pro Quintio: De quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem certè, tacitè, obscurèq; conceditur. ❡ Libellos signare, sive subnotare dicitur is, qui libellis supplicibus, quas vulgus *requestas* vocat, respōdet. Plin. in Epistol. Sedeo pro tribunali, subnoto libellos, conficio tabulas. Pro eodem legitur & libellos agere: ut in l. scriptum. de Distract. pign. Rescriptum est ab imperatore, libellos agente Papiniano: id est, Papiniano libellis apud Imperatorem præfecto. ❡ Apud Leguleios libellus diversis modis dicitur. Nam est libellus accusationis, conventionis, repudii, & hujusmodi. [illegible]

Lĭbellŭlŭs, diminutivum à libellus. βιβλίδιον. Hieronymus: In præsenti libellulo edoceat.

Lĭbellĭo, onis, masc. m. t. A' veteribus dicebatur quem nos *Tabellionem* vocamus. [סופר sophér. γραμματοφόρος. Gall. *Porteur de lettres, notaire.* Ital. *Porta lettere, notaio.* German. Ein Bot/oder Brieffträger. Hispan. *Mensajero, escrivano.* Polon. *Posel.* Vngar. *Leuel hordozo, könyv iro, (avagy) deák.* Angl. *A caryer of letters, a noter.*] Varro: Tum ad me ferunt, quòd libellionem esse sciebant. ❡ Accipitur interdum pro librario qui libros scribit, & vendit. Stat. 4. Syl. Sed Bruti senis oscitationes, De capsa miseri libellionis, Emptum plus minus asse Cajano, Donas.

Lĭbrārĭŭs, a, um, Quod ad libros pertinet: [βιβλιακός. Gall. *Qui appartient à liures.* Ital. *Ciò che s' appartiene à libri.* Ger. Das zu den büchern gehört. Hisp. *Cosa pertenesciente à libros.* Pol. *Stroią księgami, do ksiąg przynależący.* Vngar. *Könyvhöz való.* Ang. *Belonging to bookes.*] ut, Atramentum librarium, quo libri scribuntur: quemadmodum sutorium, quo coria: & tectorium, quo parietes denigrantur. Plin. lib. 35. cap. 6: Omne autem atramentum Sole perficitur, librarium & tectorium glutino admisto. Taberna libraria, in qua libri venales prostant. βιβλιοπωλεῖον. Cic. 2. Philipp. Quum tu illum in foro spectante populo Romano gladio stricto insecutus es: negotiumq; transegisses, nisi ille se sub scalas tabernæ librariæ conjecisset.

Lĭbrārĭŭs, rii, substantivum, m. f. Qui libros manu sua mercede describit [βιβλιογράφος. Gal. *Libraire, escriuain de liures.* Ita. *Copiatore, copista.* German. Ein Buchschreiber / der umb lohn bücher schreibt. Hispan. *Librero ò el escrivano que escrive los libros.* Polon. *Ten ktory pisze ale iz księgi przepisuie.* Vng. *Könyv iro, könyv áros.* Ang. *A scrivener, a booke writer.*] nam qui eos vendit, Græco nomine *bibliopola* dicitur. βιβλιοπώλης. Cicer. pro leg. Agrar. Aliquando tandem me designato, lex in publicum proponitur, concurrūt jussu meo plures uno tempore librarii, descriptam legem ad me afferunt. Livius 8. bell. Maced. in L. Scipione malim equidem librarii mendum quàm mendacium scriptoris esse in summa auri atque argenti. Horat. in Arte: Vt scriptor si peccat, idem librarius, usque Quanvis est monitus, venia caret. Plin. lib. 7. cap. 25. de insigni memoria Iulii Cæsaris: Epistolas verò tantarum rerum quaternas pariter librariis dictare, aut si nihil aliud ageret, septenas.

Lĭbrārĭŏlŭs, li, diminutivū à librārio, m. f. [γραμματοδιδάσκαλος. Gal. *Petit libraire ou escriuain de liures.* Ital. *Picciolo libraio ò scrittore de libri.* German. Ein Buchschreiberlin. Hispan. *Pequeño librero ò escrivano de libros.* Polon. *Pisarzyk ksiąg.* Vngar. *Könyv irotska, áros fotska.* Ang. *A litle scrivener or writer of bookes.*] Cicero ad Att. lib. 4: Et jam velim mihi mittas de tuis librariolis duos: quibus Tyranno utatur glutinatoribus. Idem 1. de Legib. Cujus loquacitas habet aliquid argutiarum: nec id tamen ex illa erudita Græcorum copia sed ex librariolis Latinis.

Lĭbrārĭă, æ, substantivum, f. p. Taberna in qua libri prostant. [βιβλιοπωλεῖον. Gall. *Libraire, bibliotheque.* Ital. *Libraria.* German. Ein Buchladen. Hisp. *La libreria de libros.* Pol. *Libraria, księgarnia.* Vng. *Könyv árulo műhely.* Ang. *A shope wherein bookes are sold.*] Gell. lib. 5. ca. 4: Apud Sigillaria forte in libraria ego & Lucius Paulus poëta, vir memoria nostra doctissimus, cōsederamus.

Librārium, rii, n. s. Theca est, sive scrinium quo libri continentur. [τὸ βιβλιοφυλάκιον. Gall. Vn garde livres, ou registre, ou bien gros registre. Ital. Cassa ò altro luoco da guardare i libri. German. Ein Büchkammer/liberey. Hispan. Cruesso registro, lugar para gardar libros. Polon. Libraria. Vngar. Kónyv tartó hely. Ang. A chest to keep bookes or any lik thing.] Cic. pro Domo sua: Exhibe, quæso, Sexte Clodi, librarium illud legum vestrarum, quod te ajunt eripuisse è domo, & ex mediis armis, turbaq; nocturna, tanquam Palladium, sustulisse.

Lĭbet, verbum impersonale, idem significans quod Placet: à labendo (ut Varro inquit) quòd quæ placent in mentem prolabantur. [יאות jaath. δοκεῖ, ἐπέρχεται. Gall. Il plait. Ital. Piace. Ger. Es geliebt mir/es gelust mich. Belg. Het believe/het lust. Hisp. Antoja, ò plaze. Polon. Podoba mi sie. Vngar. Kell. Ang. It pleaseth, it lyketh well.] Duo habet præterita, libuit, & libitum est. Plaut. in Pseud. Cur id ausus facere? B. Libuit: id est, sic volui, sic placuit mihi. Idem in Asinaria: Siquid te volam, ubi eris? L. Vbicunque libitum erit animo meo. ¶ Hinc fit Collibet, penult. correpta, vel Collubet, collibuit, collibitum est, collibere, idē quod libet. Terentius in Evnuch. Siquid collibuit, novi te. Columella libro 11. cap. 1: Facturus mox, si collibuisset, quod nunc aggredior.

Lĭbens, tis, Volens, voluntarius, gaudens. [רבה נדיב nadhib rabbah. ἐθελοντής, ἑκών. Gall. Qui volontiers & de son bon gré fait quelque chose, volontaire. Ital. Chi fa da se & volontieri, facile. Ger. Gutwillig/gern. Hispan. Aplazible y de buena gana. Polon. Rarzy rad. Vngar. Keduem, akaratom szerent. Angl. Willing, that hath a good will to do any thing.] Cicero ad Atticum libro 10: Si vera sunt, ignosces: si falsa, me libente eripies mihi hunc errorem. Idem pro Cluent. Eamq; animis vestris aut libentibus, aut æquis remittatis. Liv. libro 9. belli Pun. Vt modicas injurias nō æquo animo pati, sed propè libenti videri possent. Cicero ad Att. lib. 4: Illam porticum redemptores statim sunt demoliti libentissimis omnibus.

Lĭbens, autore Donato, interdum adverbii significatione ponitur pro libenter. [ἀσμένως. Vn örömest.] Terent. in Andr. Fugin' hinc? B. Ego verò ac libens.

Lĭbentĕr, Non gravatè, æquo gratoque animo. [ἑκουσίως, ἀσμένως. Gall. Volontiers, de bait. Ital. Volontieri. German. Gern. Hispan. Plazentera y gozosamente. Polon. Zchecia. Vngar. Örömest. Angl. Willinglie, with a good will.] Cicero 4. Academ. Itaque quum aliud diceret atque sentiret, libenter uti solitus est ea dissimulatione, &c. Horat. 2. Epist. Dicit enim citiùs meminitq; libentiùs illud: Quod quis deridet, quàm quod probat, & veneratur. Libenter vivere, & cœnare, autore Donato, est bonorum ciborum edacem esse. Terentius in Evnucho: -tu hercle cum illa Phædria Et libenter vivis: etenim bene libenter victitas.

Lĭbentĭa, æ, f. p. Voluptas, illecebræ. [עדנה רצון ratson. hedhnah. ἡδονή. Gal. Volupté. Ital. Voluptà. German. Wollust. Hispan. Deleyte. Polon. Roskosz. Vngar. Testi gyönyörüseg. Angl. Will, plesure.] Gell. lib. 15. cap. 2: Cui libentiæ, gratiæq; omnes conviviorum incognitę sint.

Lĭbīdo, penultima producta, genitivo libidinis, f. t. Cupiditas, extraordinarium desiderium. [עגבה haghbah. תאוה taavah. ἐπιθυμία, ἀσελγεία. Gall. Plaisir, volupté desordonnée, appetit desreiglé, paillardise. Ital. Libidine, appetito disordinato di lussuria. German. Mutwill/ein jede ungezeumpte und unordentliche begierd. Belg. Wellust. Hispan. Gana, antojo, luxuria. Polon. Wszeteczność. Vngar. Buyiasag. Ang. Lust, sensualitie, unlawfull appetite or will.] Ferè semper in deteriorem partem accipitur. Plautus in Epid. Nequam es homo Epidice, cui libido est malè loqui. Tametsi verò multarum rerum libidines sint, tamen quum libido dicitur, neque cujus rei libido sit, additur, non ferè solet animo occurrere nisi illa qua obscœnę partes corporis excitātur. Cic. 4. Tusc. Voluntas est quæ quid cū ratione desiderat: quæ autem adversus rationem incitata est vehementiùs, ea libido est, vel cupiditas effrænata quæ in omnibus stultis invenitur. Salust. in Catilin. medium vocabulum esse ostendit, quòd tàm in meliorem, quàm in deteriorem partem accipi possit: hoc est, pro voluptate tàm honesta, quàm inhonesta. Magisque (inquit) in decoris armis, & militaribus equis, quàm in scortis, & conviviis libidinem habebant. ¶ Libido nauseæ: id est, cupiditas vomendi. Cato capite 156: Vbi libido veniet nauseæ, cumque apprehendet, decumbat, purgetque sese.

Lĭbīdĭnōsus, sa, sum, Qui in libidinem propensus est, venereus, salax. [עגב hogheb. ἀσελγής, ἀκόλαστος, λάγνος, ἀφροδισιακός. Gall. Impudique, suiet à son plaisir, desordonné, adonné à paillardise. Ital. Lussurioso, libidinoso. German. Geil/mutwillig/bösen gelüsten ergeben. Hispan. Luxurioso. Polon. Wszeteczny. Vngar. Buyialkodo. Ang. Lustfull, bent to plesour.] Cicero de Senect. Libidinosa enim & intemperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti. Plinius libro 11. cap. 39: Libidinosiores hominum quoque hircos colligens. Quintil. libro 6. cap. 4: Libidinosior es quàm ullus spado. Libidinosas sententias Cicero pro domo sua dixit, quæ pro libidine cujusque feruntur. Libidinosæ dapes, dicuntur exquisitæ, & curiosæ. Columel. in præfat. libri 10: Mox quum sequens, & præcipuè nostra ætas dapibus libidinosis pretia constituerit, &c.

Lĭbīdĭnōsissĭmus, superl. [Pol. Zbytnie wszeteczny. Vng. Igen buyia, fertelmes.] Lampridius in Heliogabalo: Vasa nonnulla schematibus libidinosissimis inquinata.

Lĭbīdĭnōsē, adverbium, Impotenter, crudeliter, & pro animi libidine. [ἀκολάστως. Gall. Impudiquement, d'un appetit desordonné. Ital. Crudelmente. German. Mutwilligklich. Hispan. Luxuriosamente. Pol. Wszetecznie. Vngar. Buyialkodua. Ang. Voluptuously, with an immoderat lust.] Salustius in Iugurth. Post ubi paulatim licentia crevit, juxta bonos & malos libidinosè interficere. Cic. 1. Verr. Vt quę ille libidinosè, quæ nefariè, quæ crudeliter fecerit. Idē 1. Offic. Caveatq; nequid libidinosè aut faciat, aut cogitet. Liv. lib. 3. ab Vrbe: Abstinebatur à patribus, in humiliores libidinosè, crudeliterq; consulebatur.

Lĭbīdĭnŏr, aris, d. p. Libidinem perago, voluptati indulgeo. [עגב hagbah. ἀσελγαίνω. Gall. S'adonner à paillardise. Ital. Darsi alla lussuria. Ger. Mutwillen und geilheit treiben. Hispan. Luxuriar. Pol. Wszetecznosci patrze. Vn. Buyialkodom. Ang. To give him self to sensualitie or lust.] Suetonius in Nerone, cap. 28: Olim etiam quoties lectica cum matre veheretur, libidinatum incestè, ac maculis vestis proditum affirmat.

Libidinosus, Libido. Vide LIBET.

Lĭbĭtīnārius, narii, m. s. Propriè dicitur is, qui locat aut vēdit ea, quæ ad pompam funebrem sunt necessaria, vel qui curam habet perficiendorum funerum. [νεκροθάπτης, ταφεύς. Gall. Celuy qui fait mestier d'ensevelir les morts, & faire sepultures & funerailles. Ital. Colui che vende, ò presta à prezzo, & da à nolo quelle chose appertiene alla pompa di morti. Germ. Der die ding so zu einer begrebnuß von nöhten sind / zurüstet / versihet oder verkaufft: ein Todtengräber. Hispan. El que apparaja cosa del mortuorio. Pol. Ten ktory dla pogrzebu potrzebi gotuie y przedaie, grabarz. Vng. Halot temetöne valo szükséges dolgoknak árosa. Angl. He that selleth which be needfull for buriales.] Tractum est nomen à Libitina dea, in cujus æde asservabantur ea, quæ ad instructionem funebris pompæ crāt necessaria. Vlpian. l. Quicunque. ff. de Institor. action. Sibi libitinarius, quem Græci νεκροθάπτην vocant, servum polinctorem habuerit, isque mortuum spoliaverit, dandam in eum quasi institoriam actionem. Ex quibus verbis patet, libitinarium munus honestius fuisse, quàm polinctoris. Habebant enim libitinarii domi suæ servos, quorum opera utebantur ad polinciendā: hoc est, ad abluenda, ungenda, & consuenda cadavera. Itaque & polinctores vocabāt, à polinendis cadaveribus. Designatores autem dicebantur, qui pompam funebrem instruebant, & cuique incedendi præscribebant locum: quos Græci βραβευτὰς appellant. De quibus latiùs suis locis. Seneca de benefic. An tu Aruntium, & Atcium, & cæteros, qui captandorum testamentorum artem professi sunt, non putas eadem habere, quæ designatores & libitinarios, vota?

Libium. Lege Iuniperus parva.

Libo, as, act. p. Leviter degusto, & quasi primis labris attingo. [נסך nasach. λείβω. Gall. Gouster d'une chose, seulement mouiller seulement ses levres. Ital. Gustare leggiermente, assaggiare. German. Bloß versuchen/mit den läfftzen antupffen. Belg. Lichtelijcken versuchen. Hispan. Gustar. Polon. Kosztuie. Vngar. Meg kostolom. Ang. To tast.] Sunt qui libare dictum putant, quasi labiare: quum tamen constet verbum esse Græcum. Illi enim dicunt λείβω, quod nos, ει diphthongo in i longū commutata, vertimus libo. Virgilius libro 4. Georgic. Purpureosque metunt flores, & flumina libant. ¶ Quandoq; ponitur pro leviter tango. Virgilius 2. Aeneid. Oscula libavit gnatæ. ¶ Quandoque pro sacrificare. ἀποθύω, ἢ ἀποσπένδω. Virgil. 3. Aeneid. -tendoque supinas Ad cœlum cum voce manus, & munera libo, Intemerata focis. Cic. libro 2 de Legib. Certasque fruges, certasque baccas sacerdotes publicè libanto. ¶ Aliquando ponit pro decerpo, excerpo, & colligo. Autor ad Herenn. lib. 4: Vide ne facias impudēter, qui tuo nomine velis ex aliorum laboribus libare laudem. Cicero libro 5. Tusc. Sed à te impetrare libenter velim, nisi molestum sit, quoniam nulla vincula te impediunt ullius certæ disciplinæ, libasque ex omnibus quodcunque te maximè specie veritatis movet. ¶ Hujus verbi composita sunt, Delibo, prælibo, prolibo, penultima producta.

Lĭbātus, participium, Decerptus. [נסוך nassuch. λειφθείς. Gall. Gousté, extrait ou cueilli. Ital. Gustato, scelto. German. Gesammlet/abgelesen. Hispan. Gustado, cogido. Polon. Zebrany. Vngar. Meg kostoltatot. Angl. Tasted, taken out of.] Cic. lib. 1. de Divin. Naturale quod animus arriperet, aut exciperet extrinsecus ex divinitate, unde omnes animos haustos, aut acceptos, aut libatos haberemus.

Lĭbāmĕn,

Lĭbāmĕn, inis, n.t. Libamentum, ti, & Libatio, onis pro eodem sumuntur, significantque quicquid in sacris libatur: à Libero patre (ut nonnulli putant) qui primus Iovi libavit. [נסך nésech, λοιβή, σπονδὴ, σπονδή. Gal. Ce qu'on offre en sacrifice. Ital. Cosa offerta in sacrificio. Ger. Ein Opffer. Hisp. Cosa offrida en sacrificio offrenda. Pol. Kredencowanie, offiara. Vngar. Kostolás. An. A sacrifice, any thing tasted and sacrificed.] Ovidius lib. 3. Fast. Nomine ab authoris ducunt libamina nomen. Liber enim qui Bacchus dictus est, quum victor de Scythis, aliisq; nationibus extitisset, rerū primitias magno Iovi obtulit. Verisimiliùs tamen videtur, hæc omnia deducta esse à verbo Græco λείβω. Cicero 1. de Legibus: Quod tempus ut sacrificiorum libamenta serventur, fœtusque pecorum, quæ dicta in lege sunt, diligenter habenda ratio intercalandi est. Plinius libro 37. cap. 10: Prætereà in aras addita ea, traditur libamenta non amburi. Virgil. 6. Aeneid. Ignibus imponit sacris libamina prima. Valerius Flac. 1. Argon. pingui cumulat libamine flammam. Stat. 3. Syl. Hæc ego nascentes lætus bacchatus ad aras Libamenta tuli. Vide DE LIBO.

Lĭbātĭo, f.t. Libamentum, degustatio quæ in sacrificiis fieri solebat. [נסך nésech, λοιβή, σπονδή. Gal. Offrande ou offerte qui se fait à Dieu, sacrifice. Ital. Offerta che si fa à Dio, sacrificio. Ger. Opfferung/ versehung. Hisp. Offrenda que se haze à Dios, sacrificio. Pol. Zkosztowanie przed ofiara. Vng. Kostolás. Ang. A tasting in sacrifices.] Cicero de Arusp. responsis: Te appello Lentule, tui sacerdotii sunt tensæ, curricula, præcentio, ludi, libationes, epulæque ludorum.

Lībum, bi, n.s. Genus dulciarii cibi, ex farre, caseo, melle, & oleo. [חלה challáh, ψαιστὸν. Gal. Vn gasteau ou vne tarte. Ital. Focaccia, torta. Ger. Ein gattung eines süssen Kuchens/ ein Opfferkuch. Hisp. Torta. Pol. Kołacz miodowy. Vng. Mézes feytes bélés. Ang. A wafer made of cleane wheat with hony and oile.] Virgilius lib. 7. & adorea liba per herbam Subjiciunt epulis. Dictum est autem libum à verbo Græco λείβω, quod nos mutata ει diphthongo in i longum, dicimus libo. Solent enim liba sacrificiis adhiberi. Alii volunt à Libero patre dictum esse libum: quod etiam indicat Ovidius libro 3. Fast. Liba deo fiunt, succis quia dulcibus ille Gaudet, & à Baccho mella reperta ferunt. Et paulò pòst: Melle pater fruitur, liboque infusa calenti Iure repertori candida mella damus. Quo pacto autem fieri soleat libum, docet Cato de Re rustica, capite 75, his verbis: Libum sic facito: Caseum bene disterere in mortario: ubi bene triveris, farinæ siligineæ libram, aut si voles tenerius esse, selibram similaginis solùm eodem indito, permisceteque cum caseo bene: ovum unum addito, & permisceto unà bene. Inde panem facito, & folia subdito: in foco calido sub testa coquito leniter.

Lībră, libræ, f.p. Quæ & As, & Mina, seu Mna & pondo dicitur, duodecim constat unciis. [מנה manéh, λίτρα. Gal. Vne liure. Ital. & Hisp. Libra. Ger. Ein Pfund. Belg. Een Pondt. Pol. Funt. Vng. Font, (anagy) mérték. An. A pound weight.] Libra tamen unciarum varietatem accepit, pondo semper idem fuit. ¶ Erat prætereà libra apud Romanos mēsuræ genus, constās ex duodecim partibus æqualibus, quas similiter uncias vocabant. Hanc autem mensuram ad differentiam ponderis, libram mensuralem vocabant, vel libram mensuram: alteram autem qua res appenduntur: hoc est, pondus ipsum, Libram ponderalem, vel libram pondo. Erat autem libra mensuralis, teste Galeno lib. 1. de Compos. medicament. mensura cornea qua oleum admetiebātur Romani, intersecta lineis quibusdā dividentibus ipsam in duodecim partes. ¶ Hujus verò libræ pars duodecima: hoc est, interstitium inter duas lineas, uncia vocabatur. ¶ Porrò quantum differat libra mensuralis in pondere à libra ponderali, docet idem Galenus ejusdem operis libro 6, ostendens libram mensuralem, æqualem, esse decem unciis ponderalibus: hoc est, duabus unciis minorem esse libra ponderali. Corneis autem mensuris oleum apud Romanos vendi consuevisse, ostendit etiam Horatius libro 2. Serm. Satyr. 2: Ac nisi mutatum parcit diffundere vinum: &, Cujus odorem olei nequeas perferre (licebit Ille repotia, natales, aliósve dierum Festos albatus celebret) cornu ipse bilibri Caulibus instillat, veteris non parcus aceti. ¶ Propriè autem libra, instrumētum est quo res ponderantur, duas habens lances, ex quarum depressione, vel elevatione justum rei pondus deprehenditur. Vnde etiam bilancem vocant. Cicer. 5. Tusculan. Quo in loco quæro quam vim habeat libra illa Critolai, qui quum in alteram libræ lancem animi bona imponebat, in alteram corporis externa, tantum propendere illam boni lancem putat, ut terram & maria deprimat. Persius Satyr. 4: Scis etenim justum gemina suspendere lance Ancipitis libræ. Cicero libro 5. de Finibus: Virtutis autem amplitudinem quasi in altera libræ lance ponere. Statera verò instrumentum quo res sine lancibus ponderantur. ¶ Est & libra cœleste signum, quod Cæsaris ætate octavo, hodie decimotertio Calend. Octob. Sole ipsum ingrediente, æquinoctium facit autumnale. Virg. 1. Georg. Libra die, somniq; pares ubi fecerit horas. Plinius lib. 18. cap. 25: Alterumq; æquinoctium libræ. Ovid. 4. Fast. Pendula cœlestes libra movebat aquas. Seneca Hercul. furen. Libra Phœbeos tenet æqua currus. ¶ Libra etiam instrumentū est fabrile, seu potiùs geometrica machina, qua exploramus altitudinem maris, fontiū, lacuum, vel fluviorum, num scilicet altiora sint eo loco quò ea ducere constituimus. Quanquam etiam non rarò Libræ vocabulum usurpamus pro ipsa altitudine, quam machina hujusmodi deprehendimus. Vnde lacum dicimus esse pari libra cum mari: id est, æquali altitudine. Item fontem dicimus esse infra libram montis, cujus scaturigo monte est inferior. Columella lib. 8. cap. 1: Sin autem locus ubi vivarium constituere censemus, pari libra cum æquore maris est, in pedes novem defodiatur piscina. Et paulò pòst: Quoniam modus ille aquæ jacentis infra libram maris non aliter exprimitur, quàm si major recentis freti vis incesserit. ¶ Idem instrumentum & libella appellatur per diminutionem. Columella lib. 8. cap. 1: Hos autem meatus fieri censemus per imam concepti partem, si loci situs ita competit, ut in solo piscinæ posita libella septem pedibus sublimius esse maris æquor ostendat. ¶ Ponitur quoq; pro libramento. Plin. li. 10. cap. 36: Contra flatus quoq; pervicax libra Bononiensibus calamis.

Lĭbellă, bellæ, diminutivum, f.p. Stater, instrumentum quo ponderamus. [פלס péles מאזנים mozenáim, ζυγὸν. Gall. Balance. Ital. Bilancia. Ger. Ein wägen. Hisp. Balança. Pol. Wagki. Vng. Mértékserke, fontotska. Ang. A balance.] ¶ Aliquando pro pondere duodecim unciarum. [מנה manéh, λίτρα. Gall. Le poix d'vne liure. Ital. Peso di vna libra. Germ. Ein gewicht zwölffer unzen/ ist das alt Römisch pfund/ thut unserer gewicht 24. lot. Hisp. El peso di vna libra. Ang. A pound weight.] ¶ Aliquando etiam pro numulo argenteo qui & as dicitur. Cicer. 4. Verr. Ecquis Volcatio, si sua sponte venisset, unam libellam dedisset? Libellam pro asse dixit, quòd libram æris valebat: id est, assem. Quum autem minimam pecuniam significare volebant, assem & libellam dicebant. Plautus in Captivis: At ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis. Libella argenti ideo dicitur, quòd numulus erat argenteus decima pars denarii. Cicer. ad Attic. libro 7: Fecit palàm te ex libella, me ex teruncio hæredem, nimirum. ¶ Libella etiam est fabrile instrumentum quod nostrates, autore Budæo, Nivellam appellant. [אנך anách, ἢ στάθμη, ἢ μολυβδὶς. Gall. Vn niueau, vn plomet. Ital. Piombino da giustare. Ger. Ein richtscheyt oder bleywag. Hisp. El nivel para nivelar.] Plin. lib. 7. cap. 56: Fornicem autem, & libellam, & tornum, & clavē Theodorus Samius invenit. Idem lib. 36. cap. 22: Structuram ad normam, & libellam, & ad perpendiculum respondere oportet.

Lībrālĭs, & ale, om.t. Quod est unius libræ. [λιτραῖος. Gall. D'vne liure. Ital. D'vna libra. Ger. Pfundig. Hisp. Cosa de peso de vna libra. Pol. Funtowi. Vng. Egy fontni. Ang. That is a pound weight.] Plin. lib. 19. cap. 2: Excedunt sæpè magnitudinem mali cotonei, etiam librali pondere. Librales offæ, quæ libræ unius pondus exæquant. Colum. lib. 6. cap. 2: Post hæc diductis malis, educito linguam, totumq; eorum palatum sale defricato, libralesq; offas in præsulsæ adipis liquamine tinctas, lingula demittito.

Lībrārĭŭs, ria, rium, à Libra, Quod est ponderis unius libræ. [λιτραῖος. Gall. De liure. Ital. De libra. Ger. Das eines pfunds ist. Hisp. De libra. Pol. Ieden funt wazacy. Vng. Egy fontni nehez. Ang. Of a pound weight.] Columell. lib. ultim. cap. 53: Cato in libraria frusta cōciditur. Hoc est, quorum singula singulas libras pondere adæquarent.

Lĭbrārĭă, à libra, Quo nomine significatur ancilla, quæ præficitur partiendis pensis. [Polon. Szafarka ktora do przedzenia rozdawa. Vngar. Sáfárló lean.] Iuven. Satyr. 6: - si nocte maritus Aversus jacuit, perit libraria, ponunt Cosmetæ tunicas.

Lĭbrīlĕ, pen. prod. Scapus libræ, inquit Festus: hoc est, trabs illa transversa, ex qua lances dependent. [ζυγὸς, σταθμὸς. Gal. La brayette d'vne balance. Ital. Il fondo di vna ballanza. Germ. Das joch/ oder oberzwerch ding daran die wag hangt. Hisp. Astil de la balança. Pol. Zelasko u wagi przeczne. Vng. Mérték szolos, (anagy) áltál, vezető az kerbi szu gnek az serpenyők. Ang. The beame of the balance.]

Lībrĭpēns, dis, m.t. Antiquitus dicebatur, qui ante argentum signatum, quum Romani adhuc ære gravi uterentur, ex libra pendebat ænea, unde & libripens dictus est. [ζυγοστάτης. Gall. Qui pese tenant la balance. Ital. Che pesa tenendo in mano la bilancia. Ger. Ein Wagmeister. Hisp. El que pesa con balança. Pol. Wagmistrz, wazuk. Vng. Fontal merő. Ang. A weigher or holder of the balance.] Plin. lib. 33. cap. 3: Populus Rom. ne argento quidem signato ante Pyrrhum regem devictum usus est. Libralis (unde etiam nunc libella dicitur) & dupondius appēdebatur

assis. Quare gris gravis pœna dicta: & adhuc expensa in rationibus dicuntur: item impendia, & dependere. Quin & milliũ stipendiorum: hoc est, stipis ponderandæ pensatores, libripẽdes dicuntur: qua consuetudine in his emptionibus quę mancipi sunt, etiam nunc libra interponitur. Ex quibus Plinii verbis clarissimè ostenditur, cum primum dictum fuisse libripendem, cujus officium erat militibus appendere æs grave in stipendium. Postea verò libripendis nomen transisse ad eum, qui in mancipationibus: hoc est, in rerum mancipi venditionibus æneam tenebat libram. Nam apud veteres (ut docet Boëthius in tertia parte Commentariorum in Top. Ciceronis) res mancipi: hoc est, quæ nostri sunt dominii, alienari non poterant, nisi adhibitis, ut minimum quinq; testibus civibus Rom. puberibus, & eo qui libram tenebat, qui vocabatur libripens. Quo autem ritu id fiebat, docet Caius lib. 1. Instit. his verbis: Est autem mancipatio, venditio. Is qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit: Hunc ego hominem ex jure Quiritiũ meum esse ajo, isq; mihi emptus est hoc ære, æneaq; libra. Deinde ære percutit libram: idq; æs dat ei, à quo mancipium accipit, quasi pretii loco.

Libro, as, act. p. Pondero, trutino, æstimo, examino. [שקל pillèl שקל shakal. ἐξισάζω. Gal. Peiser, balancer, contrepeser. Ital. Pesare, ponderare, essaminare. German. Wägen. Hisp. Pesar con peso. Pol. Waga. Vng. Meg mérlem. Ang. To weighe, to lewell, to trie by plombs rule.] Plin. lib. 19. cap. 5: In priore mirè tenui pediculo libratur pondus immobile auræ. ¶ Aliquando grave reddere. Plin. lib. 11. cap. 11: Apes, si oriatur procella, apprehensi pẽdusculo lapilli se librant. Virg. 4. Georg. Excursusq; breves tẽtant, & sæpè lapillos Tollunt, his sese per inania nubila librãt. ¶ Aves etiam se librare dicuntur, quum velut sagitta arcu excussa, ex alto in terram se præcipitant. Plin. lib. 10. cap. 3: Supereſt haliæetus clarissima oculorum acie, librãs ex alto sese, &c. Ovid. 8. Metamorph. corpus libravit in alas. ¶ Aliquando æquare. Colum. lib. 4: Sic permensum & libratum opus in similitudinem vervacti semper procedit. Idem lib. 16: Et paribus Titan orbem libraverat horis. Librare ponderibus. Cicero 5. Tuscul. Vnde terra, & quibus librata ponderibus, quibus cavernis maria sustineat, &c. Librare malleum. Ovidius libro 2. Metamorph. Lactentis vitulo dextra libratus ab aure, Tempora discussit claro cava malleus ictu. ¶ Ponitur interdum pro jaculari, & magna vi aliquid jacere. Virg. 9. Aeneid. hoc acrior idem Ecce aliud summa telum librabat ab aure.

Librãtio, nis, f. t. Ponderatio. [Polon. Ważenie. Vngar. Mérés.] Diomedes Grammat. libro 3: Autor hujus librationis Agretius.

Librãtor, m. t. [ἐπιμαλῆς. Gal. Poiseur, fouetenier. Ital. Scandaglieri. Germ. Ein Wäger / ein fleissiger erwäger der Wässeren vnd Brunnen, wie hoch man sie hinein teyten köndte. Hispan. Nivelador. Polon. Ważnik wodi kteri veje takegl'oboko wodabiej mawiedyana. Vng. Nix hosz (anagy) merö, tsatornás, mesler. Ang. That weigheth.] Dicitur qui in ducendis aquis peritiam habet librandi: hoc est, expendendi, & examinandi altitudinem fontium, vel lacuum, quanto scilicet altiores sint eo loco, quo eos ducere constituimus. Plin. in Epist. Superest ut tu libratorem vel architectum, si tibi videtur, mittas, qui diligenter exploret, sitne lacus altior mari, quem artifices regionis hujus quadraginta cubitis altiorem esse contendunt. ¶ Libratores etiam dicuntur, qui eminus cum hostibus pugnant, tela, aut lapides, aut glandes torquentes. Tacit. lib. 13: Libratoribus, funditoribusque attributus locus, unde eminus lapides, & glandes torquerent. Idem lib. 2: Sensit dux imparem cominus pugnam; remotisque paulùm legionibus, funditores, libratoresq; excutere tela, & proturbare hostem jubet.

Librãmẽntum, ti, n. s. Aequamentum. [ἰσοβαρὲς. Gal. Niveللement, contrepoix. Ital. Agguagliamento, pareggiamento. German. Gewicht. Bel. Gheweicht der Wagen. Hispan. El nivel. Pol. Waganie. Vng. Egyensörö. Angl. Equall poize or weigh, the tounge of a balance.] Columella lib. 1. cap. 5: Nam ejusmodi positio medium libramentum, temperamentumque ventorum hyemalium, & æstivorum tenet. Plin. lib. 31. cap. 6: Libramentum aquæ in centenos pedes sursum elici minimum erit. ¶ Libramenta tormentorum, sunt habenæ & lora, seu funes quibus librantur, seu vibrantur tormenta. Tacit. lib. 19: Vincula, & libramenta tormentorum abscidissent. ¶ Libramenta plumbi, sunt massæ plumbeæ in arietes conjectæ & vibratæ. Liv. lib. 8. Decad. 4: In arietes telonibus libramenta plumbi, aut saxorũ, stipitésve robustos incutiebant.

Librillã (inquit Festus) instrumenta bellica, saxa scilicet ad brachii crassitudinem, in modum flagellorum, loris revincta: inde dicta quòd librari manu: id est, ponderari videãtur.

Libraria, Librarius. Vide LIBER & LIBRA.

Librile, Librilla, Libripens, Libro. Vide LIBRA.

Libum. Vide LIBO, libas.

Liburna & Liburnum. Vide in PROPRIIS.

Libyca citrus. Lege Mala medica.

Libycontes, Carbunculi sive gemmæ, quæ languidiùs lucẽt.

Libyon, Lotus urbana apud Dioscor. lib. 4. cap. 112. Vocatus & Lyvestris.

Lĭcĕo, es, cui, citũ, [יקר jakér. ἀξιόω, τιμῶμαι, πόσου πωλοῦμαι. Gal. Estre mis à pris, estre apreçié. It. Essere estimato, essere apprezzato. Ger. Geschetzt oder angeschlagen werden. Hisp. Ser puesta en precio. Pol. Cenione, targowie. Vng. Arrankérlem. Ang. To be set to a price.] Antiquum verbum est, sub voce neutra passivam habens significationem: unde à Grammaticis neutrum passivum esse dicitur: quemadmodum veneo, & vapulo: quæ quum voce neutra sint, significationem tamen habent respõdentem vendor, & verberor. ¶ Licere itaq; res aliqua dicitur, quum pretium pro ea offertur. Contrà liceri dicitur is, qui rei alicujus emendæ animo pretium pro ea offert. ἀντιωνοῦμαι. ¶ indicare autem dicitur venditor, quum merces suas empturo certo æstimat pretio, ὠνοῦμαι. Plaut. in Menæch. die septimo Auctio fiet. MES. Menæchme. MEN. manè sanè Venibunt servi, supellex, fundi, ædes, omnia Venibunt, quiqui licebunt præsenti pecunia: hoc est, quantulumcunque eorum nomine offeretur. Horat. 1. Serm. Contra Levinum Valeri genus, unde Superbus Tarquinius regno pulsus fuit, unius assis Non unquam pretio pluris licuisse. Martial. lib. 6: Parvo quum pretio diu liceret. Cic. ad Attic. lib. 12: De Drusi hortis quanti licuisse tu scribis, id ego quoque audieram: &, ut opinor, heri ad te scripseram.

Lĭcĕŏr, eris, d. s. Pretiũ offero: huic opponitur in fico. [הזקיר hekir. ἐπιθήσω, ἀντιωνοῦμαι. Gal. Priser, ou mettre enchere, exposer. It. Mettere all'incanto. Germ. Auff etwas bieten. Hisp. Poner en precio, en almoneda. Pol. Nazacenienie podaie. Vng. Annán licitálni. Ang. To offer the price, to prise, to cheapen.] Plautus Stichio locos ridiculos vendo, agite licemini. Persius Satyra 3: Et centum Græcos curto centussis licetur. Hujus verbi præteritum ratione analogiæ deberet esse licitus sum, quod tesle Valla, non est in usu. Eò tamen usus est Cic. 5. Verrin. Herbitenses quum viderent, si ad Aeschrionem pretium rediisset, se ad arbitrium libidinosissimæ mulieris spoliatum iri: liciti sunt usque eò, quoad efficere posse arbitrabantur. ¶ Liceri contra aliquem. Cicer. 3. Offic. Non licitatorem venditor, nec qui contra se liceatur, emptor opponet.

Lĭcĭtātŏr, oris, m. t. Qui crebrò licetur, quique pro re emenda conducendáve pretium alio majus pollicetur. [ἐπιθέτης, ὑπερωνούμενος. Gall. Enchérisseur, celuy qui met enchere sur ceux qui veulent. Ital. Chi mette prezzo all'incanto. Ger. Der ßlte auffs eine mehr bietet, ein anbieter. Hisp. El que pone precio en almoneda. Pol. Psuaci targ drugiego. Vng. Arrafol werö. Angl. Herbas publicè cheapeth.] Licitatorem apponere, est subornare aliquem, qui coram emptore majus pretium offerat, ut res pluris æstimetur, vendaturque. Cicer. ad Mariũ lib. 7: Nunc quoniam tuum pretium novi, licitatorem potiùs apponam, quàm illud minoris vendat. Idem lib. 3. Offic. Tollendum igitur ex contrahendis rebus omne mendacium, non licitatorem venditor, nec qui contra se liceatur, emptor opponet.

Lĭcĭtŏr, aris, d. p. Liceor. Quamvis enim frequentativum videatur à verbo liceor, ejusdem tamen omnino est significationis, ut autor est Valla lib. 3. [הזקיר hekir. ἀντιωνοῦμαι, ἐπιθέσθαι. Gal. Mettre prix, mettre enchere. Ital. Mettere prezzo. Germ. Auff etwas bieten. Hisp. Poner en precio, en almoneda. Pol. Targuie. Vng. Arrán kérlem. An. To prise, to cheape.] Curtius de rebus Alexandri: Quum habeatis arma, licitamini hostium capita. ἐπιθέσθαι τῶν πολεμίων κεφαλῶν. Plin. lib. 7. cap. 38: Aristidis Thebani pictoris unam tabulam centum talentis Rex Attalus licitatus est. ¶ Licitari item, teste Nonio, congredi, & pugnare significat. Cecilius in Hymn. Quin machæra licitari adversum cum cœpisti sciens. Ennius: Pars ludicrè saxa jactant, & inter se licitantur.

Lĭcĭtātĭo, f. t. Oblatio pretii, auctio. [ἀντιωνία. Gall. Enchere, mise sur ce qu'on vent au plus offrant. Ital. Prezzo, offerta sopra colui che si vende. German. Ein bott auff etwas, ein schetzung was etwas wert sey. Hisp. Aquella postura de precio. Pol. Podnieszenie ceny. Vng. Arrán kérés. Ang. A Prising, cheaping.] Licitationem facere. Cicero 4. Verr. Exquisitis palàm pretiis, & licitationibus factis describebat Censores, &c.

Lĭcĕt, impersonale, Fas est, conceditur, potestas datur. [ἔξεστι, ἐνδέχεται, ἐνδέχομαι. Gall. Il est permis, il est loisible. Ital. È lecito, gli è lecito. Germ. Es ist gut sich / es wird zugelassen / man darff das. Bel. Het weheert / hat is geoorloft. Hisp. Es licito, conveniente. Pol. Wolno est. Vng. Szabad. Ang. It is lawfull, it is permitted.] Cicero: Neque enim licebat locum numini consecratum turpi flagitio contaminare. Virg. 9. Aeneid. Quandoquidem Ausonios cõjungi fœdere Teucris Haud licitum, nec vestra caput discordia finem. Martialis: Piscinam peto, non licet natare. Cicero 1. Tuscul. Idq; cum multis aliis rebus, tum è Pontificio jure, & ceremoniis sepulcrorum intelligi licet. Cicero 1. Tusc. Licuit enim

nim esse otioso Themistocli, licuit Epaminundæ. Cicero pro Cornel. Balbo: Si civi Romano licet esse Gaditanum. Quibus in testimoniis hoc animadvertendum est, utroque modo recte dici; Licet mihi esse otioso, & otiosum. Cicero Attic. libro 1: Quo in genere mihi negligenti esse non licet. Idem pro Flacco: Cur his per te sui libertate sua? cur denique esse liberos non licet? ¶ Si per te licet: id est, si permiseris, vel si potero, à te non impeditus. Plautus in Asin. Asinaria vult esse, si per vos licet. Terentius in Prolog. Heavt. Date potestatem mihi fabulam agere, ut liceat per silentium: id est, ut ego possim agere, vobis tacentibus. ¶ Licet absolutè, pro poteris facere. Cicer. lib. 1. de Invent. Hanc si quis partem putat esse orationis, sequatur Hermagoram licebit: id est, poterit sequi, vel licet, ut sequatur. ¶ Aliquando significat facile est. Cic. lib. 2. Offic. Licet enim ora ipsa cernere oratorũ, aut eorum, qui aut libidine, aut motu commoti sunt. Gr. id est, facilè est. ¶ Aliquando adverbium concedentis est, idem significans quod esto. Virg. 6. Aeneid. licet ingens janitor antro Aeternum latrans exangues terreat umbras. ¶ Est conjunctio adversativa pro quamvis. [ἀ κ. Gall. *Iacoet que, non obstant que.* Ital. *Ben che.* Ger. Wewol, ob schon. Hisp. *Aunque* Pol. *Acykolwiek.* Vng. *Iobbor.* Ang. *Albeit, although.*] Cic. pro Sext. Rosc. Licet omnes in me tetrores impendeant subibo.

Licitum est, licet. [ἐξεστι. Vn. *Szabad.*] Plaut. in Amphitr. Quin intuire in ædes nunquam licitum est: id est, nunquam permittitur.

Licitúrum. Cic. ad Attic. lib. 2: Quòd nihilo magis ei liciturum esset plebeio Rempublicam perdere, quàm similibus ejus, etc.

Licentia, æ. f. p. Libertas immodica, impunitas agendi, dicendi; quicquid velis. [רשיון *rishiyón אבדון, אפשר.* Gall. *Licence, abandon.* Ital. *Licenza.* Ger. Erlaubung / nachlassung / cessattung. Hisp. *Licencia, la soltura para mal hazer.* Pol. *Swoboda.* Vng. *Szabadsag.* Ang. *Licence, leave.*] Terentius: Deteriores omnes sumus Licentia. Lucan. lib. 1: Quis furor ô cives, quæ tanta licentia ferri? Quint. Quæ in aliis libertas est, in aliis licentia vocatur. ¶ Aliquando etiam in meliorem partem accipitur, ut idem sit quod libertas. Cic. 3. Offic. Nobis autem nostra Academia magnam licentiam dat, ut quodcunq; probabile maximè occurrat, id nostro jure liceat defendere. Idem lib. 1. Offic. Magnis enim illi, & divinis bonis licentiam hanc assequebantur.

Licentiōse, oris, & Licentius, Quod immodicè liberum est. [ἀνείμενος, ἀκόλαστος. Gal. *Trop abandonné.* Ital. *Pio licentioso.* Ger. Das mehr erlaubung hat / frefentlicher / meisterhafftiger. Hisp. *Mas suelto de regla.* Pol. *Rozpusz kzora zbitnia ma swobode.* Vng. *Fölöttöb szabad.* Ang. *Over dissolute.*] Vt, Licentior epistola, in qua nimis liberè scribimus. Plinius in Præfatione Natural. histor. Licentiore epistola narrare constitui. Licentiora mancipia, dicuntur negniora, quasi multa per licentiam facientia. Licentior vita id est, dissoluta. Valerius lib. 9. cap. 1: Licentior dithyrambus. Cicer. 3. de Orat. Iade ille licentior & divitior fluxit dithyrambus. Idem de Orator. Quid verò licentius, quàm quod hominum etiam nomina contrahebant, quò essent apriora?

Licentiōsus, a, um, Qui nimis utitur licentia. [ἀκόλαστος. Gall. *Trop licentieux, trop hardi.* Ital. *Licentioso.* Ger. Das juvilt frahet eber erlaubung hat / mutwillig. Hisp. *Suelto de regla.* Pol. *Swobodni.* Vng. *Fölöttöb valo szabadságban élő.* Ang. *Dissolute, licentious.*] Quintilianus libro 1. cap. 10: Nam ebor dicere, non minùs est licentiosum, quàm si sulphuri, & gutturi subjicerent o mediam in genitivo. Tacitus: Ex moribus imperatoris miles intactus aut licentiosus.

Licentèr, adverbium, Liberè, audacter. [ἀδεῶς. Gall. *Licentieusement, abandonnément.* Ital. & Hisp. *Licenciosamente.* Ger. Nachlässiglich / frefentlich. Pol. *Swobodnie, swobodnie.* Vng. *Szabadon.* Ang. *With licence or leave.*] Cicer. in Orat. Solutum quiddam sit, nec vagum tamen, ut ingredi liberè, non ut licenter videatur errare. Idem 1. de Nat. deor. Tanta est impunitas garriendi, ad quam licenter fluentium frequenter, transitio fit visionum, ut à multis una videatur. ¶ Ab hoc Gellius formavit Prælicenter, quod est quasi nimis licenter: Quæ verba (*inquit*) fiunt prælicenter.

Lichas, [רזרת *zéreth.* λιχάς. Pol. *Piadź.* Vn. *Elő arasz.* An. *A span.*] Mensura est quam Galli sua lingua impropriè *palmum* vocant: hoc est, illud interstitium quod est inter pollicem & indicem quàm maximè extensos.

Lichēn, enis, m. r. [λειχήν, vel Lichener, plurali numero, f. λειχῆνες. Gall. *Dartre ou feu volage, qui est une maladie sur la peau de la personne.* Ital. *Mentagra.* Ger. Die verwüstung des angesichts mit schwechtiger randigkeit. Hisp. *El empeyne.* Pol. *Mentagra, publicua od gavl a pochodzi.* Vng. *Szepli.* Ang. *A disease called a tetter, ringworme, or wildfire.*] Morbi genus faciem præcipuè infestans, quem Latini quòd à mento potissimùm oriretur, mentagram appellarunt. Irrepsit in Italiam Tiberii principatu, antea universæ propemodum Europæ incognitus, sine ullo quidem dolore, & sine vitæ pernicie, tanta tamen fœditate, ut quæcunque mors præferenda esset. Hæc Plinius libro 26. capite 1. Galenus tamen, cæteriq; Græci, lichenum nomine levius quoddam mali genus videntur intellexisse, quàm quòd à Plinio descriptum est: illud scilicet, quod Latini impetiginem appellant. Quinetiam Plinius ipse libro 20. capite 1: Lichenas impetiginem interpretatur, sicut psoram, scabiem. Vide Manardum Epistol. Medic. libro 7. ¶ Est & Lichen herbæ genus, singulari adversus lichenas remedio: unde & nomen accepit. Ejus duo sunt genera: quorum alterum in locis nascitur saxosis, folio uno ad radicem lato, caule uno, parvo, longis foliis dependentibus: alterum petris roscidis adhæret, ut muscus. Autor Plinius libro 26. capite 4. [Ger. Ein kraut wie mist / wechst an feuchten felsen / und schauechtigen Brunnen / überkraut.]

Licīs, ītis, orum, Sunt fila quibus in telis textrices implicant stamina: quamvis nonnunquam etiam pro ipsis accipiuntur staminibus. [ערב *hérev, מנה.* Gall. *Les fils de la treme d'un tisserant.* Ital. *Licio, filo da tramare.* Ger. Das Webergeschirr / gerüst darduch der zettel auff dem stul gezogen wird. Hisp. *Los lisos dela tela.* Pol. *Osnowa, item przędywo.* Vng. *Nyw II fonal.* Ang. *Threades in the weavers beame.*] Plinius libro 8. capite 48: Plurimis verò liciis texère, quæ polymita appellant, Alexandria instituit. Virgil. 8. Aeglog. Terna tibi hæc primùm triplici diversa colore Licia circundo. Ovidius 2. Fast. Tunc cantata tenet cum fusco licia plumbo. Vnde Trilicem dicimus vestem, quæ ex tribus liciis constat. Et Titivilicia, fila de tela decidentia. Plaut. in Casin. Non ego verbum emptitem titivilicio: id est, re admodum vili.

Liciatorium, μεσοκάνον τῶν ὑφαινόντων, Lignum circa quod licia involvuntur. Hieron. lib. 1. Regum: Hastile hastæ ejus erat quasi liciatorium texentium.

Licīnia, æ, Genus olivæ, quæ & Liciniana dicitur, ab inventore. Cato de Re rust. cap. 6: Qui ager frigidior & macior erit, ibi oleam licinianam seri oportet. Colum. lib. 11. cap. 49. Videntur autem, & alia genera huic rei magis esse idonea, sicut Liciniæ & culmineæ.

Licitator, Licitor, Vide LICEO.

Licion, Medicamentum, cujus descriptionem vide in Plin. lib. 12. cap. 7.

Licoctonica, Herba ex etymo nominis sic dicta: quoniam si lupi eam attingerent, morirentur.

Lictōr, oris, m. r. Apparitor magistratus, viator, carnifex. [שוטר *shoter.* ἀκόλουθος. Plutarchus in Romulo. Gall. *Sergeant, bourreau.* Ital. *Birro, bora, sergente.* Ger. Stantnecht oder schwgf ein diener der Obertet. Bel. Ein Scheriant. Hisp. *El macero real.* Pol. *Miecz kat'oga, sterga.* Vng. *Parancsolóbirák.* Ang. *A sergeant or like minister to execut corporall punishment.*] Sed duodeni lictores Consulis erant, aliorum seni tantùm, portantes virgatum fasciculos cum securibus ligatos. Hi magistratus præibant, ac quoties jussi erant, fasciculos solventes, primò virgis cædebant damnatum, mox secuti feriebant. Livius: Missique lictores ad sumendum supplicium nudatos virgis cædunt, securiq; feriunt. Hos primus instituit Romulus, ut est autor Plutarchus. Dicti autem sunt lictores à ligando, eò quòd magistratus popul. Rom. priusquam quempiam verberari jussisset, pedes & manus à ministris illi jubebat ligari: quod & ipsum non obscurè indicat Cic. in Orat. pro Rab. Lictor, *inquit*, colliga manus. Differunt tamen Lictor & Viator, ut Lictores dicantur qui jussi in damnatos animadvertunt, & sunt ministri Consulum, Prætorum, Præconsulum, Præfidum cæteriorumq;, qui cum imperio sunt. Viatores verò non cædunt aut animadvertunt, sed jussu tribunorum, quorum sunt ministri tantummodo vocant, aut impediunt. Liv. lib. 2. ab Vrbe: Ardens itaq; ira Tribunus, viatorem mittit ad Consulem, Consul lictorem ad Tribunum. Gell. lib. 13. cap. 12. ex lib. 21. Rerum human. Varronis: In magistratu habent alii vocationẽ, alii prehensionem, alii neutrum. Vocationem, ut Consules, & cæteri qui habent imperium: Prehensionem, ut Tribuni plebis, & alii qui habent viatorem: Neque prehensionem, neq; vocationem, ut Quæstores, & cæteri, qui neque lictorem habent, neq; viatorem.

Lictōrĭus, a, um, Quod ad lictorem pertinet. [ἀκολουθικός. Gall. *Appartenant à bourreau ou sergeant.* Ital. *Pertinente à birro, à sergente.* Ger. Das zu den Stantnechten oder schergen gehört. Hisp. *Pertenesciente à macero real.* Pol. *Szergotne.* Vng. *Parancsolóbirák, bolondhoz valo.* Ang. *Belonging to a sergeant.*] Plinius libro 7. capite 30: Fasces lictorios januæ summisit is, cui se Oriens Occidensque summiserat.

Lictūs, Vide LINCTVS.

Lido, dis, κρούω. Verbum antiquum, significat Confringo, deleo, cujus composita sunt, Allido, collido, illido. [Vng. *Ütöm, rontom.*]

Lien,

Lĭen, lienis, m.t. [σπλὴν. Gall. La rate ou ratelle. Ital. Milza. Ger. Das milz. Bel. Die Milte. Hisp. El bazo. Pol. Slezdyona. Vng. Lép. Ang. The milte.] Viscus est in humano corpore sinistram partem occupans, concava sui parte in dexterâ, hepar versus, gibba verò ad spinalium costarum extrema conversum, humoresq; melancholicos ex hepate per vas venosum ad se attrahens, quorum partem tenuissimam in sui alimentum convertit, reliquam per proprium quendam meatũ, quem *stomachum* vocant medici, in ventriculum eructans. Alio nomine splen dicitur. Pers. Satyr. 1: -sed sum petulãti splene cachinno. Hoc est, proclivior sum ad risum. Tradunt enim Physici lienis magnitudinẽ, risus intemperantiã gignere. Intumescit quandoq; lien, ut cingere hominẽ videatur. Plaut. in Curcul. Nam quasi zona, liene cinctus ambulo, Geminos in ventre habere video filios: Nihil metuo, nisi medius disiumpar misce.

Lien capræ. Secundum Prophetas, quos alii Magos interpretantur, Malva hortensis.

Lienosus, Qui liene laborat. [σπληνώδης, σπληνοῦν. Gall. Qui a douleur de rate. Ital. Chi patisce di milza. Ger. Milzensuchtig. Hisp. El que cria baço. Pol. Choroba slezdyona. Vng. Dagadot lépben. Ang. That hath a disease in the milte.] Accidit autem hic morbus (ut inquit Aristoteles lib. 3. de partibus animalium) quoties plus excrementi in lienem diverti, quàm calor ejus visceris possit conficere. Plin. lib. 7. cap. 2: Quorundam in corpore, partes nascuntur ad aliqua mirabiles: sicut Pyrrho regi pollex in dextro pede, cujus tactu lienosis medebatur. Lienosum cor, lienis naturã habens, ut turgeat sicut lien. Plaut. in Casin. -ubi sim nescio: Perii, cor lienosum, opinor, habeo: jamdudum salit.

Lienĭcus, Lienosus [Vn. Dagadot lépben.] Plinius lib. 29. cap. 3: Hæc & illita lienicis, &c.

Lienterĭa, æ, f.p. [λιενοπεγία. Gall. Flux de ventre. Ital. Flusso di ventre. Ger. Die rur/der bauchlauff. Hisp. Flaxo de vẽtre. Pol. Biegunka, trzepacka. Vng. Hasfolyás. Ang. The fluxe, laxe, or lemsenesse of the belly.] Fluxus ventris ex lævitate intestinorũ: quum scilicet intestina ob lævitatem cibum non continent, sed talem propemodum excernunt, qualis est ingestus. Nam λεῖος Græci læve dicunt, & εἴντερα intestina. Hoc morbo qui laborãt, Lienterici dicuntur.

Ligamen, Vide LIGO.

Ligeon, Græci vocant & arborum & herbæ quoddam genus, quod (ut inquit Athenæus) in nidos suos pariturí cygni inferunt.

Lĭgellum, li, Breve domicilium & tuguriolum. [מלונה melunah מלונים, ainsiliers. Gal. Loge ou logette. Ital. Casina, casapola. Ger. Ein hutten/ein schlechts hausslin. Hisp. Choza ò casa pequeña. Pol. Mała chałupinka. Vng. Kunnyo, kis házikó. Ang. A little house or cotage.] Plautus in Aulul. Divũm atq; hominum clamat continuò fidem, De suo ligello fumus si quà exit foràs. Quo in loco Nonius Ligelli nomine domunculam sive tugurium intelligit. Quanquam non invenustè ligellum intelligere possumus diminutivum esse à ligno, quemadmodum tigellum à Tigno. Legitur autem in vulgatis libris Nonii tigello non ligello.

Ligilium, Genus herbæ, de qua apud rei rusticæ scriptores fit mentio quomodo seratur.

Ligneum, Putamen nucis, quod nucleum nucis immediatè continet.

Lignārius, ria, rium, Quod ad ligna pertinet. [ξυλικός. Gall. Apartenant à bois. Ital. Pertinente à legno. Ger. Das zu dem holtz gehört. Hisp. Pertenesciente à lenna. Pol. Dodrzewa przynależący. Vng. Fabóz valo. Ang. Belowring to wood.] ¶ Lignarius, ii, substantivũ. [ξυλοτόμος, ξυλοκόπος. Gall. Bescheron, charpentier. Ital. Legnaiuolo. Ger. Ein Holtzhawer/holtzer. Hisp. Cortador de madera.] qui lignũ secat, aut qui lignatum it. Liv. 5. bell. Maced. Et iidem porticũ extra portam Trigeminam inter lignarios fecerunt.

Lĭgnum, ni, n.s. A legendo (inquit Varro) quòd ligna caduca in agris legebantur, quibus ad focum uterentur. [עץ ets. ξύλον. Gall. Bois. Ital. Legno. Ger. Holtz. Bel. Een hout. Hisp. Lenna ò madera. Pol. Drzewo. Vng. Fa. Ang. Wood.] Plin. lib. 12. cap. 11: Quoniam fructus is constat radice, frutice, cortice, ligno, &c. Cic. 3. Verrin. Cædere januam saxis, instare ferro, ligna & sarmenta circundare, ignem subjicere cœperunt. Horatius 3. Carm. Ode 17: -dum potes aridum Compone lignum. -eras genium mero Curabis. Virgil. 1. Georg. Nam primi cuneis scindebant fissile lignum. Idem 2. Georgic. Quid tibi odorato referam sudantia ligno Balsamaq;, & baccas semper frondentis acanthi? ¶ Ligna cocta dicuntur: quibus humiditas exempta est, ut fumare nequeant. Vlpianus l. 55. D. de legat. 3: Sed & titiones, inquit, & alia ligna cocta ne fumum faciant, utrum ligno an carboni an suo generi adnumerabimus. ¶ Lignum aliquando pro tabulis ligneis in quibus scriptum est. Triphoninus. L. 19. de bonor. possess. contra tabul. Quòd vulgò dicitur liberis datam bonorum possessionem contra lignum esse sic intelligendum est, &c. Paulò pòst dixit contra tabulas Ex Horomano. ¶ In sylvam ligna ferre, est aliquem iis rebus augere velle, quibus ipse maximè abundet. Horat. ¶ Lignum curvum, haud unquam rectum, ξύλον ἀγκῶνος οὐδέποτε ἰθύνει. Distorta pravaq; ingenia vix unquam ad bonam frugem traducuntur. Visurpavit Galenus.

Lignĕus, a, um, Quod ex ligno est: [ξύλινος. Gall. De bois. Ital. Di legno. Ger. Hölzin. Hisp. Cosa de madera ò de lenna. Pol. Drzewniany. Vng. Fából valo. An. Made of woode.] ut, Ligneus equus, Plaut. Rud. Nempe equo ligneo pervias exemleas ellis vectę. Ovid. 12. Metamor. -quo multa sacerdos Ligneas contaleras veterum simulacra deorum. Cicer. 2. de Invent. Materiam ligneam flamma uri posse necesse est. Soleas ligneas in pedes inducere. Idem 2. de Invent. Ponticulus ligneus, idem 5. Tusc. Lignea turris, Liv. 3. bell. Pun.

Lĭgnĕŏlus, diminutivum. [Vng. Fácska. Ang. A little thing made of woode.] Cicero ad Quintum Fratrem lib. 3: Hanc scripsi ante lucem ad lychnum ligneolum.

Lignilĕ, hujus lignilis, penult. prod. & neutr. gen. [ξυλῶδες. Gall. Lieu à tenir bois. Ital. Legnaio, stima di legno. Ger. Ein holtz haus oder holtzlegt. Hisp. Lugar da se guarda la lenna. Pol. Skład ołma drzewa. Vng. Fa tarto hely. Ang. A woode house, or woode pile.] Dictum est ubi ligna in domo ad comburendum parata sunt: sicut fœnile, ubi servatur fœnũ. Sic bovile, equile, capile, & hujusmodi.

Lĭgnosus, sa, sum, Quod instar ligni durum est. [ξυλώδης. Gall. Abondant en bois, ressemblant à bois, dur comme bois. Ital. Legnoso, duro come legno, simile à legno. Ger. Holtzin/hart wie holtz. Hisp. Cosa llena de lenna ò de madera, ò dura como madera, ò semejante à ella. Pol. Twardi jako drzewo. Vng. Fás. Ang. Full of woode.] Plin. lib. 12. cap. 7: Arbor radice lata, lignosaq;.

Lignŏr, aris, ari, d.p. Verbum est castrense, idem significans, quod ligna colligere sive congerere. [ξυλεύω. Gall. Aller querir du bois, ou en couper, ou apporter. Ital. Far legne, ò per legna alla foresta. Ger. Holtzen/um das holtz gehen oder fahren. Hisp. Hazer lenna, yr por lenna ò madera. Pol. Podrzewniade. Vng. Tüzifát. An. To go to poroeigh or gets woode.] Propriè enim milites lignari dicuntur, quum in sylvam profecti ligna cædunt, quæ in castra convehant. Livius lib. 10. ab Vrbe: Respondentibusq; ligeatum se ire: An tandem, inquit, nunc castra vallata non habetis? Plaut. Capt. Ite istinc, afferte lora, C. num lignatum mittimus?

Lignātĭo, onis, f.t. Lignorum collectio, comportatio, delectio. [ξυλεία, ξυλόω, ξυλοφορία. Gall. Apport de bois, taillis, le lieu ou coupe le bois. Ital. Il far legna. Ger. Holtzung/holtzfuhrung. Hisp. Aquella obra de yr por lenna, el luger dove se haze lenna, cortadura de lenna. Pol. Zgromadzanie drzewa. Vng. Fa szedés. Ang. An house fetching or purveighing of woode.] Cæsar 5. bell. Gall. Vt nonnulli milites, qui lignationis munitionisq; causa in sylvas discessissent, repentino equitũ adventu interciperentur. ¶ Lignatio pro loco unde ligna accipi possunt. Col. li. 1. cap. 5: Sit autem intra villam, vel extrinsecus inductus fons perennis, lignatio, pabulumq; vicinum.

Lignātŏres, m.t. Dicti sunt milites, qui lignatum eunt. [עצים חטב chotèb hatsim. ξυλοφόροι. Gall. Qui vont querir en apportant du bois, boscherons. Ital. Soldati che vanno à far legna. Ger. Die außgehen/oder außfahren zu holtzen. Hisp. Los que van por lenna por aqueman. Pol. Drzewo zgromadzaiacy. Vng. Fa szedők, fa gyűjtők. Ang. A woodmonger, a provyder of wood.] Livius libro 10. ab Vrbe: Paucis citra militibus lignatores ei cum præsidio occurrunt. Cæs. 5. bell. Gall. Subitòq; oppressis lignatoribus, magna manu, &c.

Lĭgo, as, act. p. Vincio, constringo, colligo. Descendit à Græco λύγος, vimen: non autem à Legendo, ut Varro voluit, a in i brevi mutato. [אסר asár קשר kasharר צרר tsarár רכ ròc lie, der judge. Gal. Lier. Ital. Legare. Ger. Binden. Hisp. Atar. Pol. Związuie. Vng. Meg kötöm. Ang. To bende, to tie.] Quintilianus lib. 5. cap. 14: Quæ apprehensa Græci magis (nam hoc solum nobis pejus faciunt) in catenas ligant, & inextricabili serie connectunt. Guttura ligavit laqueo, Ovid. 6. Metamorph. Vel neta ligare, Ovid. 7. Metamorph. Legibus ligare aliquem. Statius 4. Syl. Cicero 4. in Catil. Filium ejus impuberem ligatum à Prætore missum. ¶ Hujus composita sunt, Alligo, colligo, circunligo, deligo, illigo, obligo, præligo, religo, subligo, quorum quę sint significata, vide suis locis.

Lĭgāmĕn, inis, n.t. Ligaculum, li, Ligamentum, ti, significat id quo aliquid ligatur. [אסור ósur כרור tsrór, δεσμός, δεσμὸς. Gal. Lien, liaison, liement. Ital. Legame, legatura. Germ. Ein band. Hisp. Atadura. Pol. Związek. Vng. Kötél. Ang. That wher by anything is tied.] Colum. lib. 11. cap. 2: Possit etiam salix decisa prodire ad lucubrationem expurgari, & ad vitium ligamina præparari. Propertius lib. 2. Eleg. 30: -nocturna ligamina mitræ.

Lĭgātūra, [περιάμματα, amuleta. Pol. Opaszanie. Vn. Nyakra kötött kötöttet.] Fabius Victorinus, 4. Rhet. Cic. Medici officii est curare, sed quia multi & incantatione & ligaturis curant.

Ligo,

Ligo, onis, m.t. Rusticum instrumentum ad extirpandas herbarum radices accommodatum. [מחרשה *mocharesthâh*, *δικέλλα*, *σκαπάνη*. Gall. *Vn hoyau*. Ital. *Zappa*. Ger. Ein ham/oder tacht. Bel. Een hamme. Hisp. *El azada o el azadon*. Pol. *Motyka*. Vng. *Kapa*. Ang. *A shouel or spade*.] Plinius lib. 18. cap. 6: Adduxit graves ligones, vomeres ponderosos. Ovid. 3. Amor. Quum bene jactari pulsarunt arva ligones.

Ligographi, A rationibus publicis conficiendis, perscribendisq; dicti sunt, quanquam apud Oratores hæc dictio alter accipiatur, iidem fermè qui tabulatii, qui tabulas publicas referunt, quæ ad Rempubl. pertinent.

Ligula. Vide LINGVA.

Ligurio, ris, ivi, vel rii, itum, n.q. Abligurio, consumo, devoro, dissipido, helluo. [אכל *achâl* לע *lab* בלע *balâb*. *λιχουρίω*, *λιχουρεύομαι*. Gall. *Gourmander, licharder, ou prendre les meilleurs morceaux*. Ital. *Consumare il suo in peccbia*. Ger. Verschlecken / Verschlechem. Bel. Verstampampen / verdom. Hisp. *Comer y gastar en golosinas*. Pol. *Nalekaiab przyiadam*. Vn. *Polekozlom*. Ang. *To waste, or spend to please the glutton*.] Personæ trisyllabæ hujus verbi penultimam producunt, contra consuetudinem eorum, quæ sunt ejusdem terminationis. Horatius lib. 2. Sermon. Satyr. 2: -puer unctis Tractavit calicem manibus, dum furta liguriit. ¶ Est etiam ligurire, suavissima quæque degustare paulatim, & cum quadam mora atque elegantia comedere, quasi sinēdo ut per se cibus in stomacho liquefiat. Terent. in Eunuch. Quæ cum amatore suo, quum cœnant, liguriunt. Dictum λιχνεύειν, quod Græci *suavé* dicunt, inquit Donatus. Cicero D. Bruto, ad supplicationem rerum transtulit. Quum quidam (*inquit*) de collegis nostris agrariam ligurirent curationem, disturbavi rem, totamq; nobis integram reservavi: hoc est, cum appeterent, & præpropera quadam spe quasi devorarent. ¶ Ligurire lucra, pro sensim depeculiari. Cicero per translationem dixit 5. Verr. Commissa est, *inquit*, pecunia tanta Prætori: non repentis hominem timidè, nec leviter hæc improbissima lucra liguritentem, &c.

Ligurītōres, m.t. Dicuntur guloti, & voratores eduliorum dulciorum, qui consumptis dapibus catillos etiam lingunt, quos antiqui catillones appellabant. [לקקנים *lekekim*. *λιχνοι*. Pol. *Lakokowie*. Vng. *Tekuszo, nyalakodo*.]

Ligūrĭtĭo, onis, f.t. Aviditas, immoderata appetentia. [*ἀλιχνία*, *τὸ λιχνεύειν*, *ἐφεδρεία*. Gall. *Gourmandise & friandise, appetit desordonné de lichander & manger bons morceaux*. Ital. *Auidità grande, ardente appetito*. Germ. Verschlectung / oder schlecterhafftigkeit. Hispan. *Aquella obra de comer golosinas*. Polon. *Przyiedzenie*. Vngar. *Tekuszásra valo kivánság, sokszoro valo abitatos kivánság*. Anglic. *Licorousness & gluttonie*.] Cicero 4. Tusculan. Aegrotationi autem talia quædam subjecta sunt, mulierositas, pervicacia, liguritio, vinolentia, cupedia, & siqua sunt similia.

Ligustĭcum, n.s. [Germ. *Liebstickel*.] Herba est in ea Apenini parte præcipuè nascens, quæ Ligutiæ imminet: unde & nomen habet. Quidam panaceam appellarunt, quod Panaceam Heracleoticam caule referat, & radice, & effectu. Galenus literæ unius immutatione Libysticum vocat. Officinæ *Levisticum* appellant.

Ligŭstrum, stri, n. Calego, quasi legustrum. [*κόρυμβος* quibusdam, alis *φιλύρεια*. Gall. *Vn troesne*. Ital. *Ligustro*. Germ. Beinbeim / oder mundweiden / Mundbeim. Hisp. *El arbol dela albenna*. Pol. *Krzyna*. Vng. *Fagyalfa*. Ang. *Prinet*.] Arbos, ex cujus ligno tesseræ fiunt apotismæ, ostvæ similis folio, semine coriandri, flore candido & odorato. Coquitur hoc in oleo, premiturque, quod postea cyprinum vocatur, ab arbore sua, quæ dicitur cypros alio nomine: à cujus ubertate Cypro Ciliciæ maris insulæ nomen inditum est. Plinius libro 24. capite 10: Ligustrum eadem arbor est, quæ in oriente Cypros. Suos in Europa usus habet. Vide de hoc Plin. lib. 24. cap. 10. Item lib. 12. cap. 24.

Lilium, lii, n.s. [שושנה *shoshannâh*. *κρίνον*. Gall. *Herbe au fleur qu'on appelle lis*. Ital. *Giglio*. Germ. Ein gilgen oder illien. Hisp. *Azucena*. Pol. *Lilia*. Vng. *Liliom*. Ang. *A lillie*.] Flos est notissimus, proximam (teste Plinio) à rosa nobilitatem obtinens, eximio candore, foliis foris striatis, & ab angustiis in latitudinem paulatim se laxantibus, effigie calathi, resupinis per ambitum labris, tenuique filo, & semine, stantibus in medio croci. Ex hoc flore conficitur oleum, sive unguentum, quod Græci λιρινεον vocant. Nam illi λίριον vocant florem, quem nos *lilium* dicimus. Sunt autem diversa liliorum genera. Vide Plin. lib. 21. cap. 4. Virgilius 6. Aeneid. & candida circum Lilia fundantur. Idem 4. Georg. Hic rarum tamen in dumis olus, albaq; circum Lilia verbenasq; premens, vescumq; papaver.

Lilĭăcĕus, a, um, adjectivum: [λιλιακός. Gall. *De lis*. Ital. *Di giglio*. Ger. Gilgen/auß gilgen gemacht. Hisp. *Cosa de azucena*. Pol. *Lilijowi*. Vng. *Liliombol valo*. Ang. *Of lillies*.] ut, Oleum liliaceum, Palladius libro sexto, capite decimoquarto.

Lĭrĭnŏn, Unguentum sive oleum ex lilio. [λιρινεον. Gall. *Huyle ou unguent de lis*. Italic. *Oglio ò unguento di giglio*. Germ. Gilgenfalb/oder öl. Hisp. *Azeyte ò unguento de azucenas*. Pol. *Lilyowi olejek*. Vng. *Liliombol ismaszt olaj*. Ang. *An oile of lillies*.] Plinius libro 21. capite 5: Lilium rosæ nobilitate proximum est, & quadam cognatione unguenti, oleique, quod lirinon appellatur. Idem lib. 23. cap. 4: Lirinum, quod & Phaselinum, & Syrium vocavimus, renibus utilissimum est, sudoribusq; evocandis, &c.

Lĭlĭ̆ĕtum, ti, n.s. Locus in quo sunt lilia consita. [λιριών. Gall. *Lieu où croissent les lis*. Ital. *Luogo dove sono molti gigli*. Ger. Ein ere da vtel gugen stehen. Hisp. *Lugar de muchas azucenas*. Pol. *Miejsce pel'ne lelye*. Vng. *Liliom termö helly*. Ang. *A place where lillies*.] Palladius: Lilieta, cannetà ponendà sunt. Idem libro 3. cap. 21: Novalilieta formabunt.

Lĭmă, æ, f.p. Instrumentum fabrile, quo ferrum aut aliquid aliud terendo expolitur. [טחינה *tesinâh*, *πρίον*. Gall. *Vne lime*. Ital. *Lima*. Ger. Ein feile. Bel. Een vile. Hisp. *La lima de hierro, instrumento para limar*. Pol. *Piel'ka*. Vng. *Reszelö*. Ang. *A file*.] Quintil. lib. 10. cap. 3: Opus poliat lima. ¶ Hinc non inelegantèr dicimus, Scriptis deesse ultimam limam, quum significare volumus, non satis tersa esse, & expolita. ¶ Item lima uti, pro castigare, & expolire. Ovid. lib. 1. de Ponto: Scilicet incipiam lima mordacius uti, Vt sub judicium singula verba vocem.

Lĭmă, veteres dicebāt omnia transversa: à quo & limina ostiorum: per quæ foris & intùs itur: & limites, quòd per eos foris & intùs eatur.

Lĭmo, limas, act. p. Lima polio, lęvigo. [*λιμαίνω*, *λιμαλίζω*, *ἀλεκτρύω*, *λεκανίζω*. Gal. *Limer polir à la lime*. Ital. *Polire, limare*. Ger. Feilt. Bel. Beim. Hisp. *Polir, limar con lima*. Pol. *Piel'nie*. Vng. *Meg reszelöm*. Ang. *To file, to polish with a file*.] Plinius libro 36. cap. 6: Scalpere atq; limare gēmas. ¶ Ponitur per translationem pro expolire, exornare, & supervacanea resecare. Cicer. 1. de Orator. Neque hæc ita dico, ut ars aliquid limare non possit, neque enim ignoro, & quæ bona sunt, fieri meliora posse doctrina. ¶ Aliquando est limis oculis aliquid intueri. Horatius: Nōn istic obliquo oculo mea commoda quisquam Limat. ¶ Aliquando est conjungere, teste Nonio. Plautus in Pœn. Ac videbis, cum illa nunquam limavi caput. Idem in Mercat. Nisi cum illo, aut ille mecum neuter stupri causa caput limaret. ¶ Hujus composita sunt, Delimo, & elimo, quæ habent penultimam productam. I. Ep. XIV. 38.

Lĭmātŭs, a, um, nomen ex participio, Politus, expolitus, perfectus. [*λιμαίνω*, *λιμαλίζω*. Gall. *Limé, poli, orné*. Ital. *Limato, polito, ornato*. Ger. Gefeilet/aufgebutzt. Hisp. *Limado, ornado, reseytado*. Pol. *Opiel'owany, wyprawiony*. Vngar. *Meg reszelöttöt*. Anglic. *Polished, filed*.] Cicero de clar. Orat. Nihil enucleatè, quo fieri possit aliquid limatius. Horatius 1. Serm. Satyr. 10: fuerit Lucilius, inquam, Comis & urbanus, fuerit limatior idem, Quàm rudis.

Lĭmātē, tiùs, adverbium, Politè, ornatè, perfectè. [Gall. *Ornement*. Ital. *Ornatamente*. Germ. Zierlichen/ gefeylet. Hisp. *Ornadamente*. Polon. *Wypolerowanie*. Vngar. *Szep simaan, reszelve*. Anglic. *Perfectlie*.] Cicero 5. de Finib. Vnum populariter scriptum, quod ἐξωτερικὸν appellabant: alterum limatiùs, quod, &c.

Lĭmātŭlŭs, tuli, diminutivum. [*λιμαίνω*, *λιμαλίζω*. Gallic. *Vn peu limé & poli*. Italic. *Alquanto limato & polito*. German. Zierlich/ gefeylet. Hisp. *Limado y ornado vn poco*. Pol. *Wypolerowany*. Vng. *Reszelitsske, szepetske*. Ang. *Somewhat filed*.] Cicero Volumnio: Opus est hic limatulo, & polito tuo judicio. Id est, terso, & subtili.

Lĭmātūrā, ræ, f.p. Scobs: hoc est, pulvisculus limando detractus. [*λιμαίνω*. Gall. *Limure, limaille*. Ital. *Limatura*. Ger. Abfeilen, feilenspan. Hisp. *Limadura*. Pol. *Piaszek wypolerowania*. Vng. *Reszelés por*. Ang. *Filing, or duff of filing*.]

Lĭmax, cis, f.t. teste Varr. lib. 6. de ling. Lat. cochlea: nomenq; habet à limo, in quo per hyemem delitescit, Vere prodiens. [חומת *chomet* שבלול *shabluel*. *κοχλίας*. Gall. *Limace ou limacon*. Ital. *Lumaca*. German. Ein schnecke. Hispan. *Caracol*. Polon. *Slimak*. Vngar. *Sárba teleö isiga*. Anglic. *A snaile*.] Columell. libro 1: Implicitus conchæ limax, hirsutaque campe. Nonnulli tamen contendunt limacis nomen patere latiùs quàm cochleæ: ut cochlea tantùm dicatur, quæ conchæ includitur, suamque secum domum circumferit: limax etiam illa, quæ testa caret.

Lĭmbŭs, bi, m.s. Fimbria. Est pars infima vestis muliebris, imos pedes contingens: vel potiùs fascia extremitatè vestium circunquaque ambiens. [כנף *chanâph*. *κρόσσωτα*. *βόρδουρα*. Gall. *Bord, bordure*. Ital. *Lembo, orlo*. Ger. Ein saum an ein beteg / furnamlich an Weibbetteyderen. Hisp. *El cabo ò borde de la vestidura*. Pol. *Brem kal'o sukenie niewieściego*. Vng. *Parem*. Ang. *A garde or hemmes of a*

me of a garment.] Ovidius: -quam limbus obibat Aureus, ornabant aurata monilia collum. Virgil. 4. Æneid. Sidonium picto chlamydem circundata limbo. Vbi Servius: Limbus est fascia extremitatem vestium ambiens, secundum antiquum ritum. ¶ Hujus diminutivum est Limbulus, à quo limbellus, quorum oportet afferri exempla, è locupletibus autoribus sumpta.

Limbŏlārius, rii, Qui limbum vestium consuit. [*Νεανοεξάφτης.* Gall. *Brodeur, qui fait bordi.* Ital. *Che fa tali orli.* Ger. Bleygnäyer. Hisp. *Bordador à hestador.* Pol. *Tey kto bramy roby y kl adje.* Vng. *Perem varro.* Ang. *An embroiderer, or that sewes hemmes of garments.*] Plautus in Aulul. Textores limbolani, arculani, *&c.*

Limĕn, minis, n. t. Quod ex transverso in janua statuitur: à limoriâ est, obliquo, quòd ingredientibus, exeuntibusq; transversum sit, ut est apud Donatum, Festumq;. [מסגר *sæpè* מסגרתא. *Φλιὰ, φλὶς, θυρεός.* Gall. *Le liteau ou seuil de l'huis, l'entree d'un huis ou porte.* Ital. *Soglia, soglia della porta, entrata di casa.* Ger. Die thurschwell, die ober vnd vnder. Bel. Emm dorpel. Hisp. *El lombral de la puerta.* Pol. *Prog.* Vng. *Küszöb.* An. *The threshold, an entry.*] Terentius in Hecyr. Iam ut limen exirem, ad genua accidit. ¶ Nec solùm inferiorem partem significat, quæ sub pedibus calcari solet in ingressu, sed etiam superiorem, quam Græci ὑπερθύριον, & ὑπέρθυρον appellant. [מסגר מסגרתא *chapliaôr.*] Iuven. Satyr. 61. -pendentia liquit Vela domus, & adhuc virides in limine lauros. Nævius verò limen superum & inferum dixit. Exime limen superum, quod mihi misero sæpè confregit caput: inferum quoque, ubi ego omnes defregi digitos. ¶ Limen superum, inferumque discedentes salutabant. Plaut. Limen superum, inferumque salve, simul autem vale. ¶ Ponitur interdum limen pro ingressu. [אמנא *mahè* דיאה *bitah, herè* ⊕.] Virgilius 2. Aeneid. Limen erat, cæcæq; fores, & pervius usus Tectorum. ¶ Interdum pro domo ipsa. Virgil. 2. Georg. -penetrant aulas & limina regum. ¶ Interdum pro carceribus unde stadiodromi cursum auspicantur. Virgil. 5. Aeneid. -signoq; repentè Corripiunt spatia audito, limenq; relinquunt. ¶ Interdum pro amicitia, ut censet Servius, enarrans illud de Turno: -se limine pellit. Iuven. Satyr. 3: Limine submovetur: id est, repellor ab amicitia. ¶ Ad limina servus, pro atriensi. Virgilius li. 9: -fidusq; ad limina custos: id est, Ianitor, inquit Budæus. Limina imperii: id est, extremi fines. ¶ Musas vix à limine salutasse, proverbii metaphora dicuntur, qui vix leviter & summis tantùm labris literas degustarunt. ¶ Ipsum ostii limen tetigisti, αὐτὸν κατέχεις τὸν θυρεὸν τοῦ θύρου. Dici solitum quoties ad rem ipsam pervenitur.

Liminaris, re, om. t. Vt lapis liminaris, qui in domus aditu transversus jacet. Item verbum elimino & nomen Postliminium: de quibus suis locis.

Limenarcha, æ, m. p. [λιμενάρχης. Gall. *Celuy qui garde les passages sur mer, qui a la charge des ports de mer, maistre des ports.* Ital. *Ammiraglio di porto, che guarda vn passo di mare ò vn porto maritimo.* Ger. Ein Oberster / so verordnet ist ja der Hut eines Meerhafens oder Passes im fremden Land. Hisp. *Guardador de los puertos marinos.* Pol. *Przełożony nad przepuszczaniem przez granicę portowni starości.* Vng. *Rév tisztartó.* Ang. *A constable, master of the watch or ports.*] Dictio Græca est, quam Latinè Præfectum portus interpretari possumus. λιμὴν enim Græci portum dicunt. Erant autem Limenarchæ, qui portubus præerant ex quibus frequens erat trajectus ad exteras nationes. Hos Aristoteles lib. 6. Politicon, λιμενοφύλακας appellat. Hæc ferè Budæus in l. Limenarchæ, ff. de servis fugit.

Limes, itis, m. t. Semita transversa, militari via angustior. [גבול *ghebul* גבולין *ghebulin.* διέξοδος, ὁδός. Gall. *Frontiere ou lisiere, chemin trauersant les terres, sente.* Ital. *Via per trauerso, termino, confine.* Ger. Ein zwercher fuszweg durch ein acker. Hisp. *La linde ò termino.* Pol. *Stezka przez rolia.* Vng. *Keszeny, gyalog ut, mezye, (anagy) mezye, hatar.* Ang. *A crosse path or way.*] Columell. libro 1: Semitas, novosque limites in agro fieri non patiatur. Virgilius 8. Aeneid. Hæc ego vasta dabo, & lato te limite ducam. Idem 2. Aeneidos: -tunc longo limite sulcus Dat lucem. Quintil. libro 2. capite 13: Itaque & stratum militari labore iter sæpè deserimus, compendio ducti: & si rectum limitem rupti torrentibus pontes inciderint, circuire cogimur. Livius libro 1. bell. Maced. Intra portam, extraque latæ sunt viæ: ut & oppidani dirigere aciem à foro ad portam possent: & extrà limes mille fermè passus in Academiæ gymnasium ferens, pediti, equitique hostium liberum sparium præberet. Budæus. ¶ Limites item in agris dicuntur ipsi termini quibus agrorum fines distinguuntur. Festus. Limites in agris modò termini, modò viæ transversæ dicuntur. Virgilius 1. Georg. Nec signare quidem aut partiri limite campum Fas erat. ¶ In agris limites duo maximi erant, cardo & decumanus. Limes decumanus est, qui ab Oriente in Occidentem spectat: Cardo à Meridie ad Septentrionem. Reliqui limites angustiores, distantque inter se paribus intervallis. Vide Plinium libro 22. cap. 33.

Limitēs, ait Siculus Flaccus in libro De conditionibus agrorum, ab liminibus vocabula accepisse. inquit enim sic: Quo modo limina introitus exitusque locis præstant, limites agris similiter introitus exitusque, qui in agris divisis & assignatis semper pervii esse debebunt, tàm itineribus quàm & mensuris agendis. Pergit idem Flaccus his verbis: Cùm omnes limites à mensura denùm actuum decimani dicti sint, si qui Orientem Occidentemque intuentur, qui Meridianum & Septentrionem tenent, unum vocabulum illis erat, decumanum nuncupabant matutini & vespertini, & meridiani & septentrionis cardinem: alii verò ob regionum positionem & naturam appellaverunt maritimos & montanos: postea verò, cùm agri dividerentur & assignarentur, decimani quidem vocabulum permansit, ut ii qui Orientem, Occidentemque intuentur, decimani dicerentur: ii verò, qui meridianum & septentrionem, quoniam cardinem mundi tenerent, cardines sunt appellati. Et omnes limites disimunt agros, centuriasque designant: qui, ut suprà diximus, in agris divisis & assignatis semper pervii esse debebunt, & itineribus, & mensuris agendis. Limitum autem nomina hæc invenimus in libello extremo ejusdem Flacci. Orientales, *ait*, dicuntur decumani: Septentrionales cardines: item, maximi, C.M. Actuarii, Intercisivi, Quintarii, Cultellati, Nonatii, Maritimi, Temporales, qui solis ortum secuti sunt, Gallici, Regales, Subroncivi, Linearii, Sextanei, Tessellati, Diagonales, Montani, Austrinales, qui per antucam & posticam dividuntur: Hypotenussales, qui angulis subjacent: Præfecturales, Egregii, Undecimani, Duodecimani, Colonici, Passivi, Solitanii, Perpetui. Aggenus autem in libro De limitibus agrorum distinguit limitem à rigore his verbis: Limes est quodcunque in agro ad observationem finium opera manuum factum est: rigor verò suæ rectitudinis naturalis nomen accepit. Rursus Hygenus in libello & ipse de limitibus constituendis: sic, Antiqui mensuras agrorum normalibus longitudinibus inclusérant. primùm duos limites constituerunt, unum qui ab Oriente in Occidentem dirigeret: hunc appellaverunt duodecimanum, ideo quod terram in duas dividat partes, & ab eo omnis ager dividatur: alterum à Meridiano ad Septentrionem quem cardinem nominaverunt, à mundi cardine. Duodecimanum postea decimanum appellaverunt quare à decem potiùs, quàm à duobus, sicut duo pondo nunc dicimus dupondium, & quod dicebant antiqui duo viginti: nunc dicimus viginti. Similiter duo decumanus, decumanus est factus. Reliquos limites fecerunt angustiores. &, qui spectabant in Orientem, prorsos, qui ad Meridianum, transversos appellaverunt. ¶ Limites autem appellati à limo: id est, antiquo verbo, transversi: nam & limum cinctum, idcò quòd purpuram transversam habeat: item limina ostiorum. Postea prorsos & transversos limites appellaverunt à liminibus, quòd per eos agrorum limina servantur. postea apud quosdam nomina à loci natura acceperunt: & qui ad mare spectant maritimos, qui ad montem montanos appellaverunt. Omnis ergo hujus rectura longitudo rationalis, limes appellatur. nec interest quicquam, decumanum dicamus, an limitem. decumanum autem primus, maximus appellatur, item Kardo: nam latitudine cæteros præcedunt: sunt alij limites actuarii, alii linearii. Actuarius est limes, qui primus actus est ab eo quintus quisque: quem si numeres cum primo, erit sextus: quoniam quinque centurias sex limites cludunt. reliqui medii limites linearii appellantur, in Italia subruncivi. Actuarii autem extra maximos, D. & K. latitudinem habent pedum XII. per hos iter populo, sicut per



rent per viam publicam debetur, ita enim cautum est lege Sempronia, Cornelia, & Iulia. quidā ex his latiores sunt XII. pedibus, ut si qui sunt per viam publicam militari actis habent enim latitudines viæ publicæ. hinc arii milites mensurę rātum disterminandæ causa sunt constituti: &, si finitimi intervenisūt, latitudinem secundum legem Maniliam accipiunt. in Italia itinerī publico serviunt sub appellatione subruncivorum. habent latitudinē pedum octōnum. Hoc conditores coloniarū fructus asportandi causa publicaverunt: nam & possessiones pro æstimio ubertatis, augustiores sunt assignatæ: ideoq; limites omnes non solūm mensuræ, sed & publici itineris causa, latitudines acceperunt. Secundum antiquam constitutionem limites ditiguntur: quare non omnis agrorum mensura in Orientem porrō, quām in Occidentem spectet. in Orientem, sicut ædes sacræ: nam antiqui architecti in Occidentem templa spectare rectè scripserunt. postea placuit omnes religionem eō cōvertere, ex qua parte cœli terra illuminatur: sic & limites in Orientem constituuntur. Hæc Frontinus in libro De limitibus agrorum.

Limīto, limitas, act. p. penult. corr. Termino, limitibus circunscribo & distinguo: quemadmodum Semito, in semitas distinguo. [חבל chabal. ἀφορίζω, ἀφορίζομαι. Gal. Limiter, borner, partager & vergi, diviser & partir par chemins & bornes. Ital. Limitare, terminare. German. Mit Wegen vnderscheiden/ vnder-machen. Hispan. Deslindar ò poner lindes. Polon. Oprawiczam. Vngar. Meg hatarozom. Angl. To bounde or limite.] Vnde limitatus ager, dicitur in centurias divisus, inquit Festus. Plin. lib. 17. cap. 22: Vineas limitari oportet decumano XVIII. pedum latitudinis, ad contraritos vehiculorum transitus, aliusq; limitibus denūm pedum distinguī per media jugera. Aut si maior modus sit, totidem pedum cardine quōt decumano limitari; semper verō quintanis seminari: hoc est, ut quinto quoque palo singulæ jugo paginæ tacludantur. ¶ Per translationem accipitur pro restringo, resecco, adimo, præcido. Cicer. Appio Pul. De tua prolixa, beneficaque natura limitavit aliquid posterior annus, propter quandam tristitiam temporum. Quo tamen in loco quędam exemplaria limavit habent non limitavit.

Limitanēi milites, Qui sunt in limitibus: id est, in finibus Imperii in præsidio constituti, ad incursus inimicorum vicinorum arcendos. [ἐφεδροι, οἱ ἐν τοῖς μεθορίοις. Gal. Gens d'armes qui sont ioinctes à frontieres d'vn pays. Ital. Gente d'armi alle frontiere. German. Kriegsleut so auff den Grentzen vnd anstossen zur Hut ligen. Hisp. Hombres de armas en frontera. Polon. Żołnierze granicyni. Vngar. Határőrző vitézek. Ang. Souldiours appointed to defend the marches.] ¶ Item agri limitanei, qui in limitibus alicujus provinciæ, proximè hostes sunt siti. Iurisconsultus in l. fin. de Fundis limitrophis: Agros limitaneos universos cum paludibus, omnique jure, quos ex prisca dispositione limitanei limites ab omni munere vacuos ipsi curare pro suo compendio, atque arare consueverunt, &c. Limitanei fundi, sūnt limiti deputati.

Limitātio, onis, f. t. Definitio, circunscriptio sive distinctio. [חבלות chabloth. ἀφορισμός, ἀφορισμός. Gall. Limitation, division de partiers & chemins. Ital. Divisione & partimento del camino. German. Vnderscheidung/ vnderscheidung. Hispan. Obra de deslindar ò poner lindes, apartimiento de caminos. Polon. Rozdział granicyni, przygroda. Vngar. Meg hatarozás. Ang. A bounding.] Colum. libro 3. cap. 12: Non intempestivè commemorabimus Iulii Græcini conscriptam, velut formulam, ad quam posita est limitatio terræ vinealis.

Liminium, nii, n. t. Cicer. in Top. Cum ipsius postliminii vis quæritur, & verbum ipsum notatur, in quo Servius noster (ut opinor) nihil putat esse notandum, nisi post, & liminium, illud productionem verbi esse vult.

Limeum, Herba qua venatores sagittas inficiunt: à nonnullis Venenum cervarium appellatur. Plinius libro 27. capite 11.

Limnēsium, [λιμνήσιον. Polon. Centaurya.] Herba est, quam alio nomine Centaurium minus appellant, copiosissimè circa lacus proveniens, & paludes, quas λίμνας Græci appellant: unde & nomen accepit. Dioscorides libro 3. capite 7.

Limoniū, æ, λιμωνία, Alterum genus anemones. Plinius libro 21. cap. 11.

Limonītēs, λιμωνίτης, Gemma eadem videtur, quæ smaragdus. Plin. lib. 37. cap. 10.

Limonīōn, λιμώνιον, Herba est similis betæ, verùm foliis tenuioribus, & minoribus, numero circiter decem, caule tenui, recto, altitudine librorum, pleno seminis rubri, quod gustatū linguam astringit. Plinius betam sylvestrem appellat, lib. 20. cap. 8. Vulgò lina pratensis.

Limonium, Frutex est, nunquam cubito altior, cristique foliorum ac radice nigra, sed dulci, recipit ipsum in cibis oriens. Ex Plinio, libro 21. capite 22.

Limpīdus, a, um, Clarus, purus lucens. [בהיר tsach bahir בהיר bar טהור tahōr καθαρός. Gall. Clair comme eau de roche. Ital. Chiaro, limpido. German. Lauter/ klar. Hispan. Cosa limpia. Polon. Przezroczysty. Vngar. Tiszta. Ang. Cleare as water.] Columella libro 11. capite 28: Vere florente rosa, defæcatum quām limpidissimum in vasa bene picata & pura transfeto. Lacus limpidi, Catullus ad Simionem peninsulam, Epigrammat. 29.

Limpītūdo, dinis, f. t. Puritas, claritas. [בר bar טהר tehar. καθαρότης. Gall. Clarte d'eau ou d'autre chose. Ital. Chiarezza, purità. Germ. Lauterkeit / klarheit. Hispan. Limpieza. Polon. Przezroczystość. Vng. Tisztaság. Ang. Clearenesse of water or other thing.] Plinius libro 32. capite 11: Stant velut fusillo crure longo, in arena defixæ, biantesque qua limpitudo est, pedali non minus spatio.

Limūs, limi, m. f. Genus vestis, ab umbilico ad pedes pertingens, qua teguntur, ut ait Servius, pudenda populum. Hæc autem vestis habet in extremo sui purpuram limam: id est, flexuosam: unde & nomen accepit: nam limum obliquum dicimus. Virgilius 12: Velati limo, & verbena tempora vincti. ¶ Limus præterea lutum significat, seu cœnum illud mollius quod ab aquis deferri solet. [יון יאר iavin. ἰλύς, πηλός. Gall. Bourbe, fange. Ital. Fango, gora, lotto. German. Koat/ Mist. Hispan. Limo de la tierra ò cieno. Polon. Glina, błoto. Vngar. Sár. Angl. Mudde and slime.] Virgilius 8. Aeglog. Limus ut hic durescit, & hæc ut cera liquescit Vno eodemq; igni: sic nostro Daphnis amore. Idem 4. Georg. Turamen & lævi rimosa cubilia limo Vnge. Horat. 2. Serm. Satyr. 4: Sive gratis veteri cratere limus adhæsit.

Limosūs, a, um, Limo plenus, & cœnosus. [βωλόεις, πηλώδης. Gall. Bourbeux, fangeux, plein de bourbe & de fange. Ital. Pieno di fango. Germ. Kärrechtig/ mürechtig. Hisp. Cosa llena de lino ò cieno. Pol. Błotnisty. Vngar. Sáros. Ang. Full of mudde and slime.] Virgilius 2. Aeneid. Limosoque lacu per noctem obscurus in ulva Delitui. ¶ Hinc Illimis, & hoc illime, pen. prod. quod est sine limo, defæcatum, syncerum. ἄκηλος. Ovid. lib. 4. Metam. Fons erat illimis, nitidis argenteus undis. ¶ Hinc & Oblimo, de quo alibi.

Limūs, ma, mum, Obliquus, transversus, obtortus: pro quo etiam Limis dicimus, teste Festo, per tertiam declinationem. [עקלתון hakallatōn עקלקל hakalkāl. διεστραμμένος, σκολιός. Gall. Qui est de travers, tourné. Ital. Traverso, torto. German. Schief / Schiram / vberzwerch. Belg. Dwers. Hispan. Cosa tuerta ò altrauesa. Polon. Obłudni, pokrętny. Vngar. Horgas, tekergő. Ang. Crooked, awry, askew.] Hinc Oculi limi, vel limes dicuntur, quibus ex obliquo aliquem aspicimus. Plautus in Milite: Aspice limis oculis. Plinius libro 8. capite 16: Nec limis intuentur oculis: aspicique se simili modo noluntid est, obliquis oculis. Vnde qui obliquè aspicit, limis oculis spectare dicitur, σκολιόφθαλμος, σκολιόφθαλμος τοῖς ὀφθαλμοῖς, σκολιόπτωτος. Terentius in Eunuch. Ego limis aspecto sic per flabellum clanculum. Vbi Donatus: Limis, si nominativus singularis est, transversum significat: si sextus pluralis, deest oculis. Nam limis est transversus: unde limen dicitur quoque quod ingredientibus exeuntibusque transversum est. Quum igitur dissimulant homines se videre quod vident, & non recta facie, sed transversa intuentur, limes dicuntur aspicere. ¶ Hinc limulus diminutivum Plautus in Bacchid. Videū' limulis ut obsecro intuentur.

Linamentum, Vide LINVM.

Linēa, æ, f. p. A' Geometris propriè appellatur longitudo latitudinis expers. [קו kav. γραμμή. Gall. Ligne, raye, cordeau de charpentier. Ital. Linea, il filo del legnaiuolo, segno tirato su qualche cosa. German. Ein Linien/ ein Richtschnur. Belg. Een Richtsnoer. Hispan. La linea ò raya ò traca. Polon. Linia. Vngar. Linea, vonyat. Ang. A line, rewe or strike.] ¶ Hoc item nomine dicitur filum quo fabri utuntur ad signandam materiam: quòd ex lino fieri soleat. Cicero Quinto Fratri: Aliquando perpendiculo & linea discet uti. ¶ Hinc linea dicitur filum omne ex lino, & quicunque tenuis funiculus. Columel. Ligato pede longa linea gallina custoditur. Plinius: Muræna devorant hamum, admoventque dentibus lineas atque ita erodunt. Quo in loco accipitur Linea pro funiculo illo cui annexus est hamus, quo piscatores utuntur ad decipiendos pisces. ¶ Lineam mittere, apud Plautum in Mostell. videtur accipi pro explorare, vel explorare aliorum consilium: Non (inquit) extemplò ostendam meum sensum: lineam mittam: hoc est, explorabo illorum mentem. Sunt qui à nautis dictum putent proverbium, qui ad explorandum locorum profunditatem funiculum mittunt in mare, cui plumbum in extremo adhæret. Græci βολίδα vocant. Alii à piscatoribus ductum putant, qui ad

qui ad capiendos pisces lineam hamatam in aquam mittunt. Sunt etiam qui à pictoribus, qui ubi quid pingere volunt, lineam priùs umbræ cujpiam similem mittunt, per quam ipsi picturam dirigunt: sed ex illa tamen ab intuentibus nihil deprehendi potest de picturæ forma. ¶ Nullam hodie lineam duxi, τήμερον οὐδεμίαν γραμμὴν ἤγαγον. Ab Apelle pictore natum adagium: in eos quadrat, quibus cessatur ab exercitio studii artisque suæ, Plin. lib. 35. cap. 10.

Lĭnĕŏlă, æ, f. p. Parva linea, diminutivum à linea. [γραμμίδιον. Vng. Lineatska, vonasotska.] Gell. lib. 10. cap. 1: Tribus tantùm lineolis III. incisis significatus est.

Lĭnĕo, as, act. p. Est lineas duco, lineis rem aliquam figuro, delineo, informo. [תאר toär. διαγράφω, ἀπογράφω. Gal. Aligner, marquer à la ligne, pourtraire par lignes, & traits. Ital. Tirar linee, lineare. Germ. Linien ziehen/entwerffen. Belg. Een linie maken. Hisp. Tratar, debuxar. Polon. Linyuie. Vng. Linealok. Ang. To drawe lines, to describe with lines.] Cato de Re rust. cap. 14: Et quæ opus sunt domui præstabit, & ad opus dabit, succidet, dolabit, lineabit, secabitque materiam solam duntaxat.

Lĭnĕāmentă, n. f. Lineæ quædam in corpore apparentes, ex quibus rei uniuscujusque forma dignoscitur: à lineari pictura tracta, in qua per solas lineas effigies hominis cognoscebatur. [γραμμαί. Gal. Traits, pourtraits, premiers lineamens. Ital. Lineamenti, figure tratte à linee. German. Die Gliedmaß. Hisp. Tracas. Polon. Zel pocziele rozpalic zenie. Vngar. Linealas. Ang. Draughtes, or delineations of any thing.] Cic. 4. Verr. Contemnere etiam signum illud Himeræ jam videbatur, quod eum multò magis figura & lineamenta hospitæ delectabant. Plin. lib. 35. cap. 25: Nec qui succederet operi ad præscripta lineamenta inventus est. Lineamenta in Geometria sunt linearum productiones. Cic. 1. de Orat. in geometria: Lineamenta, formæ, intervalla, magnitudines, &c. ¶ Lineamenta animi metaphoricôs dixit Cic. 3. de Finib. Animi enim lineamenta sunt pulchriora quàm corporis.

Lĭnĭāmentum, idem quod lineamentum. [Vngar. Lineazás.] Tertull. libro de Resurr. carn. Talia interim divinarum virium liniamenta, non minus probabis operato Deo quàm locuto, &c.

Lĭnĕāmentātĭo, Lineamentorum ductus. [ὑπογραφή. Polon. Olineowanie. Vng. Linea vonyás, lineázás.] Iulius Firmicus Matheseos lib. 1: Vnde enim sese singuli propria corporis lineamentatione cognoscunt.

Lĭnĕāris, re, om. t. Quod ad lineam pertinet. [γραμμικός. Gal. Appartenant à la ligne. Ital. Lineare. Ger. Das zu den Linien gehört. Hispan. Cosa perteneciente à la linea. Polon. Liniowi. Vngar. Lineabozvalo. Ang. Belonging to a line.] Vnde linearis pictura vocata est, quæ nullis adhibitis coloribus, rei pingendæ similitudinem solis lineis exprimebat. Primi hanc picturam exercuerunt. Ardices Corinthius, & Telephanes Sicyonius, sine ullo colore, spargentes tamen lineas intùs: unde & Græci hujusmodi picturam γραφίδα appellarunt. vide Plinium libro 5. capite 3.

Lĭnes, Vasa fuisse videntur ad fontes pertinentia. Vlp. 15. D. de act. empt. Lines & labra salientes fistulæ quæ salientibus junguntur. Quo tamen loco Lenes corrigendum putarem. Nam apud Nonium Lenis vasis genus est: ubi tamen corruptè Lenas legi, ex duobus autorum, quos citat locis, intelligitur. Ex Hotomano.

Lingo, gis, xi, ctum, act. p. Est aliquid lingua leniter delibo, degusto, lambo. [לחך lachach לק lak. λείχω. Gal. Lecher, succer. Ital. Leccare. German. lecken. Hispan. Lamer. Polon. Liże. Vngar. Nyalom. Ang. To licke, to sucke.] Plaut. in Cas. Mel mihi videor lingere. ¶ Nonnunquam idem est quod paulatim deglutio: ut quū aliquid ore tenentes guttatim demittimus in ventriculum. Plin. lib. 37. cap. 10: Tecolithos oleæ nucleo similis videtur: neque est gemmæ honos, sed lingentium calculos frangit, pellitq;. ¶ Hinc fit compositum Elingo, quod idem significat cum suo simplici. Plaut. in Curcul. Hic hodie apud me nunquam elinges salem.

Lĭnctŭs, us, m. q. Lingēdi actus. [τὸ λεῖγμα, τὸ ἔκλειγμα, τὸ ἐκλειγμά. Gal. Lichement ou succement. Ital. Il leccare. Ger. leckung. Hisp. Obra de la mer. Polon. Lizanie. Vng. Nyalás. Ang. A licking.] Plin. libr. 31. cap. 9: Multi tussim veterem linctu salis discussere. Quæ verò in eum usum fiunt ut delingantur, à Græcis vocātur ἐκλείγματα, quasi dicas delinctoria. Qua etiam voce usus est Plinius: E semine lini fiunt ecligmata.

Lingua, æ, f. p. Pars corporis nobilissima, voci formandæ, dignoscendisque saporibus destinata: ita dicta quòd ejus ministerio lingentes utamur. [לשון laschon γλῶσσα. Gal. Langue. Ital. Lingua. Ger. Die Zung. Bel. Tonge. Hi. Lengua. Pol. Język. Vn. Nyelv. Angl. A tounge.] Plautus in Pœn. Istic est thesaurus stultis in lingua situs, Vt quæstui habeant malè loqui de melioribus. Cicero 3. de Orat. Hæc tibi est excidenda lingua, quæ vel evulsa spiritu ipso libidinem tuam libertas mea refutabit. Co-

ruscare linguis dicuntur serpentes, Ovidius 4. Metam. Virgilius 3. Georg. Linguis micat ore trisulcis: Ovidius 7. Metamorph. Pervigilem superest herbis sopire draconem, Qui crista linguisque tribus præsignis & uncis Dentibus horrendus. Bisulca lingua, Ovid. 4. Metamorph. Aspera lingua premit fauces. Virgilius 3. Georg. -comprensam forcipe linguam Abstulit, Ovid. 6. Metamorph. Linguam convertere ad mores alicujus, est reprehendere. Plaut. in Pœn. -respondebunt, Punicè pergam loqui: Si non, tum ad horum mores linguam divertero. ¶ Est & lingua minor, quæ à Græcis epiglottis dicitur, ἐπιγλωττίς, operculū cartilaginosum, quod fistulam spiritalem in gutture claudit: ne quippiam in eā decidat. Hæc quā ridemus, attollitur: quia risus omnia concutit. Quapropter periculosum est, ne nos risus invadat, quum deglutimus. Hoc enim operculum natura instituit, ne quid esculenti, poculentive ad pulmonem feratur: quod si acciderit, nisi rejiceretur, hominem strangularet. ¶ Accipitur quandoque Lingua pro certo cuique genere & ratione loquendi. Plautus in Pœn. Is omnes linguas scit, sed dissimulat sciens se scire. ¶ Quin etiam in una lingua sermonis diversitas, διάλεκτος, lingua dicitur: ut in Græca lingua quinque præcipuæ sunt linguarum diversitates, Attica, Aeolica, Ionica, Dorica, & Communis. ¶ Lingua, pro obloquutione, rumoribus, maledictis, obtrectatorum vocibus, & sermonibus. Cicero ad Varronem libro 6: Tibi autem idem consilii do, quod mihimetipsi, ut vitemus oculos hominum, si linguas minus facilè possumus. Tela linguæ. Ovidius 4. de Ponto: Hostibus eveniat, quàm sis violentus in armis, Sentire, & linguæ tela subire tuæ. ¶ Est præterea Lingua, sive lingula promontorium, vel alia quævis terra oblonga, & angusta, quæ in modum linguæ exertæ in mare excurrit. Cæs. 3. bell. Gall. Erant ejusmodi ferè situs oppidorum, ut posita in extremis lingulis, promontoriisque, neque pedibus aditum haberent, &c. Budæus. Plinius libro 5. cap. 7: Inde in altum lingua mille passuum excurrit. ¶ Lingua item Plin. libro 24. cap. 19: Herba est, quæ circa fontes nascitur, cujus radix combusta & trita, alopecias emendat. ¶ Similiter lingua bubula, genus herbæ, quam Græci βούγλωσσον dicunt, boum linguæ similis. ¶ Lingua canina, alia herba, quæ κυνόγλωσσον vocatur à Græcis. ¶ Lingua petræa, genus lapilli, quod inter gemmas connumeratur. ¶ Lingua amicus, γλώσσῃ φίλος, qui verbis ostendit, non re præstat beneficium. Aut qui non amat ex animo, sed benevolentiā oratione præ se fert. Theog. in sentent. ¶ Lingua bellare, γλώττῃ πολεμίζειν, dicuntur qui maximè convitiantur, ac minantur hosti, sed quum tamen est. ¶ Lingua juravit, ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχε, ubi quis non præstat idem promissis: aut ubi non ex animo pollicetur. Euripides.

Lĭgŭlă, secundum Priscianum, & per concisionem ligula. [שרוך seroch, γλωσσάριον, γλωσσίς. Gal. Vne courroye, vne fiabelle, vne culliere, vne escumoire, vn fraquet, vne esguillette. Ital. Picciola lingua, correggia d' vna scarpa, spatola, cucchiaio. Germ. Ein Zünglein. Hispan. Pequeña lengua, la lengua ò puerta del çapato, la spatola del aboticario, agujeta, cinta. Pol. Szpatul'a, iezyczek, item wiązka. Vng Nyeluetske. Ang. A litle tounge, a lingell, a litle spoon, a litle slise.] Festus: Lingula per diminutionem dicta aliàs à similitudine exertæ linguæ, ut in calceis: aliàs inserta id est, intra dentes coercitæ, ut in tibiis. Docti nostræ ætatis Priscianum sequuti indifferenter scribunt lingula, vel abjecta n litera, ligula: Martialis tamen irridet superstitionem Grammaticorum sui temporis, qui, quum Senatorum & equitum, eorumque, qui emendatissimè loquebantur, usus obtinuisset ut ligula diceretur, etymologiæ tamen rationem sequuti, lingula dicendum contendebant. Quamvis (inquit) me ligulam dicant Equitesque, Patresque, Dicor ab indoctis lingula grammaticis. Quo in loco prima syllaba corripitur: quemadmodum & apud Iuvenalem Satyr. 5. -& ligulas dimittere sollicitus ne Tota salutatrix jam turba peregerit orbem. Martialis libro 2. eandem produxit: Non extrema sedet lunata ligula planta. Vnde nonnulli putant ibi legendum esse lingula. Sed verisimile non est Poëtam in idem vitium labi, quod in aliis reprehendit. ¶ Est etiam ligulā instrumentum cavum & oblongum, in speciem linguæ factum: quale est illud, quo utuntur aromatarii ad extrahenda à vasis unguenta. Plinius libro 21. cap. 14: Cera Punica fit hoc modo: ventilatur sub dio sæpiùs cera fulva: deinde fervet in aqua marina ex alto petita, addito nitro: inde ligulis adligunt florem. Columella libro 9. cap. 15, ligulam vocat instrumentum ad purgandum è vase spumam: Deinde (inquit) ubi liquatum mel in subjectum alveum defluxerit, transfertur in vasa fictilia, quæ paucis antè diebus aperta sint, dum musteus fructus effervescat: isq; sæpiùs ligula est purgandus. ¶ Accipitur etiam ligula pro mensura quadam, quę alio nomine cochlear dicitur, quę est quarta pars cyathi. Nam quatuor ligulæ complent cyathum. De quo vide Agricolam lib. 1. Plin. lib. 20 cap. 5: Item opisthotonicis, & jecinorum vitiis, & torminibus, & stranguriæ, duarū

aut

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

autrium ligularum mensura. Idem: Sunt qui comitialibus morbis dandum putant luna quarta, sexta, septima, ligulæ mensura: id est, cochlearis. ¶ Veteres etiam gladiolum oblongum in speciem linguæ factum, ligulam vocitavêre: cujus rei testis est Gell. lib. 10. cap. 25.

Lingulatus, adject. [γλωσσωτὸς. Vng. Nyelves.] ut Lingulatus tubulus apud Vitr. lib. 8. cap. ult.

Linguarium, Instrumentum quo lingua alicui occluditur. [φιμός, κημός, ἐπιστόμιον. Vng. Nyelv kötő.] Seneca de Benefic. lib. 4. cap. 36: Ecce ut doleat tibi, ut postea cōsideratiùs loquaris, (quod dicere solemus) linguarium dabo. Linguarium appellat hic tanquam linguarū thecam & repositorium, in quo se dicit linguam conditurum, ne temerè promittat. Natum est hoc verbum è joculari vulgi sermone, quo & Galli jocantes plerunq; utuntur.

Linguax, cis, om. t. Verbosus, multum loquens, qui nimium & stultè loquitur. [λάλος. Gall. Langart, bavart, babillart. Ital. Cianciatore. German. Schwätzig, klappertechtig. Hispan. Parlero, ò hombre deslenguado. Polon. Zwawi, bluegot. Vngar. Tátsogo, fok szozu, nyelves. Angl. A blabler, pratler, or chatter.] Gell. lib. 1. cap. 15: Hoc genus homines in verba provectos, locutuleios, & blaterones, & linguaces dixerunt.

Lingulaca, æ, Piscis, ex planorum genere delicatissimus, quē Germani linguam vocāt. Galli à similitudine soleārū, quæ calceis subsuuntur, soleam appellant. [Ang. A sole.] Plaut. in Casina: Vin' lingulacas? St. quid opus est? quādo uxor est domi, Ea lingulaca est nobis: nam nunquā tacet. Quo in loco Plaut. suo more concitandi risus occasionē quærit. Nam quū Olympio, cui à Stalinone hero negotium erat injunctū opsonandi: hoc est, opsonia coëmendi, quæsivisset, velletne lingulacas, quod genus erat piscis delicatissimi: detorsit Stalino vocis ejus significationē ad mulierem linguacem: respondit; nihil sibi opus esse lingulacis, quū domi haberet uxorē linguacissimam. Esse autem lingulacam piscis genus apud Plautum, clarissimum est ex eo, quod statim subjicit Olympio: In re præsenti ex copia piscaria Consulere licebit quid emam. Varr. quoq; teste Non. Mar. lingulacam pro verboso posuit, in libro περὶ ἐγκωμίων, Quare residens lingulacæ, obtrectatores jam tui murmurantes dicunt: ...

Liniger, Vide LINVM.

Linio, is, ivi, itum, quartæ conjug. Vngo vel frico, aut aliquid simile, quod digito, aut aliquo instrumento alicui rei fricando superinducitur vel imprimitur, sed tenuiter nō crassē. [טוח tach משח maschach סוך fasach. χρίω, ἀλείφω. Gall. Oindre. Ital. Vngere, fregare. German. Bestreichen/salben/schmirben. Belg. Salven/bestrijcken. Hispan. Vntar. Polon. Smaruie, namazuie. Vng. Meg kenem, chrisbōm. Angl. To anoynt or oversmere.] Colum. libro 8: Ferè autem per æstatem sic muscis aures canum exulcerantur, sæpè ut totas amittant. Quod ne fiat amaris nucibus contritis liniendæ sunt.

Lino, is, lini, livi, vel levi, litum, act. p. Rem aliquam mollem alteri induro, illino, oblino, inungo, perungo. [טוח tach משח maschach סוך fasech. ἀλείφω, χρίω. Gall. Oindre, maculer, tacher. Ital. Distendere, ò cera, ò tinta, ò colla, ad altra sopra alcuna cosa. Ger. Bestreichen. Hispan. Vntar, manchar. Pol. Pomazuie. Vngar. Reá kenēm. Ang. To anoynt or oversmere.] Colum. lib. 7: Sed illius fanatur noxia, fibula ahena si locum læsum compungas, cretaque cimolia & aceto linas. ¶ Aliquando obturare. Virgil. 4. Georg. -neque illæ Nequicquam in tectis certatim tenuia cera Spiramenta linunt. ¶ Aliquando insignire, & quasi liniendo & poliendo exornare. Cic. ad Qu. Frat. li. 2: Lucretii poëmata, ut scribis, lita sunt multis luminibus ingenii: id est, insignita, & quasi fucata. Præterito lini usus est Quintilianus in Declamat. Cæci: Et ne quid sceleri impio deesset, mariti tui cruore parietem linisti. Colum. lib. 12. cap. 50: usurpavit præteritum livi: Multi (inquit) quū semel nova dolia vel serias crassa gummi liverunt, una in perpetuum gummitione contenti sunt. Præteritum levi videtur mansisse ab antiquo verbo leo: quod tamen inter præterita verbi lino est usitatissimum. Horat. lib. 1. Carm. Ode 20: Vile potabis modicis Sabinum Cantharis, Græca quod ego ipse testa Conditum levi. Cato de Re rust. Postea dolium calefacito minus quàm si picare velis: tepeat satis est: lignis levibus facito calescat: ubi temperatè tepebit, cuminū indito, postea linito. Si rectè leveris in dolium quinquagenarium, pedū quatuor satis erit. Supinum unum tantū habet litum, penultima correpta. ¶ Ejus composita sunt, Allino, ad aliquid lino. Palladius: Si stercus primogeniti vituli allinamus oribus vasculorum. ¶ Collino. Gellius: Postea tabulas cera collivisse. ¶ Circumlino. Cic. 1. Tusc. Condunt Aegyptii mortuos, & eos servant domi. Persæ etiam cera circumlitos cōdiunt, ut quàm maximè permaneant diuturna corpora. ¶ Delino, illino, interlino, idem est quod deleo: hoc est, inducto atramento, aut alio liquore scripturam aliquam picturamve destruo, ἐπιχράφω, ἐξαλείφω. Sic interlitæ literæ dicuntur, quæ deletæ sunt, ita ut legi non possint. ¶ Elino, inquino, fœdo. Lucil. libro 6: Si hæc vestimenta elevit luto. ¶ Perlino, idem quod oblino, vel obduco. διαχρίω, διαλείφω. Columel. libro 8: Mox ulcera lavantur aceto, & tunc pice liquida, cum adipe suilla perlinuntur. Relino, quod obturatum erat aperio, ἀνοίγω, ἀναχρίω. Terentius in Heavt. Relevi omnia dolia, omnes serias. ¶ Sublino, mediocriter fœdo, decipio, & pro ridiculo habeo, ὑποχρίω, ὑπαλείφω. Plaut. in Epid. Senex tibi os sublitum est planè & probè: id est, verba tibi data sunt. Et in Captivis: Quantò in pectore hanc rem meo magis voluto, tantò mihi Aegritudo auctior est in animo, ad illum modum sublitum os esse Hodie mihi id est, ita me esse irrisum, vel ita mihi data esse verba.

Litus, a, um, participium, Vnctus, oblitus, illitus: [נמשח nateach משחה nimschach. κεχρισμένος. Gall. Oint, tasché, macule. Ital. Coperto, vnto, tinto. German. Bestrichen/gesalbet/besprengt. Hispan. Vntado, ò manchado. Polon. Pomazany. Vngar. Meg kenettetbe. Ang. A noynted or over smered.] ut, Litæ veneno sagittæ. ¶ Aliquando idem quod maculatus, sive maculis quibusdā aspersus. ποικίλος. Virg. 4. Georg. -elucent aliæ & fulgore coruscant Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.

Litura, Scripturæ macula, quū scilicet delendi aut expungendi verbi causa, atramento transversam lineam ducimus, aut deleto penitùs aliud superinducimus. [ἐπιχρισμα. Gall. Effacement, effaceure. Ital. Cassatura. Ger. Ein durchstreichung. Belg. Een wtwissinge. Hispan. Borron ò raedura de letra. Pol. Przekreslenie, zmazanie. Vng. El törlés, kenés. Ang. A straik with a penne, a blott.] Cic. pro Arch. Et unius nominis litura se commotum esse dixerit. ¶ Ponitur aliquando pro ipsa linitione vel linimento. [טיח tiach. χρίσις, ἐπίχρισις, ἄλειμμα.] Colum. libro 4. cap. 24: Nam & teredinem formicamque prohibet: solem etiam & pluvias arcet ejusmodi litura.

Lituro, as, act. p. expungo, induco, deleo. [מחה machah. ἐπιχράφω, ἐξαλείφω. Gall. Effacer. Ital. Cancellare. German. Durchstreichen/ausstilcken. Belg. Wtwissen. Hispan. Borrar ò raer la letra. Pol. Zamazuie. Vng. Ki törlöm. Ang. To crosse or straik out with a penne, to put away.] Sidon. Apol. Tunc vel certiùs te probasse reliqua gaudebo, si liturasse aliqua cognovero.

Linostrophon, Herba est notissima, quam nonnulli prasion, alii marrubium vocant. Vide Plin. lib. 20. cap. 22.

Linozostis, [λινόζωστις. Ger. Scheißkraut. Pol. Szczyr.] Dicitur herba quam Latini mercurialem vocant. Plin. lib. 25. cap. 5.

Linquo, is, liqui, lictum, act. t. ut Priscianus censet: quanvis in simplici supinum in usu non sit. [עזב hazab שמם schamam. λείπω. Gall. Abandonner, laisser, delaisser. Ital. Abbandonare. Germ. Lassen oder verlassen. Belg. Verlaten. Hispan. Dexar, desemparar. Polon. Opuszczam. Vngar. El hagyom. Ang. To leave or forsake.] Sunt qui putent, Nestorem secuti, priorem præteriti liqui indifferentem esse, decepti (quod res ipsa loquitur) corrupta Virgilii lectione, quam sic adducunt: Namque suam patriam liquerat tellure sepultam. Quem tamen versum omnium tùm grammaticorum, tùm exemplarium consensu sic legendum constat: Nanque suam patria antiqua cinis ater habebat. ¶ Est autem linquere idem quod deserere, relinquere. Plautus in Amph. Vbi me liquisti? S. domi cum Alcumena conjuge. Virg. 1. Aeglog. -& dulcia linquimus arva. Idem 3. Aeneid. Linquimus Ortygiæ portus, pelagoque volamus. Linqui animo: hoc est, deficere, & deliquium pati. Curtius: Linqui denique animo, & submitti genu cœpit. ¶ Hujus compositum est Delinquo & Relinquo.

Linquens, particip. ut Linquens animus, apud Curtium animus deficiens, & deliquium patiens. [Vngar. El hagyo, el aléla.] Linquentem (inquit) revocavit animum, & nudum hostis latus mucrone hausit.

Lintearius, Linteatus, Linteones, Linteolum, Vide LINTEVM.

Linter, tris, m. & f. t. Naviculæ genus ad flumina trajicienda, ex arbore excavata in navigii formam: æquè autem invenitur & virilis & muliebris generis. [σκάφη, μονόξυλον. Gall. Petit bateau. Ital. Batello, palischermo. German. Ein weydling/ist eigentlich ein außgehölter baum so man an statt eines schiffleins braucht. Hisp. La canoa, barco de vn madero pequeño. Polon. Barka. Vngar. Tsónak. Angl. A litle boate.] Virg. 2. Georg. -cavat arbore lintres. Cæs. libro 7. bell. Gall. Conquirit etiam lintres: has magno fonitu remorum incitatas, in eandem partem mittit. Tibull. lib. 2. Eleg. Exiguus pulla per vada linter aqua. Plin. libro 6. cap. 23: Præterea longè à terra abest navium statio, lintribusque efferuntur onera quæ geruntur. Liv. lib. 1. bell. Pun. Itaque ingens coacta vis navium est, lintriumque temerè ad vicinalem usum paratarum. Cic. pro Mil. Repentè lintribus in eam insulam materiam, calcem, cæmenta atque arma convexit. Inde Lintrarii, quorum meminit Vlp. in leg. 1: Nautæ, cauponarii, stabularii, lintrium sunt exercitores. ¶ Linter etiam vas est uno ligno exculpto, ut navis quo utuntur alveo in vindemia. Navia dici-

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

via dicitur à Festo Pompeio. [Vng. *Sayto vallo.*] Tibull.lib.1. Eleg.4: Aut mihi servabit plenis in lintribus uvas.

Linteum, lintei, n.s. Pannus lineus: & sudarium quo in balneis utimur, & aliis negotiis ad extergendum. [סדין *sadhin.* ὀϑόνη. Gal. *Linceul, linge de quelque sorte qu'il soit.* Ital. *Lenzuolo, sciugatoio.* Ger. *Baßtuch leinwat/ein leinen tuch.* Belg. *lynwaet.* Hisp. *Lienço, ò savana de lino.* Pol. *Sciepka.* Vng. *Keszkenyő, elő ruha.* Ang. *All kind of linnen.*] Plautus in Mostell. Linteum cape, tuque exterge tibi manus. Martialis: Non tam sæpè teret lintea fullo tibi. ❡ Lintea etiam dicuntur vela quibus utuntur nautæ. Virgil.3 Aeneid. -certum est dare lintea retro. ❡ Item quæ in theatro tendi solent ad spectantium umbracula. Hinc legimus Cæsarem totū forum linteis adumbrasse. ❡ Accipiantur etiam lintea pro vestibus lineis.

Linteolum, linteoli, diminutivum, n.s. [ὀϑόνιον, ὀϑόνιον. Gall. *Petit drapeau, drapelet, petit linceul.* Ital. *Lenzuolo, pizzolo.* Ger. *Ein leinen tüchlein/tempfel.* Hisp. *Pequeño lienço.* Pol. *Sciepieczka.* Vn. *Keszkenyőcske.* An. *A clowte.*] Plin. lib.21. cap.12: Vulneribus (*inquit*) in linteolis imponitur. Idem lib.20. cap.17: Destillationem narium discupit tusum, in linteolo olfactum. Columel. lib.6. cap. 16: Præfractis cornibus linteola sale atque aceto & oleo imbuta superponuntur.

Linteatus, m.s. Linteis indutus: id est, lineis vestibus: quali habitu usus fertur Apollonius philosophus: quoniam hujusmodi habitus videbatur mūdior, quam qui ab animalib. deglubatur. [ὁ ὀϑόνην ἐνδεδυμένος. Gall. *Vestu de linge.* Ital. *Vestito con lenzuolo.* German. *Mit leinwat bekleidet.* Hispan. *Vestido de lienço.* Polon. *Wpł otniani vbior obleczoni.* Vngar. *Keszkenyőkbe, (avagy) gyolcs ruhába öltözött.* Ang. *Clothed with linnen.*] Liv. 10. ab Vrbe: Ea legio linteata ab integumento consepti, quo sacrata nobilitas erat, appellata est.

Lintearius, m.s. Qui lintea conficit aut vēdit. [λινουργός, λινοπώλης. Gall. *Linger, qui vend linge.* Ital. *Che fa, overo vende lenzuoli.* Germ. *Einer der mit leinwat umbgeht/ es sey der es machet/oder allein verkaufft.* Hisp. *El lencero.* Pol. *Kramarz pł'otnem kupczaci.* Vng. *Keszkenyő árulo.* Ang. *A linnen drapper.*]

Lintiones, m.s. Qui texunt linteamina in vestium usum: ut docet Servius libro 7. Aeneid. [ὀϑονιοποιοί, λινουργοί. Gall. *Tisserans de toiles, lingers.* Ital. *Tessitori di tele, tessitori.* German. *Leinwadweber.* Hispan. *Texedores de tela.* Polon. *Tkacz.* Vngar. *Takáts.* Ang. *Linnen weavers.*] Plautus in Aulul. Aut manulearii, aut mirobrecarii, propolæ, lintiones, calceolarii. Firmicus libro 2. Math. Si Luna in Veneris signis constituta feratur ad Martem, ista conjunctio faciet linteones, aut tabernarios, atque colorum tinctores.

Linteus, a, um, adject. vide LINVM.

Linum, lini, n.s. [פשתה פשתים *pishtah* בד *badh.* λίνον. Gall. *Du lin, fil ou filet de lin.* Ital. & Hispan. *Lino.* German. *Flachs/werck.* Belg. *Werf/vlas.* Polon. *Len.* Vng. *Len.* Ang. *Flaxe or linnen.*] Herba est notissima quæ cannabis modo in lanæ mollitiem contusa, tetur in usum intimarum vestium. Virgil. 1. Georg. Vrit enim campum lini seges urit avenæ. Plin. libr.10. cap.33: Argatilis appellatur, eadem figura ex lino intexens. ❡ Linum pro filo posuit Cels. lib.7. cap.14: A' quibusdam, *inquit*, tumor ad imum acu trajectatur duo lina ducente: deinde utriusq; lini duobus capitibus diversæ partes astringuntur.

Lineus, a, um, Linteus, quod ex lino est: [λίνεος, λινοῦς. Gall. *Qui est fait de lin.* Ital. *Cosa di lino.* Germ. *Flächsin.* Hisp. *Cosa de materia de lino.* Polon. *Lniany.* Vngar. *Lenből valo.* Ang. *Made of linnen or flaxe.*] ut, Vestis linea, de lino facta. Plin. lib.12. cap. 6: Sed unde lineas vestes faciunt. Virgil. 5. Aeneid. -nodos & vincula linea rupit.

Liniger, ra, rum, Gerens vestes lineas. [λινοστολὸς. Gall. *Vestu de lin.* Ital. *Vestito di lino.* German. *Das flächsin/oder leinin kleidung tregt.* Hisp. *Vestido di lino.* Pol. *Welnianke obleczoni.* Vn. *Lenből ſinalt ruha viselő.* An. *Clated with linnen.*] Ovid. 1. Metam. Nunc dea linigera colitur celeberrima turba. Sacerdotes Isidis intelligit, qui lineis vestibus indui solebant. Iuven. Satyr. 6: Qui grege linigero circundatus, & grege calvo Plangētis populi currit derisor Anubis. Ovid. 1. Amor. eleg.2: Nec tu linigeram fieri quid possit ad Isim Quæsieris.

Linium, Filum est transversum cui stamina applicantur. [Pol. *Watek.* Vng. *Nyüst (vel) nyüst fonal.*] Gell. lib.2. cap.3: Licio transverso quod Linium appellatur, qui magistratibus ministrabant, cuncti erant.

Linteus, a, um, Lineus, quod ex lino est confectum: [λίνεος. Gall. *Chose faite de lin.* Ital. *Cosa fata di lino.* Germ. *Auß flachs gemacht/ leinin.* Hisp. *Cosa hecha de lino.* Polon. *Lniany.* Vngar. *Lenből ſinalt.* Ang. *Made of linnen.*] ut, Vestis lintea: id est, lino contexta. Cic. 7. Verr. Illi ad deprecandum periculum proferebant, alii purpuram Tyriam, thus alii atq; odores, vestemque linteā. Lintei libri, qui de lino fiebāt, cujusmodi Sibyllini quidā fuerūt. Liv. 4. ab Vrb. Licinius Macer autor est, & in fœdere Ardeatino, & in linteis libris ad Monetę invētis. Plin. lib.13: cap.13: In plumbeis, linteisq; voluminibus scriptitatū cōstat.

Linamentum, ti, n.s. Penicillus ex linteo decerptus, qui vulneri imponitur ex linteolo, vel spongia, vel lana ad exsiccandā saniem, & purulentiam extrahendam. [μοτός, μοτάριον. Gall. *Drapeau ou charpie, tente de charpie, de drapeau, de laine, ou d'esponge.* Ita. *Drapo di lino à di lana.* Ger. *Ein leinines meisselt: so man in die wunden thut.* Hispan. *El panno de lino, las hilas, o de lienço, la mecha ò el pavilo.* Pol. *Zchalli niech ktori do ranki'ada.* Vng. *Tik kötő.* Ang. *A peece of linnen put in a wounde for to dry it il a tent.*] Cels. li. 5: Linamentum involutum & oblongum eodem medicamento illinendum, demittendumq; in nares. Idem lib.7. cap.28: Et sinus implicitum in longitudinem linamentum, μοτάριον Græci vocant, in aceto tinctum demittere: supraq; succidam lanam aceto madentem deligare. ❡ Linamenta item dicuntur quæcūq; ex lino constant. Plin. lib.32. cap.10: Delphini adipe linamenta accensa excitant vulvæ strangulatu oppressas.

Linospermon, Lini semen.

Linum, Thymelæa apud Diosc. lib 4. cap.183.

Lipodermus, Est defectus & penuria pellis ejus, quæ penē velat adeò ut ea non possit distrahi.

Lipopsychia, f.p. [λειποψυχία, vox Græca est, Latinè sonans animi defectionem, vel animi deliquium: quæ & λιποϑυμία dicitur. [Vng. *El ájulás.*]

Lipothymia. λειποϑυμία, Latinè defectus animi, sive animæ, quæ & Lipopsychia dicitur. [Pol. *Omdlenie.* Vng. *Ajulás.*]

Lippus, pi, m.s. Qui oculis est lachrymantibus, putri inde humore defluente. [λήμων. Gall. *Chassieux, à qui les yeux pleurent.* Ital. *Lippo.* Ger. *Ein trieffaug.* Hisp. *Cegajoso.* Pol. *Cyrknyiocze.* Vngar. *Tsipogo petsenyés szemü.* Angl. *Bleared.*] Plaut. in Mil. Cubare in navi lippam, atq; oculis turgidis nauclerus dixit. ❡ Lippus aliquando pro homine vili & nullius momenti. Persius Satyr.5: -hic dama nō est tressis agaso, Vappa lippus & in tenui farragine mendax. ❡ Lippa ficus dicta, vel quòd succus foliorum ejus lacteus lippis prodest, vel quòd dum folia & ramuli truncantur, succum lacrymosum emittant. Martial. lib.7: -& lippa ficus, debilisq; boletus.

Lippitudo, inis, f.t. Ipsum oculorū lacrymantium vitium. [λήμη. Gall. *Mal des yeux quand ils pleurent & sont chassieux.* Ital. *Il lacrymar de gli ochi offesi.* Ger. *Augentrieffung/das augl rinnen.* Hisp. *Aquella dolencia de los ojos.* Polon. *Cyerpienie oczy.* Vngar. *Szem tsipogósság, petsenyésség.* Ang. *Bleareduesse.*] Corn. Celsus a linus prurit, lippitudinis metus est.

Lippio, is, ivi, itum, Lippus fio: hoc est, marcorem in oculis contraho. [λημιάω. Gal. *Estre chassieux, avoir les yeux chassieux.* Ita. *Divenir lippo.* Ger. *Trieffend/ oder fliessige augen haben.* Belg. *Zweergen loopen.* Hispan. *Ser cegajoso.* Polon. *Cyrkami oczy.* Vngar. *Petsenyés tsipogós szem vagyok.* Angl. *Tod be bleared.*] Plinius libro 28: Oculorum vitia fieri negant, nec lippire eos, qui, qui pedes lavant, aqua inde ter oculos tangant. Cicero ad Atticum libro 7: Quum leviter lippirem, has literas dedi. Plautus in Curc. ad fauces transtulit, prospicio parum. Os amarum habeo, dentes plenos, lippiunt fauces fame, Ita cibi vacuitate venio laxis lactibus.

Lippitur, penult. prod. impersonale. Plin. libr.28. cap. 8: Aut ne omnino lippiatur decoctum cum mellis Attici cyathis novem, & crocia uncia.

Lipsana, penult. corr. [שארית *sheerith.* λείψανα. Pol. *Ostanki.* Vng. *Maradék.*] Multitudinis numero. Reliquiæ quæ ex tota re supersunt. Vlpian. Si animal legatum occiderit, puto teneri, non ut cārnes præster, vel cætera λείψανα: id est, cornua, corium, &c.

Liptote, A' quibusdam recentiorum Grammaticorum vocatur figura, quando vis verborum rei magnitudini non respondet. Vt apud Virgil. 1. Aeneid. Non ignara mali miseris succurrere disco. Vbi Non ignara mali, dixit pro eo quod est, in malis magnopere exercitata. Originem autem hujus dictionis referunt ad verbum λείπομαι, quod est deficio, eò quòd ejusmodi orationibus vis quędam verborum deesse videatur. In antiquissimis tamen Servii aliorumque commentariis manu scriptis, non Liptote legitur, sed Litotes λιτότης, quæ vox Græcis inter cætera tenuitatem significat, & simplicitatem. Hinc fit, ut credam recentiorum quorundam Grammaticorū inscitia factum esse, ut figura quam vetustiores λιτότητα nominarunt, Liptote cœperit appellari.

Liquamen. Liquro, Liquesco. Liquefio, Vide Liquo, liquas, in LIQVOR.

Liquet, impersonale, vide post LIQVOR, eris.

Liquidus, vide LIQVOR, liqueris.

Liquor, eris, tertiæ conjugationis, absque preterito & supino. Resolvor, defluo, destillo, liquefio, liquesco. [נמס *names* נמק *namak.* τήκομαι, διαχέομαι. Gal. *Se fondre, couler.* Ital. *Essere liquefatto.* Ger. *Zerschmeltzen/zerfliessen.* Belg. *Smelten.* Hispan. *Derretirse.* Polon. *Rozpapiam sie.* Vngar. *El olvadok.* Ang. *To be melted.*] Producit autem hoc verbum primam syllabam, quæ in verbis liquo,

liquen, liquesco, liquefio, & in nomine liquor corripitur. Lucanus lib. 9: -femorū quoq; musculus omnis Liquitur, & nigræ distillant inguina tabe. Liquidius indifferenter est Lucretius usus, eò quòd tam à liquor fieri possit, quàm à liqueo. Crassaque (inquit) conveniunt liquidis & liquida crassis.

Lĭquĭdus, da, dum, pen. corr. Molle, fluxum, humidum, fluidus. [נמס namés נמך namék. ὑγρός. Gal. *Liquide, fondu.* Ital. *Liquido.* Germ. Zerflossig/weich. Belg. Weeck Hisp. *Humido.* Pol. *Miekki, rozpłynaiacy.* Vng. *Olvat, leves folyo.* Ang. *Soft, liquide, melted.*] Plautus Milite: Liquidius cultiusque quàm ventus est Favonius. Liquidus venter dicitur à Martiale lib. 13, qui est fluidus & laxus. ¶ Aliquando ponitur pro puro. [צח tsach טהור tahôr. καθαρός. Gall. *Clair, pur, sans lie.* Ital. *Puro, chiaro.* German. Klar/lauter/heiter. Hispan. *Puro, claro, y sin hess.* Ang. *Pure, cleane, cleare.*] Virg. 6. Aeneid. -liquidumque per aëra lapsæ. Idem li. 4. Georg. Dulcia mella premes, nec tantùm dulcia, quantum Et liquida, & durum Bacchi domitura saporem: id est, defæcata, & sine sordibus. ¶ Aliquando pro prospero sive optimo. Plautus in Pseud. Ab sinistra auspicio, atque ex sententia confidentia est. Inimicos me posse perdere.

Lĭquĭdum di. [Pol. *Miekka rzecz.* Vngar. *Folyo viz.*] Pro aqua usurpavit Horat. 1. Serm. Satyr. 1: Vt tibi si sit opus liquidi nō amplius urna vel cyato.

Lĭquĭdō, Purè, manifestè, certò, omninò. [ἀκριβῶς. Gall. *Liquidement, clairement, manifestement.* Ital. *Puramente, chiaramente.* Ger. Klarlichen/gantz heiter Hispan. *Claramente, manifiestamente.* Pol. *Iasnie.* Vngar. *Nyiluán, tisztán.* Angl. *Clearlie, plainelie.*] Terent. in Andr. Quia si fortè opus sit ad herum jurandum mihi non apposuisse, ut liquidò possim. Cic. ad Catonem lib. 15: Gratissimum est te libenter amicitiæ dedisse quod liquidò veritati dares. Liquidò dicere id est, apertè. Cicer 4. Ver. Nemo esset, quin hoc se audisse liquidò diceret.

Lĭquĭdē, liquidiùs, liquidissimè, quod tamen non est in usu. [Vngar. *Nyiluán, tisztán.*] Idem quod liquidò. Cic. ad Planc. lib. 10: Liquidiùs de toto sensu tuo judicavi: hoc est, apertiùs, certiùs, ac faciliùs.

Lĭquŏr, oris, m. t. Humor liquidus. [ὑγρότης. Gall. *Liqueur, humeur coulant.* Ital. *Liquore.* German. Allerley feuchte so da fleußt/ als wasser/wein/safft/etc. Hispan *Licor delo que corre.* Polon. Wilgotność, plinność, iaka woda etc. Vngar. *Nedvesség, lév.* Angl. *Liquor.*] Plin. lib. 10. cap. 52: Piscium ova ex liquore mollia. Cic. 1. de Natur. deor. Aquæ admistum esse calorem, primùm ipse liquor, tum aquæ declarat effusio. Virg. 3. Georg. Rursus abundat fluidus liquor, omniaque in se ossa minutatim morbo collapsa trahebat. Pellucidi amnium liquores, Cic. 2. de Nat. deor. Virgenei liquoris latex, Lucretius lib. 5.

Lĭquĕo, es, licui, liquere, n. s. Liquidum & fluidum esse. [נמס namés נמך namék. τήκομαι. Gall. *S'amollir, se fondre.* Ital. *Liquefarsi.* Ger. Weich vñ flüssig seyn/zerfliessen. Belg. Smelten/van di anderē vloeyen Hisp. *Derretirse.* Pol. *Rozpływam się.* Vng. *Olvat vagyok.* Ang. *To melt or to be melted.*] Vnde liquēs, nomē ex participio, idē significans quod liquidus. Virg. 6. Aen. Principio cœlum, & terras, camposq; liquentes Spiritus intùs alit. Vbi campos liquentes dixit pro mari. ¶ Hinc fiunt composita colliqueo, & deliqueo, à quibus rursus fiunt augmentativa colliquesco, & deliquesco: quorum significata vide suis locis.

Lĭquēsco, is, n. t. Liquidus, fluidusq; fio, mollesco, resolvo, dissolvor: ejus antitheton est Concresco. [נמס namés נמך namék. τήκομαι. Gall. *Devenir liquide, s'amollir, se fondre.* Ital. *Liquefarsi, & amollirsi.* Germ. Weich werden/anfahen schmeltzen/zergehen. Belg. Weeck worden/smelten. Hispan. *Derretirse.* Polon. *Rozpłiam się.* Vng. *El olvadok.* Ang. *To be readie or about to melt.*] Virg. 8. Aeglog. Limus ut hic durescit, & hæc ut cera liquescit. Idem 8. Aen. Vulnificusque calybs vasta fornace liquescit. Vbi Servius: Liquescit, propriè dixit: nam ferrum non solvitur, sed mollescit. Liquescere voluptate, & fluere mollitia, est mollem esse, & voluptati deditum. Cicer. 2. Tusc. Opinio est enim quędam esse effœminata & levis, nec in dolore magis, quàm eadem in voluptate: qua quum liquescimus, fluimusque mollitia, apis aculeum sine clamore ferre non possumus. Liv. 1. bell. Pun. Vt verò tot hominum, jumentorumque incessu dilapsa est, per nudam infra glaciem fluentemque labem liquescentis nivis ingrediebatur.

Lĭquo, as, priore syllaba correpta, act. p. Liquidum facio, liquefacio, quum scilicet aurum vel plumbum igni dissolvimus. [המס hemés המך hemék. τήκω, διαλύω. Gall. *Fondre, amollir, esfraindre & tirer le suc.* Ital. *Liquefare.* German. Schmeltzen/zerlassen. Belg. Smelten/druppen/van den anderen vloeyen. Hisp. *Derretir.* Pol. *Rozpłapiam.* Vng. *Meg olvasztom.* Ang. *To melt, or make to melt.*] Lucan. lib. 7: -ereptaq; tela liquavit. Cic. 2. Tusc. Ex quo liquatæ Solis ardore excidunt guttæ. Ovid. 4. Fast. Nec pigeat tritum niveo cum lacte papaver Sumere, & expressis mella liquata favis. Liquare alvum. Celsus lib. 4. cap. 4: Liquanda alvus, interdum etiam ducenda. Alvus liquida, fluida & libera, non astricta. Ducta alvus, quæ liberiùs fluit quàm natura patiatur, ac multùm soluta. ¶ Hujus composita sunt, Deliquo & eliquo.

Lĭquāmĕn, inis, n. t. [τὸ χύλισμα, τὸ ἐγχύλισμα, ὁ χυλός. Gall. *Graisse, suin ou autre chose fondue.* Ital. *Grasso ò sevo colato.* German. Etwas das geschmeltzt oder zerlassen ist/ als schmaltz/feißte/etc. Hisp. *La manteca de cosa derretida.* Polon. *Tłustość rozpuszczona.* Vng. *Olvadót, olvasztott hayiszir.* Ang. *Dripping tryed, suet molten.*] Pinguedo animalium ad ignem liquefacta, & in usum coquinarium servata ad condiendos cibos. De aliis etiam dici potest, quibus non vescimur. ¶ Est etiam genus condimenti liquidi, ex putrefactis piscium intestinis confectum, & in usum coquinarium servatum ad condiendos cibos: γάρος. Colum. lib. 7. cap. 4: Succus excocti lupini, veteris vini fæx, & amurca pari mensura miscentur, coque liquamine tonsa ovis imbuitur. Idem lib. 6. cap. 2: Liberalesque offas in præfulsæ adipis liquamine tinctus lingula demittito.

Lĭquābĭlĭs, Qui liquescere potest. [τηκτός. Polon. *Rozpłiwaiacy się.* Vngar. *Meg olvasztható.*] Apuleius in Apologia: Virgilius (ad Magium) enumerat laurum fragilem, linum durabilem, ceram liquabilem.

Lĭquĕfăcĭo, cis, act. t. Liquidum & fluidū facio, admoto ignis vel Solis calore: à quo liquefio, ejusdem cum liquesco significationis. [המס hemés המך hemék. διαχέω, ἐκτήκω. Gall. *Faire fondre ou amollir.* Ital. *Liquefare, far liquido.* Germ. Flüssig machen/ zerlassen/schmeltzē. Hisp. *Derretir.* Pol. *Rozpłapiam, rozpuszczam.* Vng. *El olvasztom, meg olvasztom.* Ang. *To melt or make to melt.*] Cic. in Catil. Et statuæ veterum hominum dejectæ, & legum æra liquefacta. Virg. 1. Georg. Flammarumque globos, liquefactaque volvere saxa: id est, igne soluta, ut inquit Servius. ¶ Hujus verbi composita sunt, Alliquefacio & colliquefacio: quorum significata vide suis locis.

Lĭquĕfīo, fis, Fundor, liquesco, dissolvor. [נמס namés נמך namék. διαχέομαι, τήκομαι. Gall. *Devenir liquide.* Ital. *Divenir liquido.* German. Zerschmeltzen/ zerschmeltzt werden. Hispan. *Derretirse.* Polon. *Rozpłapiam się.* Vngar. *El olvadok.* Ang. *To be dissolved, be to melt.*] Cicero 1. de Natur. deor. Glaciem calore liquefactam & dilapsam diffundit. Idem in Catil. Quum & legum æra liquefacta sint.

Lĭquĕt, impersonale, Constat, sive manifestum & certum est: quoniam quæ resolvuntur, certa cōstantia & manifesta fiunt. [σαφές, δῆλόν ἐστι. Gall. *Il appert, il est manifeste.* Ital. *E manifesto.* Germ. Es ist offenbar/es ligt heiter am tag. Belg. Het is openbaer/ blyckelyck/seker. Hisp. *Es manifiesto.* Pol. *Iawno jest.* Vng. *Nyilván vagyon.* Ang. *It is plaine or manifest.*] Terent. in Eunuch. Illum liquet mihi dejerare his mensibus sex non vidisse proximis, Nisi nunc quum minimè vellem. Cic. 1. de Nat. deor. Nec verò Protagoras, qui sese negat omnino de diis habere quod liqueat, sint, non sint, qualésve sint, quicquam videtur dē natura deorum suspicari. Liquet inter nos: id est, compertum & certū habemus. Cic. 1. de Nat. deor. Sed quod inter nos liqueat, nec tu quidē intelligis. Non liquere sibi de causa, dicebāt judices, quando non satis sibi constabat, condemnandúsne esset reus, an absolvendus: neq; commodè poterant judicare, nisi causa denuò diceretur. Quum itaq; illud significare volebant, sibi de causa non cōstare, reumq; esse ampliandū, inscribebant in illis tabellis quæ ad colligenda suffragia judicibus dari solebant, duas hasce literas N. L. Illæ enim erant nota ampliationis, quemadmodum A. absolutionis, & C. condemnationis. Quòd si collectis suffragiis, maxima pars tabellarum notam ampliationis haberet inscriptam, tunc Prætor, aut is qui judicio præerat, Iudicibus de causa non liquere, reumque ampliandūm videri pronuntiabat: hoc est, causam denuò esse dicēdam, & reum in aliud tempus rejiciendum. Vlpian. de Arbitr. l. Idem Pomponius. Proinde si fortè urgeatur à Prætore ad sententiam arbiter, æquissimum erit, si juret sibi de causa nondum liquere, spatium ei ad pronuntiandum dari. Gell. lib. 13: Vt absolverem tamen inducere in animum non quivi, & propterea juravi non liquere, atq; ita judicatu illo solutus sum.

Līră, æ, prima syllaba producta, f. p. Sulcum significat, sive fossam rectam in agro, teste Nonio, in quam terræ uligo cōfluit. [תלם telém מעבירות mahabiróth גדוד ghedhúdh. αὖλαξ. Gall. *Seillon, terre esleuée entre deux seillons, ou raions.* Ital. *Solco, ò elevatura di terra tra due solchi.* Germ. Ein wasserfurch eines ackers/ dardurch das rägenwasser hinauß geleitet wird. Belg. Een vore Hispan. *La tierra entre dos sulcos emelga.* Pol. *Brozda.* Vng. *Barázda, (avagy) két barázda között valo mesgye.* Ang. *A rigde betweene two furrowes.*] Columella tamē liras easdem videtur facere cum porcis: hoc est, editiores terræ cumulos inter duos sulcos interceptos. Sic enim scribit libr. 11. cap. 2: Liras rustici vocant easdem *porcas*, quum sic aratum est, ut inter duos latiùs distantes sulcos medius cumulus siccam sedem frumentis præbeat: idem libr. 1. cap. 5: Est autem lyra similis ei porcę quam in sationibus campestribus rustici faciunt, ut uliginem vitent.

Litārē, act. p. [ὀλκάσαι, ὀλκάζειν, ἀλοιᾶν. Gall. Faire sillons en vne terre labourée. Ital. Far tali elevature tra silchi. Germ. Wasserfurchen machen, zieren, Eggen. Hispan. Emelgar la erada à fembrado. Polon. Brozdzić, wskibo orać. Vngar. Barázdát tiszítatom, folyamatot csinálni. Angl. To make ridges.] Est lyras facere, ut in sulcos ex porcis aqua defluat: quod fieri solet tertia aratione jacto jam semine. Solebant enim antiqui, teste Varrone de Re rustica lib. 1. cap. 29. tres facere arationes. Primò enim arabant terra, idque vocabant proscindere. Deinde secunda aratione excitatæ grandiores glebæ frangebantur, quod vocabant offringere. Tertia aratione jacto semine, boves litrare dicuntur, quum tabellas ad vomerem additas, simul & satum frumentum operiûnt in porcis, & sulcât fossas quo pluviæ aqua dilabatur. Plin. lib. 18. cap. 20: Aratione per transversum iterata, occasio sequitur, ubi res poscit crate, vel rastro: & sato semine iterato hoc quoq; ubi cõsuetudo patit crate dentata, vel tabula aratro adnexa, quod vocant litrare, operientes seminat: unde primùm appellata delirano est. ¶ Litrare quoque confodere aliquando significat per quandam similitudinem. Pomp. Jámne abierunt? jámne obtundunt? jámne ego sum in tuto satis? num quis hic resistit, qui nondum litrarit mihi: id est, confoderit: ex Nonio.

Litātim, adverb. Per lirae. [κατὰ ὀλκάσας. Gall. Par sillons. Ital. A solco à solco. German. Durfurchen nach. Hispan. De emelga en emelga. Polon. Wskibo, wbrozdz. Vngar. Barázdánként. Angl. By ridges.] Columella: Eæque quum sint divitæ, litatim teri debent.

Litinum. Vnguentum, vide LILIVM.

Lis, tis, f. t. Controversia: à limite dicta: quòd primæ inter homines lites de limitib. fuerint. [ריב rib מצה matsah. δικαστήριον. Gall. Noise, debat, procès. Ital. Pleito, lite, controversia. German. Ein zanck oder span. Belg. Twist, geschil. Hispan. La lid, pleyto, è contencion. Polon. Prawomanie, sie. Vngar. Perlekedés, verekedés. Ang. Stryving, debate, controversie in wordes.] Plautus in Casina: Nam ego quid contrahere cupio litigii inter eosdem Menæch. Litigium tibi est cum uxore. Plinius libro 17. cap. 10: Siderites ferro similis, & litigio illata discordias facit.

Lītigĭōsus, a, um. Qui frequens in litibus versatur, vel quavis de causa litem movet. [ἐριστικὸς, ἐριστής, ἐγκλητικός, ἀμφισβητητής. Gall. Noiseux, litigieux, plaideur, contentieux. Ital. Litigioso. German. Zankisch / spennig / der gern rechtiget. Hisp. Pleytista, contencioso. Polon. Swarliwy. Vngar. Perlekedő, verekedő. Ang. Full of stryfe or contention, a wrangler.] Cic. in Verr. Hominẽ id ætatis minimè litigiosum, quàm tumultuosissimè aggrediuntur. Idem pro Muræna: Quid huic tam loquaciter litigioso responderet ille, unde petebantur. ¶ Litigiosa disputatio, Cic. 5. de Finib. Fora litigiosa, plena litibus, Ovid. 4. Fastor. ¶ Interdum litigiosum idem est quod controversum: hoc est, de quo lis est & controversia ἀμφισβητούμενον. ut, Litigiosum prædium, apud Cic. de Orat. Litigiosus ager, apud Ovid. 2. Fast.

Litīgātŏr. Qui litigat. [רב rab, δικαστής, ἀντιδικος, ἀμφισβητητής. Gall. Plaideur, sacheur de noise, grand debateur. Ital. Chi fa lite, litigante. German. Ein zancker der ein handel oder sachen hat, oder führt. Hispan. Pleytador, contendidor. Polon. Prawnik, pieniacz, pieniacz sie. Vngar. Perlekedő, hábortgó, feddőkő, verekedő. Angl. A striver, a suter in the law.] Cicero pro Domo sua: Emit domum litigatoribus defatigatis prope dimidio carius quàm æstimabat.

Lisæ. [λεπροειδεῖς. Pol. Pili kal'egarl'a.] Celso lib. 4. cap. 1. Sunt autem lisæ, teste Donato, venæ majores gutturis, quibus intersectis animal confestim emoritur. Vnde elisum, quicquid ex tali causa mortuum est.

Lītănĭă, [תחנון tehinnah תחנה tehinnah. λιτανεία.] supplicatio: à verbo Græco λιτανεύειν, quod significat supplicare, & vota suscipere. Vulgus ineptè vocat Letaniam.

Lĭtĕrā, teræ, f. p. Quanvis ratione etymologiæ primam videtur debere corripere (creditur enim Litera dicta, quasi linea) ubique tamen apud veteres poëtas eandem producit. Alii tamen veram literæ appellationem ex figura emergere arbitrantur, cùm eas certis lineis contineri videant, ut quæ primùm lineaturæ dicerentur, postea literæ dictæ sint. γράμμα. Gall. Lettre. Ital. Lettera. German. Ein buchstab. Belg. Boom letter. Hispan. Letra. Pol. Litera. Vng. Iráson. Ang. A letter.] Superflua itaque anxietas eorum poscit videri, qui primam hujus dictionis syllabam producere non audent, nisi geminata consonante: insignis autem illorum temeritas, qui eam nullo veterum exemplo corripiunt, frivoloque atque inconsulto erroris, ab unanimi veterum omnium consensu non dubitant discedere. Propriæ autem literæ dicuntur minimæ atque individuæ partes orationis, ex quibus constituuntur syllabæ, & tàm singulari quàm pluralis numero elementum significat, videlicet A, B, &c. Cicero pro Sylla: Literæ postrematis causa repertæ sunt. Quintil. libro 1. cap. 4: Vt pro Fundanio Cicero testem, qui primam ejus literam dicere non posset, irrideret. Cic. 4. Verr. Huic etiam Romæ videmus in basi statuarum marmoris literis incisum, à communi Sicilia datas. ¶ Dicitur autem Litera quasi legitera, ut quibusdam placet, eò quòd legendi præbeat iterum vel quod in legendo iteretur, ut ait Servius: vel à lituris, quòd scripta deleri possint in ceratis enim tabulis antiqui plerunq; scribere solebant, & deinde delebant. Alii à verbo Lino deducunt, quòd in scribendo atramentum illinitur: hoc est, leviter indeditur chartæ. ¶ Aliquandò Litera capitur pro scribentis manu. Cicero ad Attic. Nam Alexidis manum amabam, quòd tam propè accedebat ad similitudinem literæ. ¶ Plurali numero Literæ epistolam designant. [ספר sepher γράμματα. Gall. Lettres missives, epistres. Ital. Lettere. Germ. Briff. Sendbriff. Hispan. La letra, carta missiva. Polon. Liß. Vngar. Level.] Apud poëtas tamen legitur Litera pro epistola, γράμμα quoque à Græcis. Ovid. in Epist. Quam legis abrupta Briseide litera venit. ¶ Vocantur præterea Literæ, leges, disciplinæ, quæ literarum monumentis continentur. Plautus in Trucul. Literas didicisti, sine alios discere. Hinc, Dare literis operam dicimus: hoc est, incumbere ingeniis animis, quæ literis conlignatæ sunt. ¶ Literis tinctus, vide Tingo. Ad literam, idem quod ad verbum. Quintil. libr. 9. cap. 2. Quem duobus ab eo libris tractatum locum ad literam subjicio. ¶ Aliquando usurpatur pro scriptura. Cicero in Verr. act. 3. ut Romam redit, nullam literam pupillo, malam mam tuæ, nullam tutoribus reddidit: id est, schedulam nullam scripsit, qua testaretur & agnosceret se accepisse pecunias, &c. ¶ Ne literam quidem pro nihil scripsit, nullas literas misit. Cicero Caninio, libr. 2: Ille quum ad Thermum de Parthico bello scriberet, ad me literam nunquam misit: id est, tantùm abest ut ad me literas miserit, ut ne literam quidem miserit. Literas attingere, est ipsas tractare, seu versari in studiis literarum. ¶ Literæ institutæ sunt abstrusiores, altioresque disciplinæ. ¶ Literæ publicæ sunt quas barbari registra vocant. Referre aliquid in literas publicas, est quod barbari registrare dicunt. ¶ Apud Ciceronem pro scriptis, & monumentis literarum. Ad Attic. Quod meis omnibus literis in Pompeiana laude esset perfinitum: id est, meis omnibus scriptis.

Literæ, in terminis inventæ quid significent, ostenditur in libro vanorum autorum de limitibus, in quo sunt hæc. A, si in termino inveneris, finem in proximum significat, aut aquam vivam designat. B, si in termino inveneris, bifurcium ostendit, aut trivium significat. C, si in termino inveneris, à cetera nunquam recedas. D, si in termino inveneris, decimanum ostendit. E, si in termino inveneris, vallem ante se significat, aut rivum, aut fluvium: & super se subrectiore loco perplanitiem limes excurrit. F, si in termino inveneris, finalem causam exponit, & in longinquo terminum ostendit. G, si in termino inveneris, sui termini autorem, limitem torvosum ostendit. H, si in termino inveneris, grandes longinas limitum ostendit, & ceteras

riora signa in fine invenies. I, si in termino inveneris, viam significat, aut collis rigorem ostendit: hoc est, jugum. K, si in termino inveneris, cardinem ostendit, quem terminum subtilissimum & speciosum invenies: hoc est, formosum. L, si in termino inveneris, suæ normæ facturam designat, limitem gammatum, & in longinquo arcam finalem ostendit & convallia ejus fundi finem vindicant. M, si in termino inveneris, fines quadras designat, & in proximo, signa finalia invenies. N, si in termino inveneris, proximam aquam significat, & quadras finei habentes aquæ, à Septentrione arcam marmoream invenies. O, si in termino inveneris, à Septentrionali parte sylvam demonstrat, & per ipsam sylvam rivus currit, & trans rivum signa demonstrat. P, si in termino inveneris, prædaturam significat, extra aliis signis finalibus, vel quòd literas finales continet: has per singulos titulos invenies, aliosque finales titulos sine nostris signis in agris posuimus, qui rationem ostendunt limitum, & causam dirigũt finalem. Q, si in termino inveneris à limite rivum. R, si in termino inveneris, per collicellum terminos invenies. S, si in termino inveneris, supra possessionem multas aquas vivas indicat, quæ alveum transeunt. T, si in termino inveneris, trifinium ostendit. V, si in termino inveneris, terminum in collem meridianum ostendit, per limitẽ Orientalem. X, si in termino inveneris, quadrifiniũ exponit, & pro decumano finẽ habebis. Y, si in termino invenetis, sub se fontanam proximam habet. Z, si in termino inveneris, à sinistra parte fontem significat.

Lĭtĕrŭlă, diminut. f. p. [γραμμάτιον. Gall. *Petite lettre*. Ital. *Picciola lettera*. Ger. Buchstäblein Hispan. *Pequeña letra*. Polon. *Literka*. Vngar. *Kitsin betetske*. Ang. *A litle letter*.] Cicero ad Tironem lib. 16: Accipi tuam epistolam vacillantibus literulis. ❡ In numero plurali pro exigua epistola. Cicero ad Attic. libro 14: Et si novi nihil, nostro more tamen ne patiamur intermitti literulas. ❡ Aliquando eodem numero, pro disciplinis aut earum studiis. Cic. ad Tironem lib. 16: Literulæ meæ, sive nostræ tui desiderio oblanguerunt.

Lĭtĕrātus, m. f. Qui literis præditus est, literis ornatus, eruditus, doctus. [ὁ φιλόλογος, ὁ περὶ λόγους διατρίβων. Gall. *Lettré, & savant*. Ital. *Litterato, dotto*. German. Gelehrt. Hispan. *Letrado, hombre de letras*. Pol. *Nauczony*. Vng. *Tudos, bölts*. Ang. *Learned cunning*.] Cic. in Verr. act. 3: Circumpedes autem homines formosos, & literatos, suos esse dicebat, se emisse. Idem Famil. libro 9. ad Pæt. Frater tuus, quem literatissimum fuisse judico, facilè diceret. Hic versus Plauti non est, hic est. ❡ Literatus etiam dicitur, cui aliquid insculptum est, & superscriptũ. Plautus in Pœnulo: Haud secùs tu videas literatas ibi epulas, &c. Literatum otium, in quo literis operam damus. Cicero 5. Tusculan. Quid est enim dulcius otio literato? hujus contrarium est, Illiteratus: de quo suo loco. ❡ Literatulus, diminutivũ est.

Lĭtĕrātĭŏr, comparativus. [Polon. *Uczeńszy*. Vngar. *Tudosb bölsb*.] Seneca Quæst. Natur. libro 4. cap. 13: Quid istas, *inquit*, ineptias quibus nec literatior fit quisquam, nec melior tam operosè persequeris?

Lĭtĕrātē, adverbium, Doctè, eruditè, eleganter. [σοφῶς, λογίως, γραμματικῶς. Gall. *Doctement*. Ital. *Dottamente*. Germ. Künstlich. Hispan. *Doctamente*. Polon. *Nauczenie*. Vngar. *Tudossa*. Ang. *Learnedlie, cunninglie*.] Cicero in Pison. Ita enim sunt perscriptæ scitè & literatè, &c.

Lĭtĕrārĭus, ria, rium, Quod ad literam vel ad literas pertinet. [γραμματικός. Gal. *Appartenant aux lettres*. Ital. *Cõ che si appartiene à lettere*. German. Das zu den buchstaben oder künsten und der geschrifft gehört. Hisp. *Cosa para letras, ò pertenesciente à letras*. Pol. *Dowanki pyjmalnych*. Ang. *Belonging to letters*.] Hinc dicitur Ludus literarius. παιδαγωγεῖον, διδασκαλεῖον, in quo adolescentes in literis instituuntur. Plin. lib. 9. cap. 8: Ex Bajano Puteolos in ludum literarium itantem, &c.

Lĭtĕrātŏr, oris, m. t. qui leviter literis tinctus est, vel qui prima literarum elementa docet, grammaticus. [γραμματιστής. Gall. *Lettré tellement quellement*. Ital. *Alquanto dotto*. German. Ein halbgelehrter, der ein wenig gelehrt ist. Hispan. *El mal grammatico, à letrado*. Polon. *Nauczycziel*. Vngar. *Deákos*. Angl. *A smatterer, that hath little skill of good letters*.] Literatorem enim non perfectum literis, sed imbutum tantùm esse docet Suetonius de Claris Grammat. Vnde apud majores, quum familia alicujus vænalis produceretur, non temerè quem literatum in titulo, sed literatorem inscribere solebant, quasi non perfectum literis, sed imbutum.

Lĭtĕrātūră, ræ, f. p. Eadem quæ grammatica. [γραμματική. Gall. *Literature, cognoissance des lettres*. Ital. *Scrittura, scienza*. German. Die kunst der buchstaben und geschrifft. Hispan. *El letrero, conoscimiento de las letras*. Polon. *Umiejetność liter*. Vng. *Irás tudomány*. Angl. *Learning, wryting, cunning*.] Quintilianus libro 2. cap. 15: Nos ipsam nunc volumus significare substantiam, ut Grammatice literatura est, non literatrix, quemadmodum oratrix: nec literatoria, quemadmodum oratoria. ❡ Aliquando invenitur pro literarum scientia, & cognitione. Cicero 2. Philipp. Fuit in illo ingenium, ratio, memoria, literatura, cogitatio, diligentia. De Cæsare.

Lĭtĕrōsŭs, a, um, Literatus. [φιλογράμματος. Polon. *Nauczony*. Vng. *Tudos bölts*.] Cassius Hemina Annal. lib. 4: Homo merè literosus. Ex Nonio.

Lĭthargȳrŏs, [λιθάργυρος. Vng. *Ezüst tajték*.] Corporis metallici genus, quod à Plinio argenti spuma appellatur: quanvis non ex solo argento, verùm etiam ex auri vena fiat, & ex plumbo. ❡ Sunt etiam tria ejus genera, Chrysitis, Argyritis, & Molybditis. Plin. lib. 33. cap. 6. & Diosc. lib. 5.

Lĭthĭāsĭs, is, [λιθίασις. Pol. *Kamien w werkach*. Vngar. *Hoyagban valo kövesség*.] Calculi generatio in vesica per quem urinæ excretio prohibetur. A' verbo Græco λιθιάω, quod est calculo laboro. ❡ Lithiasis præterea dicitur, quum in palpebris gignũtur albicantia quædam, & dura tubercula, lapillorum modo.

Lĭthizōntĕs, λιθίζοντες, Gemmæ quædam ex genere carbunculorum, lividiùs, & languidiùs lucẽtes: unde & nomen acceperunt, quòd ad lapidum potiùs, quàm ad gemmarum naturam accedant. Autor Plin. lib. 37. cap. 7.

Lĭthocolla, [λιθοκόλλα. Polon. *Przyprawa na kamienie*. Vngar. *Kö enyuezni valo enyv*.] Glutinum quo lapides conjunguntur. Fit autem ex lapide Pario, aut marmore cum taurino glutino. Hermol.

Lithoglyphus, penult. corr. m. f. [λιθογλύφος. Gall. *Tailleur, esculpteur*. Ital. *Scarpellino*. German. Ein steinhawer, oder bildhawer. Hispan. *Sculpidor è entallador*. Polon. *Ten ktory z kamienia wycziosie*. Vngar. *Kö metszö*. Ang. *A graver or cutteyler*.] Sculptor lapidum.

Lithospermon. [λιθόσπερμον. German. Meerhirs. Polon. *Wrobie proso*.] Herba est quæ hodie nomine notiore *Milium Solis* dicitur. Lithospermon ideò dictum, quòd semina tanquam calculos ferat, candore, & rotunditate margaritarum, duritia verò lapidea. Vide Plin. lib. 27. cap. 11.

Lĭthostrōtŏs, penultima prod. [λιθόστρωτος Græcis. Gall. *Pavé de pierres*. Ital. *Terrazo, battuto, lastricato di pietra viva*. German. Mit steinen oder einem estrich besetzt. Hispan. *El suelo solado de piedras*. Polon. *Kamieniem pol'ozony*. Vngar. *Követsel pagymentomozot, kövvel birkit*. Ang. *A place paved which fine square stones*.] Adjectivum significans quod lapide est stratum: à nomine λίθος, lapis, & verbo στρώννυμι, sterno. ❡ Hinc Lithostrota dicta sunt quædam pavimentorum genera, quæ ex minutis lapillis sternebantur, colorum diversitate rerum quarumlibet imaginem exprimente. Plinius libro 36. cap. 25: Pavimenta originem habent apud Græcos elaborata arte, picturæ ratione, donec lithostrota expulere eam. Et paulò pòst: Lithostrota cœptavere jam sub Sylla, parvulis certè crustis: extatque hodie quod in Fortunæ delubro Præneste fecit.

Lĭthŏtŏmĭă, f. p. λιθοτομία, Lapidicina, quæ & Latomia dicitur: à nomine λίθος lapis, & verbo τέμνω, cædo, vel seco. [Pol. *Studnia gdzie kamien wycziosia*.] ❡ Fuit etiam carceris nomen Syracusis, in quo noxii asservabantur. Meminit hujus carceris Thucydides lib. 6. & sæpiùs Cic. in Verrinis.

Litigator. Litigiosus. Litigo. Litigium. Vide L I S, litis.

Lĭto, as, act. p. Sacrificio facto deos placo, divinam rem facio, verbum à precibus dictum, teste Festo, quas Græci λιτὰς vocant. [כפר chippér. ἱλάσκω, καλλιερέω. Gall. *Impetrer de Dieu par sacrifices*. Ital. *Placare con sacrificio, & impetrare*. German. Mit opffern Gott versünen etwas zu erwerben. Hispan. *Impetrar y placar por sacrificio*. Pol. *Ofiarowac*. Vng. *Aldozattal, (avagy) könyörgéssel engesztelem*. Ang. *To sacrifice, to obteine by sacrifice*.] Sueton. in Cæsare: Deinde pluribus hostiis cæsis quum litare non posset, introiit curiam. ❡ Inter Litare & Sacrificare tamen hoc interest, (inquit Nonius) Sacrificare est veniam petere: Litare est propitiare, & votum impetrare. Virgil. 4. Aeneid. Tu modò posce deos veniam, sacrisque litatis indulge hospitio. Sacris (*inquit*) litatis: id est, venia per sacrificia impetrata, vel felicem eventum promittente victima. Plaut. in Pœnul. Si hercle istuc unquam factum est, tum me Iupiter faciat, ut semper sacrificem, neque unquam litem. Cic. pro Flacc. Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego. ❡ Aliquando ponitur pro satisfacere. Plin. in Paneg. de statuis loquens: illæ autem aureæ, & innumerabiles strage & ruina publico gaudio litaverunt. ❡ Litatò id est, addicentibus victimis: sicut Auspicatò: id est, addicentibus avibus: hoc est, lætum rei institutæ exitum promittentibus. Liv. 5. ab Vrbe: Non deorum saltem, si non hominum memores, nec auspicatò, nec litatò instruunt aciem diductam in cornua.

Lĭtātō, adverbium, vide L I T O.

Lĭtātĭo, onis, f. t. Voti per cæsam victimam impetratio, vel victimæ læta promittentis mactatio. [כפר chippúr. καλλιέρησις. Gall. *Impetration de ce qu' on demande à Dieu*. Ital. *Impetratione di ciò che si prega sacrificando*. German. Ein erwerbung durch auffopfferung, ein versünung. Hispan. *Obra de impetrar y placar por sacrificio*. Polon. *Ofiarowanie*. Vngar. *Aldozattal (avagy) könyörgéssel*

[illegible] Ang. A pleasing of god with sacrifice.] Liv. 7. bell. Pun. Per dies aliquot hostiæ majores sine litatione cæsæ: diuque non impetrata pax deûm. Hujus compositum est Perlito, quod est perfectè lito. Gellius: Si hæ res divinæ factæ, riteque perlitatæ essent, aruspices dixerunt omnia ex sententia processura esse.

Lithurgus, gi, m. f. Græcè dicitur, qui publicè operatur circa res sacras præsertim. [illegible] enim minister publicus est. Cujus etiam in Epist. Plin. Cæcil. meminit. Qui & Liturchus non absimili significatione dici potest, habens curam rei sacræ, [illegible]. Sicut etiam Rhabduchus dicitur præses, curatorque athletarum, [illegible], Suidæ & cæteris. Alcatus in l. omnes judices. C. de Cupressis. lib. 11.

Litus, oris, n. t. Dicitur terra adjacens mari, quæ fluctibus alluitur: unde & nomen invenisse putatur ab alluendo, vel allidendo. Nisi si malis à Græcè [illegible], quòd scilicet sit terra tenuis. [חוף choph. [illegible] Gall. Le bord ou le rivage de la mer ou d'vn fleuue. Ital. Lito. German. Ein gestad des Meers. Belg. Een over. Hispan. La ribera del mar o tierra cerca della. Polon. Brzeg. Vngar. Part. Ang. The sea banke or shoare.] Litus (inquit Celsus l. Titius. ff. de Verborum significat.) est quousque maximus fluctus à mari pervenit: idq; M. Tullium ajunt, quum arbiter esset, primùm constituisse. Propriè itaque litus de mari dicitur: ripa, de fluminibus. [illegible]. Ovid. 1 Metam. -campoque recepti Liberioris aquæ pro ripis litora pulsant. Sueton. in Neron. Dispositæ per litora & ripas diversoriæ taberuæ. ¶ Quandoq; etiam litus dicitur de fluminibus. Virgil. in Diris: Litora quæ dulceis auras diffunditis agris, id quod dixit quum de Mincio Mantuani agri fluvio loqueretur. ¶ Sumitur interdum pro agro mari vicino. Virg. 4 Aeneid. -cui litus arandum, Cuique loci leges dedimus. ¶ Interdum pro spatio circa aram: à litando, quia ibi litabantur ostiæ. Nam (sicut docet Donatus) navigantes eundo & redeundo in litore sacrificabant. Si itaque Donato à litando litus dici credimus, videtur unico t, esse scribendum: quemadmodum etiam à nonnullis scribi vidimus. In carmine tamen omnes geminant consonantem. Sed ne hoc quidem videtur necessarium quum nusquam litus correptum in prima inveniatur. Itaque videtur potiùs natura longa esse, quàm ratione geminatæ consonantis licêter produci. Sed de eo Grammatici viderint.

Litoreus, a, um, adjectivum, Litoralis, maritimus, & Litorea domus, quæ in litore aut juxta litus constructa est. [[illegible]. Gall. Qui est sur le bord de la mer. Ital. Chi è alla spiaggia del mare. German. Das zu dem gestad des Meers gehört. Hispan. Cosa de la ribera. Pol. [illegible]. Vngar. Parti, part mellet vala. Ang. That is by the shoare or coast of the sea.] Martial. libro 10: Anxuris æquorei placidos Frontine recessus, Et propius Baiae litoreamque domum. Litoreę aves apud Virgil. 12. Aen. Littoreas agitabat aves: id est, palustres.

Litoralis, le. Litoreus, ad mare, maritimus: ut, Litoralis piscis id est, in litore vivens. [Vngar. Parti, part mellet vala.] Plinius libro 9. capite 17: Nec litoralibus gratia. Dii litorales. Catul. de Phasel. Neque ulla vota litoralibus diis Sibi esse facta.

Litorosus, a, um. [[illegible]. Gall. Qui est frequent au bord. Ital. Chi è appresso il lito del mare. Germ. Das bey dem gestad des Meers ist. Hispan. Que està casi siempre à la ribera. Polon. Nad brzegiem pol ozimi. Vng. Partos. Ang. Often by the costes or shoares.] Plinius libro 37. cap. 10: Calais sapphirum imitatur, candidior, & litoroso mari similis: id est, cum aquæ marinę colorem referens, qui est circa litus.

Litura, vide LINO.

Lituus, litui, [illegible], Plutarcho, Baculus incurvus quo sedentes Augures avibus templa designabant. [Gall. Vn baston ou vne verge de quoy vsoyent les augures anciennement, vn cor ou cornet. Ital. Trombetta picciola verga vsata da gli auguri. Ger. Ein stab der oben auss krumb ist/wie zeyten von den Weissagern gebraucht/ die auff der vögeln geschrey vnnd fliegen achtung trugen vnnd augures hiessen. Hispan. La trompeta bastarda ò curva, ò cierta verga que vsavan antiguamente en los agueros. Polon. Laska krzywa [illegible] Vngar. [illegible] Ang. A crooked horne or trumpet.] Gell. lib. 5. cap. 8: Lituus est virga brevis, in parte qua robustior est, incurva. Primus litui usus à Romulo manasse creditur, qui dum urbem conderet, hujusmodi baculo regiones direxit. Cicero libro 1. de Divinat. Quid (inquit) lituus iste vester (quod clarissimum est insigne Auguratus) unde vobis est traditus? Nempe eo Romulus regiones direxit tum, quum urbem condidit. Qui quidem Romuli lituus: id est, incurvum, & leviter à summo inflexum bacillum (quod ab ejus litui, quo canitur, similitudine nomen invenit) quum situs esset in Curia Saliorum, quæ est in Palatio, eaque deflagrasset, inventus est integer. Eadem ferè de hoc lituo scribit Plutarchus in vita Romuli: Lituus (inquit) cōsecratus est in Palatino colle usque ad Gallorum tempora, à quibus capta urbs incensa est. Sed postea expulsis à Camillo hostibus inter altissimas favillas illæsus quum ignis omnia consumpsisset, inventus est. ¶ Est præterea lituus, autore Festo, buccinæ genus in curvum gracilem edens vocem, quo in bello utebantur: qua qui canebat, Liticen dicebatur. [[illegible]. Polon. Trąba. Vngar. Hergas trombita.] Virgilius libro 6: Et lituo pugnas insignis obibat & hasta. Lucan. lib. 1: Stridor lituum, clangorque tubarum. Ovid. 3. Fast. Iam lituus pugnæ signa daturus erat. Stat. 6. Thebaidos: Et lituis aures circumpulsantur acutis.

Liveo, Livesco, Lividus. Vide LIVOR.

Livor, oris, m. t. Color ex pallido nigrescens, quem & plumbeum nonnulli appellant: qualem in contusis corporis partibus videre est, quum fuste, aliòve corpore duro ictu illato, exiles venæ contusæ sanguinem ad extremam cutem diffundunt. [חבורה chabburah. [illegible]. Gall. Couleur de plomb. Ital. Livi dore, lividura, color simile à plumbo. Germ. Die blawfarb oder blawe/als die streichmaasen sind / bleich vnnd schwartzlecht[illegible] einander. Belg. Een swert [illegible]. Hispan. El cardenal, color de plomo. Polon. Siność. Vngar. Kekség, vas szin. Angl. Black and blew, of the colour of leade.] Plinius libro 20. cap. 22: Illinitur & livoribus, suggillatisque cum melle. Hinc Livorem contrahere, est nigrescere. Columel. libro 12. cap. 47: Quia hac candidior est oliva, quàm ea quæ contusione livorem contrahit. ¶ Et quoniam talis est color invidorum, ideò livor accipitur pro invidentia. Luc. libro 1: Livor edax tibi cuncta negat. Claud. l. 3: -rabiem livoris acerbi Nulla potest placare quies.

Lividus, da, dum, Propriè is dicitur, qui ex ictu fustis, lapidisve plumbeum colorem in parte læsa contraxit: quod accidere solet exilibus venis ictu collisis, sanguineque ad cutem defluente, à Græco [illegible]. [[illegible]. Gall. Qui a la chair meurtrie, ou en est de la couleur, ou de couleur de plomb, ternie. Ital. Livido, che ha lividure, di colore simile al piombo ò con lividura. German. Blaw, der viel blawer streichmaasen hat. Hispan. Amarillo ò negro de golpe, cosa cardena. Polon. Siny. Vngar. Kekes. Angl. Very pale or black with whipper, wanne.] Plin. Tapsiæ succus suggillatis ac lividis prodest. Hinc lividum pro eo quod subnigrum est ponitur: qualis est color plumbi. Virgil. 6. Aeneid. Quidve petunt animæ, vel quo discrimine ripas Hæ linquunt, illæ remis vada livida verrunt. Brachia livida armis, Horat. 1. Carm. Ode 8. Vorago paludis lividissima, Catullus ad Coloniam. Ora livida facta digitis, Ovid. Epist. 19. ¶ Quoniam verò qui invidia laborant, exedētes se dolore, hunc colorem contrahunt, lividus sæpè pro invido ponitur. [illegible]. Martial. lib. 1. Omnibus invideas livide, nemo tibi.

Lividulus, diminutivum. Sublividus. [[illegible]. Gall. Vn peu terne. Ital. Aliquanto livido. German. [illegible] Hispan. Cardeno vn poco. Polon. Sinawy. Vngar. Kekes, szabásu. Ang. Somewhat pale or wanne.] Iuven. Satyr. 11: Ponebant igitur Tusco ferrata catino Omnia tunc: quibus invideas, si lividulus sis.

Liveo, ves, n. f. Lividus sum, plumbei coloris sum. [[illegible]. Gall. Estre terne, ternir. Ital. Divenir livido, sublividire. German. Blawbleich oder bleyfarb seyn. Hispan. Ser cardeno. Pol. Sinieie. Vngar. Meg kekmülök. Ang. To be pale or wanne.] Plin. libro 22: Cortex verò (scilicet heliotrophi) liventibus colorem reddit. Ovid. 2. Metam. -livent rubigine dentes. Crura liventia compedibus, Ovid. 2. Amor. eleg. 2. Labellis impressis livere. Idem 1. Amor. eleg. 7. ¶ Per translationem accipitur pro invidere. [illegible]. tractum ab invidorum consuetudine, aliena fœlicitate pallentium. Mart. lib. 19: Livet Catinus, rumpitur, &c. Fata liventia, Stat. 5 Sylvar.

Livesco, is, n. t Lividus fio. [[illegible]. Gall. Devenir terné, ternir. Ital. Divenir livido. German. Bleichschwartz werden. Hisp. Hazerse cardeno. Polon. Siniec poczynam. Vngar. Kekülni kezdek. Ang. To waxe pale.] Claud. libro 3: Haud equidem invideo: nec enim livescere fas est, Vel nocuisse deos. Mart. lib. 8: Livescit nulla caligine fusca, nec odit Exploratores nubila massa focos. Digiti livescunt in pedibus, Lucret. lib. 3. Hujus compositum est Allivesco.

Lix, licis, f. t. Cinis, vox obsoleta. [פיח piach אפר epher. [illegible]. Gall. La cendre du foyer. Ital. Cenere. German. Asch. Belg. Assche. Hispan. La ceniza del hogar. Polon. Popiol. Vngar. Hamu. Angl. Ashes.] Plinius libro 36. cap. 27. ex Varrone: Lix cinis est foci.

Lixivia, æ, f. p. Aqua, in qua lavandi gratia decoctus est cinis. [[illegible]. Gall. Lessive. Ital. Lisciva. German. Laug. Belg. Loog. Hispan. La lexia de ceniza. Polon. Ług. Vngar. Lug. Ang. Lie made of ashes.] Colum. libro 12. cap. 16: Sunt qui culmo fabæ exurant, & ex eo, quod cremarint, cinere lixiviam faciant. Et paulò pòst eodem capite: Deinde in lixiviæ sextarios decem salis cyathos, & olei cyathum adjiciant. Et rursum paulò antè: In olla fictili ampla præparatam lixiviam cineris farmenti calefieri cōvenit. ¶ Nonius Marcellus lixivium effert neutro genere. La

nere.Lix (inquit) cinis dicitur,vel humor cineri mistus.Nam etiam nunc id genus lixivium vocatur.

Lixæ,arum,m.p. Dicti sunt,inquit Sipontinus,qui viliorja que illus gratia exercitum sequuntur, utpura lavandi,aut coquẽdi gratia à cinere,qui lix antiquis dicebatur,ut Varronis testimonio docet Plin.lib.36.cap.27. [[illegible]. Gall. *Qui suivent le camp pour gaigner à servir, & blanchir ou cuire aux gens de guerre.* Ital. *Coloro che vanno dietro alle arme, saccomanni.* German. Sudelbuben mit kochen und wäschen schmutzig. Hispan. *Los aguaderos que lleuan agua al real, ò que sirven à otras cosas.* Polon. *Kuchcyk.* Vngar. *Tábarda val ó [illegible].* Angl. *Which follow the men of warre for to gaine some thing by an office, scullions of the kitchen.*] Nonius tamen affirmat antiquos lixam dixisse pro aqua: indeq; elixum dictum esse, quòd aqua coctum & mollitum esset: & lixas,qui militibus aquam ad castra vel tentoria solerent ferre. Silius libr.11: inutile Marti Lixarum vulgus. Scipio apud Livium, Actium Vmbrum appellat semilixam, quasi semi-mancipium,nomine ignominioso. Varro lixulas & semilixulas vocabulo Sabino scribit dici circulos ex farina, caseo, & aqua commistos,olim inter viliora cibaria numeratos.

Lixo,lixas,act.p. Aqua coquo: quod tamen apud veteres non facile invenies. [בשל *bishilshel.* [illegible]. Gal. *Cuire en eau, faire bouillir en eau.* Ital. *Alessare.* German. Sieden oder kochen. Hispan. *Cozer en agua.* Polon. Warze. Vngar. *Vizbe meg f[illegible].* Ang. *To seeth.*] Magis in usu est compositum ejus Elixo, quod est ejusdem significationis. Prolixo huc non pertinet. Neq; enim fit à lixo, sed ab adjectivo prolixus, quod componitur ex porrò, & laxus à in i.

Lĭxus,xa,xum, Coctus,elixus à lixa antiquo nomine, quo veteres aquam significabant,referente Nonio. [מבושל *mebushlshal.* [illegible]. Gall. *Bouilli, cuit en l'eau.* Ital. *Bollito, allesso.* Germ. Gesotten/gekocht. Hispan *Cozido en agua.* Pol *Vwarzoni.* Vng. *Vizbe fött.* Ang. *Sodden.*] Frequentiore tamen in usu est elixus, quemadmodum elixo usitatius est quàm lixo.

Lixăbundus, Dicitur qui exiguæ mercedis gratia vilissimis sese obsequiis immiscet. [[illegible], vel [illegible]. Polon. *Służka partacz.* Vng. *Alamala mesterkedő [illegible].*] Tractum à lixarum consuetudine qui vilissima quæque in exercitu munia obibant. Plautus: Qui famam tuam lixabundus, & nomen fœdas.

L ante O.

LONG.P.VIII.P.III.In notis antiquorum.Longum pedes septem,latum pedes tres. L.P. Locus propitius,vel proprius: vel lege punitus:vel,Latini prisci:vel locus publicus,vel privatus.L.P.C.R.Latini prisci cives Romani.L.P.D.locus publicè datus.L.PL.lex plebeia: vel locus publicus. L.POS. Lucius Posthumius.L.PR.locus privatus.L.PVB.locus publicus.L.Q.S.locus qui supra,vel Quos.L.Q.S.E.locus qui supra est.L.R.lex Rom. vel locus religiosus. L.RV. lex rustica. L.R.I.lex regis justa. L.S. laribus sacrum, vel sacrorum:vel locus sa ceu vel, Lucius Samius. L.S.C.locus sacer. L.S.DEN. Lucius Sicinius Dentatus. L.S.PAL.loca sacra Palatii.L.T. Lucius Tatius: vel, legem tulit: vel, Lucius Titius. L.T.PR. Latini partes.

Lŏbæ,f.p.In milio Indico dicuntur culmi, sive comæ arundinaceæ semen complectentes. [[illegible]. German. Ein halm/als ein korn/vñ dergleichen sat/hirß auß India in Italiam gebracht Pol. *Klas indiskiego prosa.* Vngar. *Töröк buza szaka.*] Plin.libro 18. capite 7: Milium (inquit) intra hos decem annos ex India in Italiam est invectum, nigrum colore, amplum grano, arundineum culmo. Adolescit ad pedes altitudine septem prægrandibus culmis (Lobas vocant) omnium frugum fertilissimum.

Lŏbus, bi. [בדל *bedhil.* λοβός. Polon. *Odwisek mięki u ucha.*] Ima auricula: ἀπὸ τοῦ λαμβάνειν, quòd eam apprehendamus, quempiam admonentes. In hepate quoque partes extremæ, & quædam veluti segmenta, ventriculum circunquaque amplectẽtia,lobi dicũtur.Nicander in Theriacis: [illegible]. Vbi interpres [illegible] accipit summam solidamque hepatis partem ex qua lobi dependent.

Lŏcārium, vide LOCVS.

Lŏcellus,vide Loculus,in LOCVS.

Lŏcito,Loco,vide LOCVS.

Lŏculātus, Loculamentum, Loculus,Locuples, vide LOCVS.

Lŏcus, hujus loci, & in plurali num. Loci, orum, vel Loca, orum, Quicquid aliquid continet, sive,ut ait Varr. lib. 4. de ling. Lat. ubi quid consistit, vel ubi aliquid locatur,à Græco λόχος c in k mutato. [מקום *makom.* τόπος. Gall. *Lieu place.* Ital. *Luogo.* German. Ein ort. Belg. Een ort/ plaetse. Hispan. *Lugar.* Pol. *Miejsce.* Vng. *Hely.* Ang. *A place.*] Virg.8. Aen. Hic locus urbis erit. Servius Sulpitius Cic.lib.4.Epist.Nos in nobilissimo orbis terrarũ gymnasio Academiæ locũ delegimus, ibiq; eum combussimus: posteaq; curavimus, ut iidem Athenienses in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent. ¶ Frequentissimè etiam accipimus locum pro vice: ut quum dicimus, Loco patris te habeo: hoc est, vice patris, & ea charitate te amplector qua patrẽ. Sic etiam dicimus, Diligo te in loco germani. Terent. in And. Si te in germani fratris dilexi loco. ¶ Movere aliquẽ loco, est aliquẽ de loco suo, vel de dignitate depellere. Horat. lib. 2. Epist. Audebit quæcũque parum splendoris habebũt. Verba movere loco. Cicer. ad Quint. Fratr. lib. 2: Exarsit dolor: urgere illi: ut nos loco moverent. ¶ Accipitur etiã Locus pro natalibus, vel cõditione nativitatis. Salust. Inter suos non obscuro loco natus. ¶ In plurali numero indifferẽter dicimus Loca, vel Locos. De neutro genere ubiq; plurima occurrunt exempla. Masculino genere usus est Virg. 6 Aen. Devenẽre locos lætos. Idem 1. Aen. Devenẽre locos, ubi nunc ingentia cernis Mœnia. Gell. lib. 6. cap. 6, eodem in loco utroq; genere usus est: Nam quoniam nõ ipsæ tantùm aves, quæ prosperius prævolant, sed etiam loci quos capiunt, quòd idonei fœlicesq; sunt, præpetes appellant: idcirco Dædali pennas præpetes dixit, quoniam ex locis in quibus periculũ metuebat, in loca tutiora pervenerat. ¶ Loci itẽ sedes sunt argumentorũ, quos Græci τόπους vocant. Cic. libr. 2. & 3. de Orat. & in Topicis, ex quibus, veluti ex promptuariis quibusdã petuntur argumẽta. ¶ Loci etiam in mulieribus dicuntur vascula semen recipientia, inter vesicam & intestinum rectũ sita, in duos divisa situs, unde & loci plurali numero appellantur: in his (ut ait Varro) nascendi initia cõsistunt. Plin. li. 11. cap. 37: Fœminis eadẽ omnia, præter vesicæ junctus utriculus. Vnde dictus uterus, quod alio nomine locos appellant, hoc in reliquis animalibus vulvam tantùm dicimus. Colum. tamen lib. 6. cap. 37, equarũ etiam genitalia vocat locos: Quòd si (inquit) admissarius iners est in venerem, odore perfricatur detersis spongia fœminæ locis, & admota equi naribus. Idem etiam lib. 8. cap. 11, pavonum loca appellat, in quibus ova nascuntur: Sæpiusq; (inquit) digitis loca fœminarũ tentanda sunt: nam in promptu gerunt ova. ¶ E' loco inferiore agere, est ad judices. De superiore loco agere, est pro rostris. Ex æquo loco agere, est in Senatu: ut etiã annotavit Budæus. Cic. 3. de Orat. Nam sive de cœli natura loquitur, sive de terræ, sive de divina vi, sive de humana, sive ex inferiori loco, sive ex æquo, sive ex superiore. ¶ Priore loco causam dicere, est antè defendere quàm quis accusatus sit. Cic. pro Quint. Vt ipse causam capitis, si sponsionem fecisset, priore loco diceret. Posteriore verò loco dicere, est ultimo loco dicere, quod defensores solebant, qui accusationi respondebant, eamq; refutabant. Idem ibidẽ: Quoniam majores ita constituerũt, ut qui pro capite diceret, is posteriore loco causam diceret. ¶ Secundo loco, à Cicerone, ad Lentulum pro præterea ponitur: Facilè, inquit, secundo loco me cõsolatur recordatio meorum temporum, &c. ¶ Pulchrè etiam dicitur, Si in isto essem loco, si meum esset negotiũ, si mea res ageretur. Plautus in Bacch. Verùm, ut ego opinor, si ego in isthoc siem loco, Dem potiùs aurum, quàm illum corrumpi sinam. ¶ Ponitur aliquando locus pro statu & fortuna. Plautus in Bacch. In eum nunc revenit res locum, &c. Terent. in Adelph. Pejore res locos non potest esse, quàm in quo nũc sita est. Cicer. ad Brut. Nostræ res meliore loco videbantur: id est, statu meliore & fortuna. ¶ In loco res posita dicitur, quæ rectè atq; ordine posita, sive collocata est. Cicer. 7. Verr. Rectè collocata, & judicio populi in loco posita esse videatur. ¶ Ponitur interdum locus pro æstimatione, amore, gratia. Cic. in Philipp. Quem locum apud Cæsarem obtinuisti? quo numero fuisti? Esse magno loco apud Regem, dixit idem in Epistol. Cæsar 1. Comment. Qui si ivissent; eodem se eos loco, quo Helvetios, habiturum. ¶ Ponere in loco maledicti, & contumeliæ, est quod barbari dicunt, *capere ad malum & ad injuriam.* Cic. in Pisonem: Tũne etiam ausus meum discessum in maledicti & contumeliæ loco ponere? ¶ Tenere principem locum, est maximo esse in pretio, & autoritate, primumq; dignitatis gradum obtinere. Cicer. pro Plancio: Qui in mea salute principem semper locum, autoritatemq; tenuistis. ¶ Locus aliquando ponitur pro opportunitate, καιρός. Cicero de Offic. Locum autem actionis, opportunitatem temporum esse dicunt. ¶ Loco aliquid quærere, est quærere quando res postulat. Cic. in Partit. Loco tu quidem quæris, sed plenius, &c. ¶ In loco: id est, opportunè. Terent. Heaut. In loco ego verò laudo. Cicero antequàm iret in exilium: Fidei conducit, inquit, in loco beneficium retribuere. ¶ Loco dicere, est ordine sententiam dicere, & rogatus. Cicero 3. de Legib. Vt loco dicat: id est, rogatus: ut modo, ne sit infinitus. ¶ Locus non est bonitati: id est, bonitas contemptioni est. Cicer. 3. de Finib. Quod ni ita se haberet, nec justitiæ ullus esset, nec bonitati locus. ¶ Locum alicui dare, est ipsum admittere, & recipere. Cicero de Orat. Hæc turba & barbaria forensis dat locũ vel vitiosissimis oratoribus. ¶ Aliquando locus pro tempore, vel spatio agendæ

rei. Terent. in Heaut. Nam & cognoscendi, & ignoscendi dabitur peccandi locus. Locus preci non est relictus: hoc est, precibus amplius flecti non potest. Terent. in And. Nihil est preci loci relictum. ¶ Locus etiã in scriptoribus dicitur quævis operis exigua pars, sed quæ tamen extet, & illustris sit. Terent. in Prolog. Adelph. cum Plautus locum Reliquit integrum, eum hic locũ sumpsit sibi in Adelphos. ¶ Loci, in muliere dicuntur vascula semen & maternum sanguinem recipientia, inter vesicam & intestinum rectum sita, in duos divisa sinus: unde & locos plurali numero appellarunt, *ἀδελφάς*. Aliis nominibus & uterus dicitur, & vulva. Quanquam inter hæc Plinius ita distinguit, ut vulva brutorum animantium dicatur: loci autem & uterus solarum mulierum. Verba ejus sunt hæc lib. 11. cap. 37: Fœminis eadem omnia, præter vesicæ junctus utriculus: unde dictus uterus: quod alio nomine locos appellant, hoc in aliis animantibus vulvam. ¶ Loci igitur à Dialecticis appellantur sedes argumentorum, *ex* quibus veluti ex promptuariis quibusdam petuntur argumenta. *τόποι*. Cicero 3. de Orat. Aristoteles locos (sic enim appellat) quasi argumentorum notas tradidit. Ibidem lib. 2. Aristot. proposuit quosdam locos, ex quibus omnis argumentatio ad omnem disputationem inveniretur. Et paulò antè: Locus argumentorum paratos & expeditos habere oportet.

Loca salubria & insalubria, quæ sunt eligenda in regimine sanitatis, & extruendis ędibus, omnium doctissimè disseruit Vitruvius lib. 1. cap. 4.

Lŏcarĭum, locarii, Pretium quod datur in stabulo & taberna pro consistendi potestate. Varro lib. 4. de ling. Lat. [*σταθμιον*. Gall. *Louage de maison, payement de louage*. Ital. *L'affito*. Germ. Das standtgelt/stallgelt. Hispan. *La paga del meson*. Pol. *Zl'apnie wyjfsalpe*. Vngar. *Szallasert es lo allasert valo fizetes*. Ang. *The price for the setting of an howse.*]

Lŏcŭlŭs, li, diminutivum, m. f. Exiguus & angustus locus. [*τοπίδιον*. Gall. *Petit lieu*. Ital. *Luoghetto*. German. Ein örtlin. Hisp. *Pequeno lugar*. Polon. *Miasteczko*. Vngar. *Holy etske, szoros hely*. Angl. *A litle place.*] Plaut. Milit. Sed in cella paullulum erat loculi lubrici. ¶ Aliquando loculi dicuntur loculamenta quædã separata in piscinis, ornithotrophiis, aliorũq; animalium stabulis, in quibus una quæq; seorsum aluntur. *ἀγγεῖα*. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 17: Hortensius familiaris noster cùm piscinas haberet magna pecunia ædificatas, ac loculos, ita sæpè cũ eo ad villam ivi. ¶ Sæpè etiam loculos accipimus pro sacculo in quo pecunia servatur. [כִּיס *chis* צְרוֹר *tserór* *βαλάντιον*. Gall. *Bourse ou gibbeciere*. Ital. *Borsa*. German. Ein seckel oder täsch. Hisp. *Bolsa, ò bolsico*. Polon. *Mieszek, wacek*. Vngar. *Tasoly, erszeny*. Angl. *A bagge of leather.*] Martial. libro 14: Hos nisi de flava loculos implere moneta Non decet. ¶ Interdum etiam loculus [אָרוֹן *arón*. *σορός*. Gall. *Sercueil ou coffre en quoy on garde les corps morts*. Ital. *Cataletto*. German. Ein todenbaar. Hispan. *Vasa de la ceniza de los muertos.*] pro capsula, seu conditorio quo mortuorum cadavera conduntur. Plin. lib. 7. cap. 2. Hunc cremari cum reliquo corpore non potuisse tradunt, conditumque loculo in templo.

Lŏcellŭs, li id est, crumenula, diminutivũ à loculis. [*βαλάντιον*. Gall. *Petite bourcette, sachet, ou gibbeciere*. Ital. *Borsetta, sachetto*. German Ein seckelein oder täschlin. Hispan. *Bolsico ò caxa pequena*. Polon. *Mieszeczek*. Vngar. *Erszenyetske*. Ang. *A litle purse or bagge.*] Mart. lib. 14:

Si quid adhuc superest in nostri fæce locelli,
Munus erit: nihil est: ipse locellus erit.

Lŏcŭlātŭs, ta, tum, Quod habet diversos locos. [*τοπώδης*. Gall. *Ayant plusieurs petits trous & lieux pour mettre plusieurs choses chacune à part*. Ital. *Doue sonno piu ripartimenti da porui cose diuerse separatamente*. Germ. Das viel bättlein oder underschidlich ort hat. Hisp. *Cosa de muchas bolsas y lugares para gardar las cosas apartadamente*. Polon. *Maiaci gęste fachi wnęszka*. Vngar. *Kebeles helyei szakadekos*. Ang. *That hath many places and holes.*] Varro 3. de Re rust. cap. 17: Nam ut Pausanias & cæteri pictores ejusdem generis loculatas magnas habent arculas, ubi diversi colores sint, certa: sic hi loculatas habent piscinas, ubi dispares disclusos habent pisces.

Lŏcŭlōsŭs, a, um, Quod multos habet loculos, seu sinus septo aliquo intermedio distinctos. [*τοπώδης*. Gall. *Plein de lieux & petits trous*. Ital. *Pieno di luoghi*. German. Voll bättinen oder underschidlichen. Hispan. *Cosa llena de muchos lugares y bolsas*. Pol. *Fachomatt waczek*. Vngar. *Sok kulön kulömb helyü szakadekos*. Ang. *Full of places and holes.*] Plin. lib. 15. cap. 22: Sola differentia generum in putamine duro fragilive, & tenui ac crasso, loculoso & simplici.

Lŏcŭlāmentŭ, orum, m. f. Loca distincta, sive capsulæ in quibus aves, apes, aut etiam majora animalia seorsim nidificare, seu habitare solent: & à loculis deduci videtur. [*ἀγγεῖα*. Gall. *Petits lieux & trous separez pour retirer quelque chose, comme ruches à miel, & où nichent les oiseaux*. Ital. *Luochi diuersi da farui nido gli vccelli*. Ger. Besondere und underscheidene örtlein oder gemächlein. Hisp. *Casillas ò casillas como del palomar*. Polon. *Przegroda wkliatce*. Vngar. *Rag kölömb kulön reksziki hely, ahol az madarak fészket rakhatnak*. Ang. *Lockers, or any places with litle boxes or holes as a dovecote.*] Colum. libro 8. cap. 8: Vel si non ita competit paxillis adactis tabulæ supponantur, quæ vel loculamenta, quibus nidificent aves, vel fictilia columbaria recipiant. Idem lib. 9. cap. 12: Crepitaculis æreis, aut testarum plerunque vulgò jactatum terreatur fugiens juventus: eaque quæ vel pavida quum repetierit alveum maternum, & in ejus aditu glomerata pependerit, vel statim se ad maximam frondem contulerit, protinùs custos novum loculamentum in hoc præparatum, perliniat intrinsecus prædictis herbis: deinde guttis mellis respersum admoveat, tum manibus, aut etiam trulla congregatas apes recondat. ¶ Ponitur aliquando pro conceptaculo sive theca rei alicujus. Vitruv. lib. 10: Super autem tertium tympanum planum eadem ratione dentatum, inclusum in alterum loculamentum collocetur.

Lŏcŭplēs, pen. cor. genitivo locupletis, pen prod. om. 3. Dives agri, multas habens possessiones, quasi loci plenus. [עָשִׁיר *haschir*. *πολυκτήμων*, *πλούσιος*. Gall. *Riche*. Ital. & Hispan. *Rico*. Ger. Reich/ fürnemlich an ligende Güteren/ als Acker/ Wisen oder Gärten hat. Belg. Ryck. Pol. *Bohaci, dostatni*. Vng. *Kazdag*. Ang. *Riche.*] Plin. lib. 18. cap. 3: Cognomina etiã prima inde: Pilumni, qui pilum pistrinis invenerũt: Pisones à pisendo: hinc & locupletes dicebant, loci id est, agri plenos. Est autem hoc nomen omnis generis, ut Priscian. censet, & æquè in sexto casu, e, vocalè postremã, & i, habet. Cic. ad Att. Nec moderatior quàm Sylla in pecuniis locupletium. Idem in Frumen. In provincia locupleti & referta. Horat 2. Serm. In locuplete domo. ¶ Neq; solùm pro divite, & loca multa possidendi accipitur, verumetiã pro gravi homine atq; autoritatis summæ, & exploratæ fidei: Hinc locupletem autorẽ, testẽ, fidejussorẽ dicimus, de cujus fide meritò nemo debeat ambigere, *ἀξιόπιστος*. Cic. 3. Offic. Accedit eò testis locuples Possidonius. Et paulò post: Quorum quidẽ testem nõ mediocrẽ, sed haud scio an gravissimum Regulũ nolite quęso vituperare. Quẽ enim locupletiorẽ quærimus, quàm principem pop. Rom. qui retinendi officii causa, cruciatũ subierit ultrò? Locupletis antitheta sunt Egens, & tenuis. Cic. 4. Verr. Nam locupletissimi cujusque census extenuarant, tenuissimi auxerant. Idem pro Plancio: Egentes in locupletes armabantur. ¶ Locuples oratio, dives verborum, & abundans. Cic. 3. de Orat. Inde ille licentior, & divitior fuxit dithyrambus: cujus membra & pedes, ut ait idem, sunt omni locuplete oratione diffusa. ¶ Locuples etiam aliquando per translationem ponitur pro instructo & copioso. Cic. 1. de Natura deorum: Locupletior igitur hominum natura ad beatè vivendum, quàm deorum: quòd pluribus generibus fruitur voluptatum.

Lŏcŭplētissĭmè, adverbium. [Pol. *Bogacie*. Vng. *Igen bodogon.*] In Epitome Sex. Aurelii Victoris in Vespasiano: Huic inter cætera bona illud singulare fuit, inimicitias obivisci adeò ut Vitelli hostis sui filiam locupletissimè dotatam splendidissimo conjungeret viro.

Lŏcŭplēto, tas, penult. prod. act. p. Dito, locupletem reddo. [הֶעֱשִׁיר *heheschir*. *πλουτίζω*. Gall. *Enrichir*. Ital. *Arricchire*. Ger. Reich machen. Belg. Ryck maken. Hispan. *Enriquecer à otro*. Pol. *Bogatim czinie*. Vngar. *Meg kazdagitam*. Ang. *To make riche, to enriche.*] Colum. lib. 3: Vt antè perpensum & exploratum habeamus, ut locupletet patrem familiæ vinearum cultus. Plaut. Visus est paterna hæreditate locupletarier. Cicer. 5. Verr. Ob hasce res, quoniam te locupletavi, hoc annulo aureo dono. Idem 1. Offic. Hique arbitrantur se beneficos in suos amicos visum iri, si locupletent eos quacunq; ratione. ¶ Hujus compositum est Collocupleto: de quo suo loco.

Lŏco, as, act. p. Pono, cõstituo, colloco, repono. [הֵכִין *hechin* הֵלִיב *hetsiv* שָׂם *sam*. *τίθημι*. Gall. *Mettre en quelque lieu, asseoir, poser*. Ital. *Collocare, porre*. Ger. Setzen/ ordnen. Belg. Stellen/ ordineren. Hisp. *Poner alguna cosa en lugar*. Pol. *Stawiam*. Vn. *Helyheztetem*. Ang. *To put in some place, to place, to set.*] Liv. lib. 1: Castra ab urbe haud plus quinq; millia passuum locat. Virgil. 1. Aen. hic alta theatri Fundamẽta locant alii. Plaut. Aulul. Dum aulam domi locatã perquirit, ablatã reperit. ¶ Interdum ponitur pro elocare & nuptui tradere. [*ἐκδίδωμι*, *συνοικίζω*. Gal. *Donner en mariage, marier*. Ital. *Maritare*. Ger. Zur ehe geben/ Verheüraten. Belg. Verhuuren. Hisp. *Casar hija, ò nieta, ò criada*. Pol. *Zamąż daie*. Vng. *Ferjhek adom.*] Terent. in Phor. Quæso quid si filiam tuã unicam locaret? Locare filiam nuptum. Terent. in Phor. datum Vt potui, virginem nuptum locavi huic adolescenti. Item Locare in matrimonium. Plaut. in Trin. Vbi erit locata virgo in matrimonium. ¶ Interdum idem est, quod pretio utendum do. [שָׂכַר *sachár*. *μισθόω*, *ἐκμισθόω*, *ἐκδίδωμι*. Gall. *Bailler à louage, loür*. Ital. *Affittare, appigionare*. German. Umb Gelt verleihen. Hispan. *Arrendar alguna cosa à otro*. Polon. *Zapieniadze naimuie*.

Vng.

Vng. *Arran el adom.* Ang. *To hyre or lett out to hire.*] In qua significatione frequenter dativum habet personæ cui quid locatur, cum accusativo rei quæ locatur, & ablativo pretii: ut Aedes quas in Palatio amplissimas habebas, centum te sestertiis Mutio locasse audio. ¶ Sæpè tamen pretium non exprimitur. Cic. in Vert. Menonis nobilissimi hominis uxoris fundus erat colono locatus. ¶ Locare alicui operam suam, est aliquid mercede faciendū suscipere. μισθὸν ἀρνῦσθαι. Gell. lib. 5. cap. 3: Ob quærendū victum ad circumagendas molas quæ trusatiles appellātur, operam pistori locasse. Plaut. Trin. Nam operam meā tribus nummis ego locavi ad artes nugatorias. Locare alicui opus faciundum, dicitur is qui pro opere faciundo alteri mercedem constituit. μισθοῦν. Sulpitius Ciceroni: Curavimus ut idem Athenienses in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent. Interdum locare idem est quod collocare, sive impendere: ut quum operam, pecuniām-ve benè aut malè locatam dicimus. Plautus Mostel. Nec quicquam argenti locavi tam diu usquam æquè bene. Idem Amphit. Optumè optumo optumam operam das, datam pulchrè locas.

Lŏcĭto, as, penul. corr. Frequentativū formatum à supino verbi loco, a in i mutata. [ἐκμισθόω, ἐκδίδωμι. Gall. *Bailler souvent à louange, loier souvēt.* Ital. *Spesso appigionare & affittare.* Ger. Stäts verleihen, oder außlehen. Hisp. *Arrendar à menudo.* Pol. *Vstawnie naymuie.* Vng. *El bolyheszteitem, (avagy) bérbe adom.* Ang. *To lett out often to hire.*] Terent. in Adelph. Agelli est hic sub urbe paululum quod locitas foras: Huic demus qui fruatur.

Lŏcātor, oris, m. t. [שׂכר *sochér. ὁ μισθωτὴρ, ὁ ἐκδιδοὺς.* Gal. *Loueur, qui baille à louage.* Ital. *Colui che da à pigione, à fitto.* Ger. Ein verleiher umb gelt, oder umb ein zins. Hisp. *El que arrienda à otro por renta.* Pol. *Ten ktori do naiecia daie, naymuią.* Vng. *Bérbe adó.* An. *A lessour.*] Propriè dicitur is qui rem aliquam pretio utendā dat: ut, Locator prædii vel ædium, dicitur is, qui prædii ædiūmve usu conductori concesso pretium accipit. Interdum tamen locator is dicitur, qui redemptori prò opere aliquo faciundo mercedem constituit. Bud. Quanquam locator sit plerunque qui pretium accipit, & conductor qui dat: ut sit locator dominus, conductor inquilinus: tamen nōnunquam viceversa evenit, ut locator pretium det, conductor accipiat. Plinius libro 7. capite 52: Romæ quoque Corfidium materteræ suæ maritum, funere locato revixisse, & locatorem funeris ab eo elatum.

Lŏcālis, [τοπικός. Vng. *Helyes.*] Vt adverbia localia apud Probum.

Lŏcālĭtĕr, [τοπικῶς. Vn. *Helyessen, helyeben, hely meggyára.*] Diomedes Grammat. lib. 1: Adverbia localiter posita.

Lŏcātĭo, onis, verbale, f. t. cui opponitur Conductio: Propriéq; eius est qui pretiū accipit. [ἐκμίσθωσις. Gall. *Louage, bail à louage.* Ital. *Locatione, il dare à pigione.* Ger. Ein außlehung: item, ein verdingung. Bel. Een hueringe. His. *Arrendamiento.* Pol. *Naiem.* Vn. *Bérbe adás.* Ang. *A letting out to hire.*] Cic 5. Verr. Hic istius scelerata locatione, nefarioq; latrocinio, bonis patriis fortunisque omnibus spoliatus, venit in judicium. Idem ad Attic. lib. 4: Disturbata porticus Catuli quæ ex S. C. C O S S. locatione reficiebatur, & ad tectum penè pervenerat. ¶ Inducere locationem, est irritam facere locationem, tabulasq; de locatione confectas interlinire, aut discerpere. Cic ad Attic. lib. 1: Asiani qui de Censoribus conduxerunt, questi in Senatu, se cupiditate prolapsos nimium magno conduxisse, ut induceretur locatio, postulaverunt.

Lŏcustă, stæ, f. p. Insecti genus est, infirmas habens alas, tam modicis se volatibus è terra attollens, ut saltare potius videatur, quàm volare. [ארבה *arbéh. ἀκρίς.* Gall. *Vne langouste, vn saulterau, ou sauterelle.* Ital. *Cavaletta.* Ger. Ein heuschreck. Bel. Een sprinckhane. Hisp. *Langosta.* Pol. *Konik, szarancza.* Vng. *Sáska.*] In Africa & Syria majore corpore nascuntur, firmioribusq; alis: tanta autem copia, ut herbas, messesq; omnes, aut erodāt aut tactu adurant. Quinetiam & maria transvolare dicuntur, & absumptis domesticis omnibus, externa pabula quærere, non sine infausto præsagio eorum ad quos penetrarint. In India mōstrosæ magnitudinis nasci traduntur, ut interdū trium pedum longitudinem excedant: ex quorū femoribus & cruribus: quum inaruerint, serræ solent confici. Vide plura de his apud Plinium lib. 11. cap. 29. ¶ Locusta etiam piscis est ex genere crustatorum, corpore longo, cornua ante oculos bina, longa & aspera habens: dictus à similitudine terrestris. Plin. lib. 9. cap. 30: Locustæ fragili crusta muniuntur in eo genere quod caret sanguine. Latent mensibus quinis: & Veris principio senectutē exuunt anguiū more, renovatione tergorū. Cetera in aquis natant: locustæ reptantium modo fluitant. Si nullus ingruat metus, recto meatu, cornibus, quæ sunt rotunditate præpilata, ad latera porrectis, in pavore, in latera procedunt. Cornibus inter se dimicant. Vnum hoc animal, nisi vivum ferventi aquæ incoquatur, fluida carne non habet callū.

Locutio, Locutor, Loculeius, Vide LOQVOR.

Locyothos, per y. vitellum ovi: per i, putamen lentis: per u, ampulla, vel guttum olearium.

Lōdix, cis, pen. prod. Lecti operimentum. [כסוי *chesui. σισύρα.* Gal. *Loudier ou grosse couverture de lict.* Ital. *Coltre, schiavina, coperta di letto.* Ger. Kolter, bettdecke, auß teinlach, gauteren, &c. Hisp. *La manta ò coberto de cama.* Pol. *Prześcieradło.* Vng. *Lasnak.* Ang. *A blanket for a bed.*] Iuvenalis Satyr. 6. Ζωή, καὶ ψυχή modò sub lodice relictis Vteris in turba. ¶ Lodix dicunt per i non per e Lodex, doctissimi quique.

Lōdīcŭlă, læ, diminut. [ἡ μικρὰ σισύρα, καὶ σισύριον. Gal. *Vn petit loudier ou couverture de lict.* Ital. *Picciola schiavina ò coltra.* Ger. Ein teinlechlin. Hisp. *Pequenna manta ò cobertor de cama.* Pol. *Prześcieradłko.* Vng. *Lasnokotska.* Ang. *A litle blanket.*] Suet. in Augusto: Ita ut in extremis spatiis subsultim decurreret sesticulo, vel lodicula involutus.

Lœdōrĭă, [λοιδορία. Pol. *Vszczypliwa mowa.* Vng. *Agyarkodo, maro szitok.*] cum accētu in penultima, A' Græcis dicitur mordax convitium, differtq; à scommate, quòd hoc sit mordacitas quadā urbanitate & joco adumbrata: lœdoria verò apertum, amarulentumq; convitium, nulla urbanitatis specie velatum. Vide Macrob. in Saturn.

Logarium, Logeum, Logica, Logion. Logistæ. Logisterium, Logistice, Logistoricus, Logodædalus, Logographi, Vide LOGOS.

Lŏgŏs, [דבר *dabár* טעם *tàham. λόγος.* Gall. *Parole, raisonnement.* Ital. *Ragionamento, parola, ragione.* Ger. Ein Red oder wort: item, die vernunfft. Hisp. *Razon, palabra, razonamiento.* Pol. *Mowa, rozum, item, słowo.* Vng. *Beszéd, ige.* An. *Speache, a word.*] Apud Græcos modò sermonem significat, modò verbum, modò rationem. Hieron. ad Paulinum: Logos Græcè multa significat: nam & verbum est, & ratio, & supputatio, & causa uniuscujusque rei, per quam sunt singula, quæ subsistunt. August. contra hæreses: Hermes, qui Latinè dicitur Mercurius, scripsit librum, qui λόγος τέλειος appellatur: id est, verbum perfectum. ¶ Λόγους item Græci vocant operis tomos, sive sectiones, quos & libros Latinè appellamus. ¶ Habet & alias notiones apud Græcos, quæ ad nostrum institutum nihil pertinent. Hoc tamen hic prætereundum non fuit, logos etiam à Latinis scriptoribus usurpari, pro verbis futilibus, & ad nihil prorsus conducentibus. Cic. Gallo: Ego te certò scio omnes logos, qui ludis dicti sunt, animadvertisse. Terent. in Phorm. Fœneratum istud beneficium tibi pulchrè dices. D. Logi, id est, ridicula dicta, & verba inutilia. ¶ A' logos fiunt, Catalogus, epilogus, dialogus, elogium, analogia, & propè infinita alia.

Logarion, [λογάριον. Gall. *Petit conte, ou petit registre.* Ital. *Picciol conto, picciol registro.* Ger. Ein registerlin oder rechenbüchlin täglichs außgebens. Hisp. *Pequenna cuenta, ò pequenno registro.* Pol. *Regestr do kiorego widatki wpissuiemi.* Vng. *Aprolék száma tartás.* Ang. *A litle counte.*] apud Vlp. l. 5. de Pen. legat. Accipitur pro levioribus minutioribusq; rationibus, quales iis de rebus, quæ quotidie in usum familiæ erogantur, in adversariis solent conscribi. Verba Vlpian. Sed & chartas ad ratiunculam, vel ad logarion paratas, contineri appellatione Penoris.

Lŏgēum, pen. prod. λογεῖον; Pulpitum in scena, in quo chorus Tragœdiarum, & Comœdiarum (quoad Comœdiæ chorum habuerunt) cæteriq; personam non habentes, fabulæ subserviebant. Vtitur hac voce Vitr. lib. 5.

Lŏgĭcă, cæ, & Logice, ces, Instrumentum est, cognoscendi, sive cognitionis, & ratio verum inquirēdi, cujus omnino finis est inquisitio veritatis. [λογική. Gall. *Logique, dialectique, science pour disputer.* Ital. *Logica, dialettica, arte da disputare.* Ger. Die kunst so da lehret sich artlich mit einander zu underreden und die warheit zu ergründen. Hisp. *La Logica, arte de disputar.* Pol. *Nauka ktorana vczy mowienia kroткiego azadnego, y prawdi wybadywania.* Vng. *Igazat az hamistol meg valaszto tudomany nak meg gya.* Ang. *Dialechtik, logick, the art of reasoning.*] Nonnulli Græcæ vocis etymon reddentes, rationalem philosophiæ partem appellant. Cicero 1. de Fin. Iam in altera philosophiæ parte, quæ est quærendi ac disserendi, quæ λογικὴ dicitur, iste vester, ut mihi quidem videtur, planè inermis ac nudus est. Ibidem: Totaque est logice, quam rationem disserendi voco. Boethius in comment. Top. Hæc est (*inquit*) disciplina quasi disserendi quædam magistra, quam Logicen veteres Peripatetici appellarunt, continens in se inveniendi, judicandique peritiam. Cæterùm Logicam neque esse artem, cùm facere non doceat, neque post se opus relinquat, neque partem philosophiæ, cùm sit cognoscendi instrumentum, nec facultatem propriè intelligunt omnes quicunque Aristotelem Logicæ & inventorem, & perfectorem, vel primis attigerunt labris. Quid igitur? Nempe Logicæ adæquatum subjectum, est instrumentum cognitionis, cum quo planè cōvertitur. Cognoscit porrò medio circa quē versatur suo putà syllogismo: quē antequam connectat, inquirit primò partes syllogismi qua significant

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

primas notiones, quod absolvit in libro Categor. Secundò inquirit partes syllogismi qua sunt secundæ notiones, quod perficit in libro interpretationū. Tertiò tractat generaliter de syllogismo, quod peragit in libris priorū Resolutionū. Quartò tractat specialiter de syllogismo Demonstrativo in libro posteriorum Resolutionum. Quintò specialiter tractat de syllogismo dialectico in libris Topicorum. Vltimò agit de Captioso & Sophistico syllogismo, cui subservit liber de Elenchis Sophisticis.

Lŏgĭcā, orum, neut. gen. plur. num. Cic. 4. Tusc. Habes ea quæ de perturbationibus enucleatè disputant Stoici, quæ logica appellant, quia differuntur subtiliùs.

Lŏgĭŏn, pen. corr. λόγιον, Græci oraculum appellant, præsertim soluta oratione editum. Nam quod carmine respondebatur, χρησμὸν potiùs nominant: ut post Suidam annotavit Cælius Rhodig. lib. 7. cap. 6.

Lŏgĭstæ, λογισταί, m. p. Supputatores, sive æstimatores dicuntur, ἀπὸ τοῦ λογίζεσθαι, quod est rationes subducere, æstimare, seu rem aliquā diligenter expendere. ¶ Athenis Logistæ magistratus erant, quorū munus erat expendere quæ in magistratu quisq; gessisset. Aristophanis tamen interpres, Logistas eosdē fuisse existimat cum Agoranomis, quorum munus persimile Aediles Romæ exercebant.

Lŏgĭstĭcē, es, λογιστική, Ars supputādi, quam vulgus *Abacum* vocat: ἀπὸ τοῦ λογίζεσθαι, quod est supputare & calculū subducere.

Lŏgĭstĕrĭum, n. s. λογιστήριον, Locus in quo exercitus recenseturmilitiq; stipendiū, penditur. [Vng. *Had számlálló hely.*] Iulius Pollux inter Atheniensium dicasteria numerat & Logisteriū: interpretaturq; locum fuisse in quo Logistę considere, & muneri suo vacare consueverint.

Lŏgĭstŏrĭcŭs, m. s. Liber fuit Varronis sermonum, & dictorum insignium narrationem continens. Gell. lib. 4. cap. 19: Marcus Varr. in Logistorico scripsit, &c. Macrob. lib. 3. Satura. Varro in Logistorico qui inscribitur Martius de Fortuna.

Lŏgodædălŭs λογοδαίδαλος, Qui inanem verborum ornatum, non rerum pondus sequitur: sive qui captiosa, atteq; composita oratione, alium in fraudē conatur inducere. [Vng. *Hiaba vaio fellbt beszéd, szátlui kéjjel fellbt szó.*] Cicer. in Orat. Hæc tractasse Thrasymachū Chalcedoniū primūm, & Leontinū ferunt Gorgiam: Theodorum inde Byzantium multosq; alios, quos λογοδαίδαλους appellat in Phædro Socrates.

Lŏgŏgrăphi, pen. corr. m. s. λογογράφοι, teste Suida, dicuntur qui acta judicialia excipiunt. Cujus sententiæ subscribit & Ammonius οἱ ἰδιῶται, καὶ ἀγραφόμενοι λόγους: cujus hæc sunt verba: λογογράφοι δὲ, οἱ τῶν δικανικῶν λόγων γραφόμενοι. Demosthenes tamen & Aeschines vocem hanc in deteriorem partem ferè usurpant, magnoq; convitii loco sese mutuò λογογράφους appellant. Meminit horum Arcadius l. ult. §. 1. C. de mun. & hon.

Loion, Frumentū ipsum adhuc herbidum, quomodo est quū per hyemem in campis viret.

Lŏlīgo, pen. prod. genitivus loliginis, f. t. Piscis genus, à volatu dictū, teste Varr. [Vng. *Tengeri halfélle.*] Theodoro. Gall. *Vn poisson qu'on appelle calmar ou toute.* Ital. *Pesce calamaio.* Ger. *Ein Meerfisch der schwarz blue hat wie dinten.* Hisp. *El calamar, pescado conocido.*] Nam (ut ex Trebii Nigri sententia scribit Plin. lib. 32. cap. 2.) tanta interdum multitudine è mari evolant loligines, ut navigia demergant. Coeunt linguis quemadmodū & sepiæ, componentes inter se brachia, & in contrarium nantes; parīnt autem ore. Itali hodie à thecæ calamariæ similitudine, *calamariū* appellant. Habent enim duo ossicula, quorum alterum calami, alterum gladioli perspicui pellucidiq; imaginem refert. Ad hæc cruorem habet nigrum atramenti similitudine. Vnde succum loliginis pro livore hominis parum candidi posuit Horat. 1. Serm. Satyr. 4: hic nigræ succus loliginis, hæc est Aerugo merā. Vbi Porphyrio: Ex loliginis succo livorem mentis vult intelligi: ex ærugine, venenum. Prima hujus dictionis syllaba semper producitur, idq; contra naturam primitivi Volo, quod priorem corripit. Vnde nonnulli in carmine geminato l. scribunt lolligo.

Lŏlĭgŭncŭlă, diminutivū, λολιγίδια. Plaut. in Casina: Emito sepiolas, lepidas, loliguncolas, &c.

Lŏlĭum, lii, n. s. Herba est hordeo similis (cujus etiam vitiū esse putatur) in segetibus nascens. Gallis *Yvraye*, ab inebriādo dictum. [קוון *kiszáb.* שון *szédítő.*] Gall. *Yvraye.* Ital. *Imbriaga, loglio.* Ger. *Lolch, Dort.* Hisp. *El joyo ó vallico.* Pol. *Kakol.* Vng. *Ressnak, (avagy) vadrozs.* Ang. *Cockle a mong corne.*] Virg. 1. Georg. Infœlix lolium, & steriles dominantur avenæ. Plin. lib. 18. cap. 17: Nam lolium, & tribulos, & carduos, lappasq; non minus quām tubos inter frugum morbos potiùs, quām inter ipsius rerum pestem numēraverim. ¶ Lolio vitiātare dicuntur, qui visu sunt imbecilli: nocet enim oculis lolium, propter vapores ācres quos in cerebrum attollit. Ovid. 1. Fast. Et carcant lolio oculos vitiantibus agri.

Lŏlĭăcĕŭs, a, um, Quod ex lolio est: [ἐκ λολίου. Gall. *D'yvraye.* Ital. *Di loglio.* Ger. *Lolchin, Dortchin.* Hisp. *De joyo ó vallico.* Pol. *Kakoliśki.* Vng. *Rossnakbol, vadorzsbol vaio.* Ang. *Of cockle.*] ut, Farina loliacea.

Lŏlĭăcŭs, a, um. [λολιακός. Gall. *Appartenant à yvraye.* Ital. *Pertinente à loglio.* Ger. *Das zu dem lolch gehört.* Hisp. *Pertenesciente à joyo ó vallico.* Vng. *Rossnakhoz, vadorzsbozvalo.*] ut, Cribrum loliacum, quo lolium ex frumento excernitur. Colum. lib. 8. cap. 5: Cribro vicario, vel loliario, qui jam fuerit in usu, pulli superponantur.

Lŏlĭŭs, Genus piscis admodum parvi, & facie à loligine diffidens. λολίου. Vide Hermolaum in Plinium.

Lŏmentum, ti, n. s. Farina fabacea, qua ad eruganda corporis usa est antiquitas. [λομέντον. Gall. *Farine de feves.* Ital. *Farina di fave.* Ger. *Bonenmehl.* Hisp. *Harina de las habas.* Pol. *Mąka z bobu.* Vng. *Babliszt.* Ang. *Beane meale.*] Martial. lib. 3. Lomento rugas uteri quod condere tentas. Plin. lib. 22. cap. 25. de faba loquens: Lomento, *inquit*, ex aceto decocto, tumores maturat, atq; aperit. ¶ Est item Lomentum coloris quoddam genus, quod in usum pictorum ex cæruleo confici solet. Plin. l. 33. cap. ult. Ex cæruleo fit, quod vocatur lomentum: perficitur id lavando terendove: & hoc ex cæruleo candidius. Et paulò post: Est & subtilissimum genus lomenti (quidam intum vocant) quinis assibus æstimatū. Postremum hoc genus à Græcis propriè λόμμος appellatur.

Lŏnchĭtĭs, f. t. [λογχῖτις. Gall. *Espece de plantain qu'on dit long plantain ou lancelée.* Ital. *Herba di longo gambo.* Ger. *Ein kraut das sein nammens nicht einerley art / deren einer genannt wird Spiant.* Hisp. *El carmel, yerba nota.* Pol. *Polna włócznia.*] Herba est in locis sitientibus nascens, foliis porri, ad radicem rubentibus, floris habens ceu galericulos, personis comicis similes, parvum exerentes linguam: semen verò involucris clausum, triangulum, & lanceæ simile: unde sibi nomen vendicavit. Non esse autem eandem cum Xiphio, seu Phasganio (ut hactenus à Dictionarii hujus cōcinnatoribus perperam creditum est) apertissimè docet Plin. lib. 25. cap. 11.

Lŏngănŏ, onis, A' quibusdam appellatur intestinum rectum, à crasso intestino, quod κῶλον appellant, ad sedem usq; ponectum, spinæ è directo incumbens. [ἀπὸ τοῦ μακροῦ κόλου. Pol. *Kiszka prosciąnia.* Vng. *Segvég hurka.*] Ratio nominis inde trahitur est, quòd in longum protendatur, nullis orbibus implicatum, ut cætera intestina. Apicius: Longanones porcinos cum Tarentino, farros cunctos in cinere pullorum.

Lŏngævŭs, Longanimis, vide LONGVS.

Lŏngo, gas, μακρύνω, μακρύνεις, quamvis nō sit in usu, habetamen composita in frequenti usurpatione habita, quæ sunt, Elongo, prolongo quod est protraho. Plaut. Quæ mihi inus prolongat promissa.

Lŏngŭs, ga, gum, Propriè (inquit Nonius) idem quod perplanum porrectus. [ארוך *arúch.* ארך *árech.* μακρός. Gall. *Long.* Ital. *Longo.* Ger. *Lang.* Bel. *Lanck.* Hisp. *Luengo.* Pol. *Długi.* Vng. *El tavaszatum, tavul allatom.* Ang. *Long.*] Virg. 3. Georg. Tum longo nullus lateri modus. ¶ Nonnunquam idem quod in altum erectus: hoc est, procerus, Virg. 9. Aeneid. Scutis longis innixi hastis, & scuta tenētes. Plaut. Trin. - qua facie est homo? S. Sesquipede quidem est quàm tu, longior. Longus pedes septem. Plinius: In hoc cœli circūplexu æquinoctii die media, umbilicus, quem gnomonem vocant, septem pedes longus, umbram nō amplius quatuor pedes longam reddit. Longus pedū quatuor. Columella: In morē horti areas latas pedū denūm, longas pedū quinquagenūm facito. Idē. Atq; ut mense ultimo Aprilis seritur tantum, quantum singulis cyathis seminis locum occupent, decem pedum longum, & quinquelatum. ¶ Per translationem usurpatur quandoque pro diuturno, Virgil. lib. 3. Aeneid. - & longum Andromache tollantur amores. ¶ Nonnunquam pro prolixo & fuso. Plaut. in Trin. Longo sermone utimur. Cicero lib. 1. de Natura deorum: Sed nolo esse longior. Longum est: id est, multi temporis. Cicero 3. Verr. Longum est dicere quām improbè fecerit. ¶ Quandoque pro magno: unde Longiores dies, majores dicimus. ¶ Quandoque pro pernicioso. Virgil. libro 1. Aeneidos: Necnon & vario noctem sermone trahebat Infœlix Dido, longumque bibebat amorem. ¶ Longa dies, pro longo tempore. Plautus Epid. Longa dies animum incertat meum. Iuven. Satyr. 10: Longa dies igitur quid contulit? Ne longum faciam: id est, ut breviter dicam. Horat. lib. 1. Serm. Satyr. 3. In longum ducere. Virg. 9. Aeglog. Causando nostros in longum ducis amores.

Lŏngŭm, adverbialiter, Diu, longo tempore. [μακρόν. Gall. *Longuement.* Ital. *Longamente.* Ger. *Lange weil oder zeit.* Hisp. *Luengamente.* Pol. *Długi czas.* Vng. *Hosszú idoig.* Ang. *A long tyme.*] Marialis: Vtq; tuis longum dominusq; puerq; fruantur Manentibus. Virg. lib. 10. Aeneid. - non me, quicunq; es, multo victor, nec longum lætabere. Idem 3. Aegloga: Et longum formose vale, vale inquit, Iola.

Longē

Lōngè, adverbium, Procul, longo intervallo, longo loci spatio. [πόρρω, μακρὰν. Gall. De long, long. Ital. Di longi. Ger. Weit, fern. Bel. Wyt, verre. Hisp. Lenos de lenos. Pol. Daleko. Vng. Mezzu. Ang. Far off.] Cicero pro Flacco: Non longè à gradibus Aureliy hæc causa dicitur. Ibidem: Longè omnino à Tyberi ad Castum. Idem pro domo sua: Ejus simulachrum non longè à Tanagris in sepulcro positum fuit. ¶ Dicitur etiam de temporis intervallo. Cicero pro Sylla: Tempus muneris dādi longè abest. Idem de Claris oratoribus. Varro vitā Nævii produxit longius. Longè, latèq; id est, multis variisq; in locis διεξοδικῶς. Cicer. 1. de Natura deorum: Sed longè latèq; colluceret. Idem pro Lege Manilia: Tantum bellum, tām diuturnum tam longè latèq; dispersum. ¶ Interdū significat valde. Salustius: Longè mihi alia mens est. ¶ Interdū accipitur pro multo, jungituq; comparativo, aut superlativo. μακρῷ. Cicer. de Claris Orator. Vir longè post natos homines improbissimus. Idem alibi: Illud hominis, longè optimum esse. ¶ Aliquando idem ferè valet, quod procul. Sic Virg. 2. Georg. dixit: Littora longè resonantia. Plaut. Longè habere, hoc est, habere quod procul intendas. In Truculent. Nam ista stimulum longè habet quæ usq; illuc cor pungit meum: hoc est, habet stimulum longum, vel à longè protensum. Longè prospicere futuros casus, est eos longè antè videre, quam evenāt. Cicero de Amic. Vt nos longè prospicere oporteat futuros casus Reipubl. Longè gentium, significat omnino longè, sicut Nusquam gentium, nusquam locorum, idem significant quod omnino nusquam. Cicero Attic. libro 6: Tu autem abes longè gentium. ¶ Lucretius lib. 3. longiter dixit pro longè: Non, ut opinor, id à loto jam longiter erat. Sosipater libro 11. Institutionum Grammat.

Lōngŭlus, a, um, diminut. [μακρύτερος. Gall. Longuet. Ital. Longhetto. Ger. Langlicht. Hisp. Luengo vn poco. Pol. Prydługi.] ut Longulum iter. Cic. ad Attic. lib. 16: Itaq; eo die manū Aquini, longulum sanè iter, & via inepta.

Lōngiusculus, la, lum, diminutivum nomē, Longior sive Longius: idem valens quòd paulò longior. [μακρότερος. Vng. Hosszabbik.] Cicer. pro Archia: Quòd epigramma in eum fecisset tantummodo alternis versibus longiusculis. Plautus libro 10. capite 56. Fœminis (pallentibus) longiusculum spatium.

Lōngŭlē, diminutivum. [μακρῷ τι μικρότερον. Gall. Vn peu long. Ital. Vn poco di longi. Ger. Etwas weiter, ein wenig fern. Hisp. Lenos vn poco. Vng. Mezzecske. An. Somewhat farre off.] Plaut. in Rud. Haud longulè ex hoc loco.

Lōngipēs, pedis, om. t. Longos pedes, sive longa crura habens. [μακροσκελής. Gal. Haut sur iambes, qui a long pieds. Ital. Longo di piedi. Germ. Langfüssig. Hisp. El que tiene luengos los pies. Pol. Długonog. Vng. Hosszu, lábu. Ang. Long footed.] Plin. lib. 30. cap. 4: Iluprestis animal est rarum in Italia, simillimum scarabæo longipedi.

Lōngævus, a, um, Annosus, senex, quasi longi ævi. [בן־ימים Ben iamim. πολυετής, μακρόβιος. Gal. Que vit en a vescu long temps, de longue vie & durée. Ital. Vecchio, attempato, di longa età. Ger. Alt, wolbetagt. Hisp. Cosa de luenga edad. Pol. Stary, letni. Vng. Hosszu eletu. Ang. Long lived, of many yeares continuance.] Virgil. 6. Aeneid. Quem tibi longævo servum Lavinia conjux Educet sylvis regem, regumq; parentem. Idem 3. Aeneid. Surgeage, & hæc lætus longævo dicta parenti Haud dubitanda refer. Cic. in Caton. O miserum senem, qui mortem contemnendam in tam longæva ætate non viderit.

Lōngævĭtās, tis, f. t. Annositas, senectus. [μακροβιότης, πολυετία. Vng. Hosszu eletu, élés.] Macrob. Satur. lib. 7. cap. 10: Liquor vitalis longævitate siccatus est.

Lōngănĭmis, nime, penult. corr. Qui est perseverantis animi, æquanimiter tolerans quicquid sibi accident. [אֶרֶךְ אַפַּיִם Erech appaim. μακροθυμῶν. Gal. Patient. Ital. Patiente d'animo, che tolera i casi della fortuna. Ger. Langmütig. Hisp. Paciente y sufrido. Pol. Cierpliwy. Vng. Nagy türhetö. Ang. That is patient, long suffering.] Verbum minimè Latinum.

Lōngănĭmĭtās, f. t. Tolerantia, patientia, vox à Theologis introducta. [μακροθυμία. Gall. Patience. Ital. Tolerantza, patienza. Ger. Langmütigkeit. Hisp. Paciencia, y sufrimiento. Pol. Cierpliwość. Vng. Nagy türhetöség. Ang. Long sufferance.] Hieronymus Longanimitas, quæ alibi sustentatio dicitur, à patientia differt. Minimè etiam Latina vox.

Lōngĭtūdo, dinis, f. t. Prolixitas. [אֹרֶךְ Orech. μακρότης, μῆκος. Gall. Longueur. Ital. Longhezza. Ger. Länge. Bel. Lengte, lantheyt. Hisp. Longura. Pol. Długość, Dłuż. Vng. Hosszuság. Ang. Length.] Plin. li. 11. cap. 25: Intelligi autem gracilitate & longitudine. Cicero 9. Philipp. Non enim longitudo itineris, non asperitas viarum, non morbus ingravescens retardavit. ¶ Accipitur nonnunquam pro longo temporis spatio. Terentius in Heavt. Vbi te vidi animo esse omisso, & suavia in præsentia Quæ essent, prima habere, neq; consulere in longitudinem, Cœpi rationem, ut neq; egeres, neq; ut hæc posses perdere. Cicero 7. Verr. Noctis longitudo stupris & flagitiis conterebatur.

Lōngĭnquŭs, a, um, Remotus, distans, diversus, longè disjunctus. [רָחוֹק Rachōk. ἀπωτέρω, μακρὰν, πόρρω διεστώς. Gall. Loingtain. Ital. Lontano, strano. Ger. Weit von dannen, fern. Hisp. Cosa de lenos. Pol. Daleki. Vng. Mezzu valo, távol valo. Ang. Farre off, strange.] Cicer. Marcello: Non dubito quid præsentes censeant, nos quidem longinqui & à seipso missi in ultimas gentes. ¶ Aliquando significat quod in longum tenditur. Claudianus: Sic qui vecturus longinqua per æquora merces Molitur tellure ratem. ¶ Aliquando ponitur pro externo & peregrino. ἀλλοδαπός. Ovid. de Trist. Si mea longinquus viscera piscis eder. E' longinquo & E' præsenti opponuntur. Plin. lib. 7. cap. 51: Reperimus inter exempla Clazomenii, animam relicto corpore errare solitam, vagamq; è longinquo multa annūtare, quæ, nisi à præsenti nosci nō possent. Ex longinquo veniēs nobilitas, dicitur antiqua nobilitas. Plin. li. 10. cap. 42: Minor nobilitas, quia non ex longinquo venit, &c. ¶ Ponitur aliquando pro diuturno. Liv. lib. 1. ab Vrbe: Donec ipse quoq; longinquo morbo est implicitus. Plautus in Milite: Vitam longinquam darent. ¶ Nonnunquam pro lento. Plaut. Mercat. Longinquum amanti istud. Longinquus sermo opponitur brevi. Plautus in Milit. Brevior an longinquo sermone? ¶ Longinquum loquitur id est, diutiùs. Plautus in Mercatore: Oratio hæc odiosa est, quum rem agas, longinquum loquis Equidem ad capita rerum pervenias.

Lōngĭnquĭtās, t. t. ipsa locorum distantia. [מרחק Merchāk. ἀπόστασις, μῆκος. Gal. Loingtainté, longue distance des lieux. Ital. Lontananza. Ger. Die weite oder weitnuss, vertrauy. Hisp. Aquella lexura de lexos. Pol. Dalekość. Vng. Hosszuság, távol valoság. Ang. Long distance of place, length of time.] Cicer. ad Cælium lib. 2: In las enim sum locis, quò & propter longinquitatem, & propter latrocinia tardissimè omnia perferuntur. ¶ Aliquando pro diuturnitate. Terent. in Hecyr. Hæc mihi nunc cura est maxima, ut ne cui mea longinquitas ætatis obstet, mortemq; exopter meā. Cæsar 1. bell. Civil. Tamen rei ejus moram temporisq; longinquitatem timebat. Cicer. 2. de Finib. Qui aūt voluptate vitam effici beatam putabit, qui sibi is conveniet, si negabit voluptatem crescere longinquitate?

Lōngĭsco, is, n. t. Longus fio. [רָחַק Rachēk. ἐπιμηκύνομαι. Gal. Devenir long. Ital. Diventar longo. Ger. Lang werden. Hisp. Hazerse luengo. Pol. Długim się stawam. Vng. Meghosszabbodik. Ang. To waxe long.] Ennius: Neq; corpora firma longiscunt quicquā. Nonius.

Lōngŭrio, onis, m. t. Longus homo, & procerus, à pertica, quā longurium vocant, similitudine dictus. [גַּבְהוּר Gabhōr. μακρόκωλος, ἐπιμήκης. Gal. Long. Ital. Longo. Ger. Ein vast langer Mensch. Hisp. Luengo. Pol. Hosza ember. Vng. Chi epiaboszcha, longa. Ang. A long man.] Varr. Hic qui ante me est, nescio quis longurio. Priscum verbum.

Lōngurĭus, ri, m. t. Pertica longior, quæ sepibus hortorū trajici solebat ad eas confirmandas, eadē bellicis in rebus magno usui ad munienda castra. [מוט Mot. πάσσαλος, δόκανον. Gall. Vne longue perche. Ital. Lunga pertica. Germ. Ein langer Stang. Hisp. Hasta apertiga luenga. Pol. Przymora, item, Przyczyna drewg. Vng. Hosszu rud. Ang. A long pole such as lieth overthwart in hedges.] Varro de Re rust. libro 1. capite 14: Secunda sepes ex agresti ligno, sed non vivit. Fit autem palis statutis crebris, ac virgultis implicitis, aut latis perforatis, & per ea foramina trajectis longuriis ferreis binis aut ternis, aut ex arboribus truncis demissis in terram, deinceps constitutis. Idem lib. 2. cap. 9: Itaq; in stabulis oportet clausa habere ostia ac fenestras, & inter singulas à præsepibus interjicere longurios, qui ea discernāt, ne inter se pugnare possint. Cæsar lib. 4. bell. Gall. Hæc directa materia injectā contexebantur, ac longuriis, cratibusq; consternebantur.

Lonticis, Aristolochiæ species tertia, de qua Dioscor. libro 3. cap. 163.

Lŏpās, adis, f. t. λοπάς. Genus conchæ marinæ. Plautus in Medico parasito: Addito lopades, echinos, ostreas. Dictæ Lopades à vasis culinarii genere, quod Græci λοπάδα, ἢ λοπάδιον appellant. Bayfius sartaginē interpretatur. ¶ Est & Lopas, sive Lope, vestimenti genus, in qua significatione priorem syllabā producit, quum apud Græcos scribatur per ο.

Lŏptā, Onobrychis apud Dioscor. lib. 3. cap. 168.

Lŏquŏr, loqueris, locutus per c, ut Prisciano videtur, sive loquutus per q. d. t. Propriè significat, verba qualiacunq; profero. Formatur à Græco verbo λέγω, λέλεγμαι. hinc loquor, g in q mutata. [דָּבַר Dabōr. אָמַר. λαλέω, φθέγγομαι. Gall. Parler, discourir, raisonner. Ital. Parlare, ragionare. Ger. Reden, sprechen. Bel. Spreeken. Hisp. Hablar, razonar. Pol. Mowie. Vng. Szollok. Ang. To speak, to reason.] Differūt aūt loqui, & dicere, quòd loquatur à natura: dicere, eleganter & facūdè. Quanquā loqui aliquādo pro dicere

pro dicere positum invenitur. Plautus in Menæchmis: Quos tu parasitos loquere? Ibidem: Adolescens quæso loquere tuũ mihi nomen. Loqui ad voluntatem, apud Ciceronem in Paradox. ¶ Loqui ad voluptatem, est sermone suo voluptatem audientibus afferre, adulari, & grata loqui. Cicero pro Quintio: Fatetur se non bellè dicere, non ad voluptatẽ loqui posse. ¶ Loqui lapides, est ea loqui quæ sic audientis mentem obtundant, ac offendũt, ut si lapidibus illius caput ferires. Plautus in Aulul. Quia mihi misero cerebrum excutiunt tua dicta soror, Lapides loqueris. Loquuntur hoc palàm. Cic. 5. Verr. Hoc quum palàm Decumani tota provincia loquerẽtur. Loquuntur vulgò: id est, vulgi in ore versatur. Cic. 7. Verr. Quum vulgò loquerentur, suppositum in ejus locum, &c. Loquũtur annales, historiæ: hoc est, referunt, commemorant. Loquitur res ipsa: hoc est, apertissima est, & sermone non eget. Loquitur fama: hoc est, homines famam sequuti loquuntur. ¶ Dare aliquem loquendum chartis, dixit Martialis lib. 5: Quem chartis, famæq; damus populoq; loquendum. ¶ Composita hujus verbi sunt, Alloquor, colloquor, circunloquor, deloquor, eloquor, interloquor, obloquor, præloquor, & perloquor, quorum significata partim suprà explicuimus, partim infrà suis locis exequemur.

Lŏcūtŭs, sive Loquutus, particip. [מדבר אדבר medhabbér. *λαλῶν, φθέγξας*. Gall. *Qui a parlé.* Ital. *Chi a parlato.* Ger. Geredt / der geredt hat. Hisp. *El que ha hablado.* Pol. *Ten ktori mowiep.* Vng. *Szollot.* Ang. *That hath spoken.*] Horat. lib. 1. epist. 7: Vt ventum ad cœnam est, dicenda tacenda loquutus, Tandem dormitum dimittitur. Virg. 1. Aeneid. Sic ore locuta est.

Lŏcūtĭo, sive Loquutio, loquutionis, f. t. Sermo, oratio, dictio, genus dicendi. [דברה dabberáh אמרה imráh. *φράσις, λάλησις.* Gall. *Parole, vn parler, parlement.* Ital. *Parlamento.* Ger. Ein Red. Hisp. *Obra de hablar.* Pol. *Mowa.* Vng. *Szolás.* Ang. *A saying or speaking.*] Cic. in Orat. Quanquam enim omnis locutio oratio est: tamen unius oratoris locutio hoc proprio signata nomine est.

Lŏcūtŏr, seu loquutor, m. t. Sermocinator, qui loquitur. [מדבר midbbár. *λάλος.* Gall. *Parleur, babillart.* Ital. *Parlatore, cianciatore.* Ger. Ein tanktor / schwetzer / der ja viel redt. Hisp. *Hablador, parlero.* Pol. *Plapacz.* Vng. *Szollo.* Ang. *That speaketh a babler.*] Gell. Qui sunt leves & futiles & importuni locutores.

Lŏcūtŭlēĭi, m. t. Sunt homines in verba provecti, quos & garrulos, loquaces, blaterones, & linguaces dicimus, quorũ lingua tam effusa ad loquendũ, infrænisq; est, ut teterrima quadam colluvione verborũ fluat semper, & æstuet. [*ἀδολέσχαι, λάλοι.* Gall. *Grands parleurs, babillards.* Ital. *Cianciatori, gran parlatori.* Ger. Klaffer / schwätzer / klappeter / denen stäts das maul gehe. Hisp. *Habladores, parleros.* Pol. *Mieliga bowe.* Vng. *Tsátsogo, nyelves.* Ang. *Bablers or pratlers.*] Gellius lib. 1, cap. 15.

Lŏquācĭtas, atis, f. t. Multiloquium, inanis & immodica garrulitas. [*πολυλογία, στωμυλολογία.* Gall. *Trop grande abondance de paroles, trop parler.* Ital. *Ciantare, chiarlare, parlare souerchio & vano.* Ger. Schwätzigkeit / vnnütz geschwätz. Bel. Clappachtichett. Hisp. *Obra de mucho hablar.* Pol. *Plapanie.* Vng. *Tsátsogás, nyelvesség.* Ang. *Babling, much talking.*] Cic. Torquato: Facit autem non loquacitas mea, sed benevolentia longiores epistolas. Idem ad Attic. li. 7: Loquacitati ignosces, quæ & me levat ad te quidem scribentem, & elicit tuas literas.

Lŏquācĭto, tas, Multùm loquor. [מדבר midbbár. *στωμύλλομαι.* Gall. *Parler beaucoup, caqueter.* Ital. *Parlar molto.* Ger. Viel klappern oder schwätzen. Hisp. *Hablar mucho.* Pol. *Vielomie szykiem trzepie.* Vng. *Tsátsogok, nyelveskedem.* Ang. *To bable, to speak much.*] Hieronym. Si quando mulierculæ de divitiis propriis, de filiis, de vestibus, de mũdi vanitatibus garrulando loquacitent, ut moris est eis, frangantur. Vox nova est, quam apud veteres non facilè invenias.

Lŏquax, cis, o m. t. Verbosus, garrulus, loquendò importunus. [מדבר midbbár. *λάλος, στωμύλος.* Gall. *Caquetteur, babillart, grand parleur.* Ital. *Cianciatore, che parla molto.* Ger. Schwetzig / tiefig. Bel. Clappachtich / feutachtich. Hisp. *Cosa mucho habladera.* Pol. *Mowni.* Vng. *Tsátsogo, nyelves.* Ang. *That bableth.*] Cic. pro Cluent. Præterea servum illum Nicostratum, quem nimiùm loquacem fuisse, ac nimiùm domino fidelem arbitrabatur, &c. Idem lib. 2. de Orat. Quare istam artem totã dimittamus, quæ in excogitandis argumentis muta nimiùm est, in indicandis nimiùm loquax. Hinc corvi & aliæ aves quæ humanã vocem imitantur, loquaces dicuntur.

Lŏquācĭŏr, comparativum. *λαλίστερος*, & superlativum loquacissimus, [*λαλίστατος.* Vn. *Tsátsogob, s bővebb szoba tsátsogo.*] Cic. de Senect. Et senectus est natura loquacior. Idem pro Flacco: Repentè homo loquacissimus obmutuit.

Lŏquācĭtĕr, adverbiũ. [*λαλητικῶς, ἀδολέσχως.* Gall. *Auec trop grande abondance de paroles superflues.* Ital. *Da cianciatore.* Ger. Schwetzigklich / mit viel vnnützen worten. Hisp. *Parleramente con mucha palabras.* Pol. *Plapiacz.* Vng. *Tsátsogva.* Ang. *Bablinglie with much talk.*] Cicer. pro Muræna: Quid huic tàm loquaciter litigioso responderet ille?

Lŏquēla, loquelæ, f. p. Sermo quẽ loquẽdo proferimus. [דברה dabberáh אמרה imráh. *λαλιά.* Gall. *Parole.* Ital. *Parola.* Ger. Die red. Bel. Die Wtsprake. Hisp. *Habla.* Pol. *Mowa.* Vng. *Szó, beszéd.* Ang. *Speache or talk.*] Catullus: Verbosa gaudet Venus loquela. Interest tamen inter loquelã & sermonẽ, quod sermo omnium gentium est, loquela cujusq; gentis propria dialectus: quemadmodum autor est Corn. Fronto, de different. vocab.

Lŏquentĭa, tiæ, f. p. & loquiũ, quanvis à loquor deducantur, nõ tamẽ eis veteres utuntur, nisi in cõpositione: ut, Breviloquentia, breviloquium: multiloquentia, multiloquium: magniloquentia, magniloquiũ. Similiter magniloquus, multiloquus, stultiloquus, blandiloquus, & hujusmodi, quæ habent per cor. *λάλησις, λαλιά.* Valerius Probus tamen, teste Gell. li. 1. cap. 15. affirmat, Salustium loquentiam usurpasse pro loquacitate. Sic enim legit, Satis loquentiæ, sapientiæ parum. Vbi tamen vulgò legitur, Satis eloquentiæ.

Lŏquĭtŏr, aris, d. p. Garrio, multum loquor, verba multa inaniter profundo. [מדבר midbbár. *πολυλογέω.* Gall. *Parler beaucoup.* Ital. *Cianciare parlar molto.* Ger. Tantten / vnnutz geschwetz treiben. Hisp. *Hablar mucho.* Pol. *Liedaczą mowie.* Vng. *Tsátsogok, fecsegek.* Ang. *To speake muche.*] Plaut. in Bacchid. Eho tu loquitatusne es gnato meo malè? Vsus est hoc verbo & Apul. in floridis.

Lōra, æ, f. p. sive Lorea, Genus potionis est, quã Græci *δευτερίαν* appellãt, quasi secundariã: velut apud nos teniaria pervini caritatẽ: nã *δευτέριος* apud Græcos secũdũ dicitur. [Gal. *Vin de despense buuette.* Ital. *Vino leggiero.* Ger. Lewren wein. Hisp. *El vino aguapie.* Pol. Wino podlednie, spienkasz. Vng. *Lőre, lőrebor.* Ang. *A small or thinne wine.*] Plin. li. 14. cap. 10: Non possunt jure dici vina, quæ Græci *δευτερίας* appellãt, Cato & nos lorã, maceratis aqua vinaceis, quàvis inter vina operaria numerẽtur. Tria eorũ genera. Primũ decima parte aquæ addita, quæ musti expressa sit, & ita nocte & die madefactis vinaceis, rursusq; prelo subjectis. Alterum, tertia parte ejus quod expressum sit, addita aquæ, expressoq; decocto ad tertias partes. Tertium fecibus vini expressum, quod fæcatũ Cato appellat. Varro de Vita populi Romani: Antiquę mulieres majores natu bibebant loram. Dicta lora quasi lota, quòd fiat ex vinaceis aqua dilutis. Vide Var. de Re rust. lib. 1. cap. 54. & Colum. lib. 12. cap. 40.

Loramentum, Lorarii, Vide LORVM.

Lordosis, *λόρδωσις*. Est excavatio vertebrarũ, propriè lumbi.

Lōrīca, cę, pen. prod. [שריון schirjón. *θώραξ, λωρίκιον.* Gall. *Halecret, cuirasse ou harnois d'homme d'armes: brigandine ou cotte de maille.* Ital. *Panciera, corazza.* Ger. Ein läderin rüstung et harnisch vnd panzer. Hisp. *Cotta de malla.* Pol. *Panczerz, karacyna.* Vng. *Páncél.* Ang. *An habergion, a coate of male.*] Est munimentum corporis, quale in Imperatorum antiquis statuis videmus: quanvis sæpe accipiatur pro quovis genere armorũ, quo corpus adversus vim tegimus. Dicta aũt putatur lorica à loro. Nam antiquitus, teste Varrone, pectoralia ex crudo corio fiebant. Cicero pro Murena: Descendi in campũ cum firmissimo præsidio fortissimorũ virorum, & cum illa lata insigniq; lorica, non quæ me tegeret, (etenim sciebã Catilinam non latus, aut ventrem, sed caput & collum solere petere) Liv. li. 5. ab Vrbe: Multosq; imperitos nandi, aut invalidos, graves loricis, aliisq; tegminibus hausère gurgites. Virgil. 3. Aeneid. Loricam consertam hamis, auroq; trilicem. ¶ Dicitur præterea lorica in ædificiis quoddam quasi sepimentũ, & veluti peribolus, quo eos tuetur à lapsu. *θωράκιον.* Lorica enim pars est murorum, & structurarum. Vitruvius lib. 2. de lateritiis parietibus loquens: Quum enim in tecto tegulæ fuerint fractæ, aut à ventis dejectæ, quà possit ex imbribus aqua perpluere, non patietur lorica testacea lædi laterem, sed projectura coronarum rejicit extra perpendiculum stillas. Curtius lib. 8: Angusta muri corona erat non pinnæ, sicut alibi, fastigium ejus distinxerant: sed perpetua lorica obducta transitũ sepserat. Itaq; Rex hærebat magis quàm stabat in margine, clypeo undiq; incidentia tela propulsans. Loricam appellat structuram fastigiatam, quæ aquã pluviã utrinq; dispellit extra perpendiculum veluti suggrundatis prominentibus. Hujuscemodi structuræ à nostris structoribus *Capistrata* appellantur. ¶ In pavimentis etiam ruderatis lorica appellatur corium è marmore tuso cum calce & arena. Vitruv. lib. 6: Itaq; si necessitas urgeat, ut minimè vitiosa fiant, sic erit faciendum. Quum coaxatum fuerit, insuper altera coaxatio transversa sternatur, clavisq; præfixa duplicẽ præbeat contignationi loricationẽ: deinde ruderi novo tertia pars testę tusæ admisceatur. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 57. Parietes & solum opere tectorio marmorato loricãdi. Hæc Bud. Cæs. 5. bell. Gal. Turres contabulantur: pinnæ, loricæq; ex cratibus attexuntur.

Lōrīco, cas, act. p. Loricam induo. [*θωρακίζω, θωρήσσω.* Gal. *Vestir vn halecret ou harnois, se couurir.* Ital. *Armarsi di corazza.* Germ. Mit einer läderinen rüstung oder harnisch sich bewapnen.

Bel. Dat harnas om dem. His. Armare como de cotta de malla. Pol. Βρονιζειν sie vbiram. Vng. Az puncelst eram vsskom. Ang. To put on an habergion.] Plin. lib. 8 cap. 24: Mox ubi pluribus codē modo se cortis loricavit, in dimicationē pergit. ¶ Hujus verbi compositum est dilorico, de quo alibi.

Lŏrĭcātŭs, ta, tum, participium, Lorica indutus. [ἐνδεδυκὼς θώρακα, ἐνδεδυκὼς θώρακα. Gal. Armé d'un haleret, brogendine, ou cotte de maille. Ital. Armato di corazza. Ger. Mit einem küdering harnisch oder panzer angethan. Hisp. Armado de cotta de malla. Pol. Βρονιζεν vbiram. Vng. Páncziba öltözött. Ang. Armed with an habergion.] Liv. 5. bell. Pun. Statua ejus indicio fuit Præneste in foro statuta, loricata, amicta toga, velato capite, &c.

Lŏrĭcātĭo, βρονιζειν, Incrustatio parietis. Paulus de verb. signif. Aquæ salientes, incrustationes, loricationes, picturæ, & ornatus ædium.

Lŏrĭcŭlā, æ, f. p. à Lorica deminutum nomen. Parvam loricam significat. [θωρακίδιον. Gall. Petit haleret, petite cotte de maille. Ital. Piccola corazza & giacco di maglia. Ger. Ein prägendeckin. Hisp. Pequeña cotta de malla. Pol. Pancerzyk. Vng. Páncziclotska. Ang. A little habergion or coat of male.] ¶ Accipitur etiam pro munimento quod obsessores urbium construunt. Nam ultra jactum telli fossam faciunt, eamq; vallo, sudibus, & turriculis instruunt, ut circumpositos è civitate possint obsistere. [Gall. Valum fait au fortification que fons ceux que assiegent vne ville pour resister aux saillies de ceux de la ville. Ital. Luogo fortificato come si fa nelle torre per resistere à gli assalti de coloro che vanno. Ger. Ein pastey oder schanz: ein verbauete schanze. Hisp. Empreuta à trabique para defendere. Pol. Szanca. Vng. Sanze. Ang. A trench made to defend an army.] Autor Vegetius lib. 4. Cæsar 8. bell. Gall. sic scribit: Hæc imperat vallo XII pedum muniri, coronisq; pro ratione ejus altitudinis inædificari: fossam duplicem pedum denūm, quinūm latēribus directis deprimi: turres crebras excitari in altitudinem trium tabulatorum, pontibus trajectis, constrarirq; conjungnquorum frontes viminea loricula munirentur, ut hostes à duplici propugnatorum ordine depellerentur.

Lŏrĭpes, edis, penult. corr. com. t. Qui pedem in modum lori torium habet. [λωροπόδης. Gal. Qui a la iambe tortue. Ital. Zoppo, che ha il piede torto. Ger. Ein trumbfuß. Hisp. Cancajoso. Pol. Chromi. Vng. Horgas lábu, kutsiba. Ang. That hath his feete crooked or bigge.] Iuvenal. Satyr. 2: Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus. Plautus Pœnul. Nequiequam hos patronos mihi elegi, loripedes tardissimos.

Lŏrum, ĭ, priore producta, n. t. Propriè significat corrigiam ex corio: unde habenæ & retinacula jumentorum, quæ ferè ex corio fieri solent, lora appellamus. [מוסר מעבות חבלים, מוסר. Gall. Lanieres, longue courroye de cuir, sangle. Ital. Corregia, fiaffio, redine. Ger. Ein riemen, zügel, ꝛc. Hisp. La cuerda ò la correyuela. Pol. Czepiel, uprzaka, lieng. Vng. Gyepű. Ang. A corde or leash made of a long thongs leather.] Ovid. 2. Metam. Colla jugo eruumpunt, abruptaq; lora relinquunt. Ibidem: Corripe lora manu. Virgil. 3. Georg. illi instant verbere torto, Et proni dant lora: volat vi fervidus axis. Idem lib. 1. Aen. Fertur equis, curruq; hæret resupinus inani, Lora tenens tamen. ¶ Præterea etiam lora dicuntur zonæ ac volumina ex corio bubulo, quibus pugiles utebantur: quos & cæstus appellabant. ¶ Præterea quæcunq; ligamina, lora dici possunt. Gellius: Postea videbamus Androdum & leonem loro tenui revinctum, urbe tota circum tabernas ire. ¶ Et loramenta, quælibet ligamenta, etiam quæ ex tabulis fiunt. Hieron. Loramento ligneo circundatum ædificii fundamentum non dissolvetur. Iustinus lib. 11. de nodo Gordii: Quū capita loramentorū intra nodos abscondita reperire non posset, violentius oraculo usus, gladio loramenta cædit. ¶ Lorum etiam pro corrigia accipitur qua homines verberātur. Donat. Lora apud veteres laura dicebantur à lauro triumphorū, sub qua mos erat captivos vinciri, duciq; per pompam. Ideo autem ut conditionis reminiscantur, loris cædūtur. Vnde & Lorarii dicebantur: de quibus suo loco diximus. Terent. Adelph. Nam si molestus pergis esse jam intrò ampiēre, atq; ibi Vsq; ad necem operiēre loris. 5. loris libet! Cic. 13. Philip. Quos Antonius deliciarū causa loris in convivio cædi jubebat à suis publicè. ¶ Item lora dicuntur corrigiæ, quibus lecti & sellæ instruūtur: super quibus tomenta, vel culcitræ imponuntur. Mart. lib. 2: Recens sella, linteisq; lorisq; ¶ Hinc etiam funiculus aureus argenteúsve, qui collo gestari solet, lorum appellatur. ¶ Invenitur etiā loras, ὁ λῶρος, masculi. gener. sicut & corius, & collus. Apul. Lorū quempiam sinu suo depromit.

Lorāmentum, Vide in LORVM.

Lŏrĕŭs, a, um, adject. [λωρόεις, λωρεύτικος. Gal. De courroye. Ital. De corregia. Ger. Das aus riemen gemacht ist. Hisp. Cosa de coyunda. Pol. Rzemienny. Vng. Gyepűs. Ang. Of a leash of leather.] Plinius lib. 18 cap. 31: Antiqui funibus, vittisq; loreis ea detrahebant. Sic apud Caton. cap. 5: Loreus funis.

Lōrārĭi servi, à loro dicti sunt, quorū officium erat aliquem ex conservis jussu domini aut vincire, aut loris cædere. [λωροδιῶκται, οἱ τοὺς ἰδιῶτας τοὺς ἀπόδρας. Gall. Ceux qui d'ordonnent faire corrigier les serfs. Ital. Che battono à flagello y servi. Ger. Ein der den knecht so zuberet binden vñ geisseln müssen. Hisp. Los que azotauan los seruos. Pol. Sprzymos, ci co pilnuią niesłuch w-ąpy bya. Vng. Parosjok. Ang. Scourgers whippers.] Lorarionum frequens est mentio apud Plautum. Dicebantur præterea Lorarii, lictores aut ministri magistratuum, qui eis in provincias proficiscentibus ministrabant, faceteq; præferebant. Cato id genus hominis etiam Brutianos appellat: quoniā Brutiorum ignominiæ causā jussi sunt à Romanis magistratibus in provincias euntibus parēre, & præministrare servorū vice, quōd primi totius Italiæ ad Annibalem defecissent.

Lorometra, tæ, Panis genus ex semine loti herbæ confectus. Vide Plin. lib. 22 cap. 21.

Lōtĭum, lotii, n. t. Vrina, à diluendis corporibus appellatum. Est enim totius corporis lotio. [מי רגלים מי רגלים. Gall. Vrine, pissat. Ital. Pissio, orina. Ger. Der harn oder brunn. Belg. Pisse. Hisp. Vrina. Pol. Vrina, moczy. Vng. Hugy, vizellet. Ang. Vrine, pisse.] Suetonius in Vespasiano: Reprehendenti filio Tito, quod & urinæ vectigal commentus esset, peconiam ex prima pensione admovit ad nares, scisciitans num eū ea offenderetur: at illo negante: Atqui, inquit, è lotio est. ¶ Habet autem hæc dictio, quanvis à supino lotum fieri posset, contra naturam primitivi primam syllabam corripiens. Vide Vallam lib. 1. cap. 2.

Lōtŏs, [λωτός. Pol. Κέρα.] Arbusculæ, seu fruticis species, Africæ familiaris, à Lotide nympha, quæ Priapum fugiens in eam arborem fingitur commutata, nomen habens. Ovid. lib. 10. Metamorph. Amnicolæq; simul salices, & aquatica lotos. Hæc arbor (ut inquit Plin. lib. 23. cap. 17. & lib. 21 cap. 17.) in Africa vocatur celtis: tamq; dulci est cibo (nam myrti modo baccas fert) ut nomen etiam genti, terræq; dederit, nimis hospitali advenarum oblivione patriæ. Hinc locus factus proverbio: Loton gustasti, λωτὸν ἐφάγες: De iis dicebatur, qui diutius in peregrinis regionibus hæserent, velut obliti redeundi. Neque inconcinnè dixeris in eos, qui simulatq; semel voluptatem mynhonestam degustarint, ad pristina studia revocari non queūt. Ligno color niger: ad tibiarum cantus expetitur. Quare & à Poētis pro tibia ponitur. Quidam arbitrantur eam esse arborem, quam Romani Vissidum dicunt. ¶ Est etiam eodem nomine herba in Aegypto: quam Homerus inter herbas subnascentes deorum voluptati primā nominavit. Hæc recedentibus aquis Nili, provenit similis fabæ, in cujus capite fructus est papaveri similis: intùs grana ceu milium, ex quo incolæ faciunt panem, quem lotometram appellant. Vide Plin. lib. 22. capite. 21.

L ante V.

L V. In notis antiquorū, quinquaginta quinq. L. V. lex vetus. L V A L. Lucius Valerius. L V C R E. Lucretius, vel Lucretia. L V D A P. Ludi Apollinares. L. V O C. lex Voconia. L V D. S A E C. ludi sæculares. I. X. sexagies.

Lŭbĕt, buit, Veteres per u scribebant quod nos per i. Vide L I B E T. [טוב בעיניים. Gall. Il plaist. Ital. Piacere. Ger. Es gundt oder gefallt mir. Hisp. Hazer gana. Pol. Podobamisie. Vng. Tetszik, kell. Ang. It seemeth good or pleaseth.] Plaut. Amph. Ira verstipellem se facit, quando lubet. Ibidem: Tuus sum, proinde ut commodum fiet, lubet quicquid facias. Cicer. de Senect. Idipsum tamen ut lubebit: quoniā, &c.

Lŭbēns tis, om. t. Libens, volens. [ἑκών, ἑκοῦσα. Gall. Qui fait volontiers. Ital. Colui che fa volontieri. Ger. Gutwillig. Hisp. Cosa aplazible y de buena gana. Pol. Dobrowolni. Vng. Kedvmilakaro. Ang. That doeth any thing willingly.] Plaut. Cistell. Aedepol factum id est lubenti animo. Idem Sticho: Lubens hercle me facies.

Lŭbēnĕ, Pro lubenter. [Vn. bremell.] Terent. Heavt. Faciā boni tibi aliquid pro illhac re, ac lubens. Idē Adelph. Servum hunc illiberalem præbes te, & tibi lubens bene fecim. Plaut. Cat. Lubens fecero, & volens.

Lŭbēntĕr, adverbium, Lubēti animo. [ἑκουσίως. Gall. Volontiers. Ital. Volontieri. Ger. Gutwilligklich gerne. Hisp. Plazentera y gana-samēte. Pol. Dobrowolnie. Vng. Kedvesen. Ang. With a good will.] Plaut. Rudens. Nam qui dormiunt lubenter, sine lucro, & cum malo quiescūt. Idem Captivis: omnes profectò liberi lubentiùs sumus, quam servimus.

Lŭbĭdĭnem Veteres dixere à verbo lubet, pro libidine. [Vn. Boytaisig.] Plaut. 10 Trinūmo: Lubido est observare quid agat. Idem Menæchmis:

Nam homini misero malum si accedit ad malum,
Major lubido est fugere, & facere nequiter.

Lŭbēntĭa, tiæ, f. p. & Libertia quemadmodū dicimus libet & lubet: Idē est quod voluptas, lætitia, deliciæ, jucunditas. [רצון רצון. Gall. Plaisir, volupté, grace. Ital. Piacere, gradimento, delitto. Ger. Wollust, ergötzlichkeit, lust. Hi. A qui plaisir y buena gana. Pol.

Pol. Rozkosz, ochl'eda. Vng. Gyhuybrwig. Ang. Pleasour, good will.] Gell. li. 15. cap. 2: Cur lubentiæ, gratiæq; omnes conviviorum incognitæ sint. Plaut. in Asin. Lubentiorem te faciam, quàm lubentia est. Atque is quidem hic Lubentiam videtur accepisse pro dea quadam voluptatum, deliciarumque præside.

Lubrĭcus, a, um, pen. corr. Quasi labricus. [חלקלק chalakkak חלק chalák. λιθόστρωτος, γλοιὸς, σφαλερός. Gal. Glissant, glissant. Ital. Lubrico, che sdrucciola, che sorisia. Ger. Schipferig / glatt. Bel. Glibberachtichtigkeit. Hisp. Cosa lisa para caer, que desliza ò resbala. Pol. Sliski, ześlizg. Vng. Sik, sikamlo. Ang. Slipper, mauerig, ready to slip or slide.] Proprie enim lubricus dicitur, teste Valla lib. 4, in quo quis nequit consistere: quales sunt herbæ persusæ sanguine, aut terra argillosa humectata, aut marmora lævigata, terra glacie concreta, aqua durata gelu, cæteraq; hujusmodi, ubi commodè vestigium figere non possumus. Virgil. 5. Aeneid. Et sese opposuit Salio per lubrica surgens. ¶ Lubricum item dicitur, quod si comprehendatur, manibus elabitur, facileq; effluit: ut, Piscis lubricus, qui facilè manibus effluit, dum contrectator. Virgil. 2. Aeneid. Lubrica convolvit sublato pectore terga. Et alibi: adytis quum lubricus anguis ab imis. Inde figuratè adolescentia lubrica dicitur, quòd proclivis sit ad lapsum. Cic. pro Cælio: Viæ adolescentiæ lubricæ, quibus illa insistere, aut ingredi sine casu aliquo, aut prolapsione vix potest. Lubrici oculi: id est, mobiles: sicut dicitur pes lubricus, qui est in lubrico loco, qui vacillat. Cicer. lib. 2. de Natura deorum: Natura oculos fecit lubricos, & mobiles. ¶ Pro fallaci & qui multas elabendi novit vias est usus Virgil. 11. Aeneid. Nequicquam patriis tentasti lubricus artes. ¶ Lubricus locus per translationem dicitur pro difficili & incerto. Cic. 2. Offic. Qui locus est sanè lubricus: quoniam vix inventur qui laboribus susceptis periculisq; aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam.

Lubrĭcè, adverbium, pen. corr. Inconstanter, & parum syncerè. [ὀλισθηρῶς. Gal. Inconstamment, douteusement, en glissant. Ital. Sdrucciolamente, dubiosamente sdrucciolosamente. Ger. Schipferichtig / unstandhaffrigkeit. Hisp. Dudosamente, con delequamiento. Pol. Sliko, ześlizko. Vng. Sikon, illatatlanul. Ang. Slipperly, maueringlie.] Cic. 2. Philip. Et lubricè versatus in bello est.

Lubrĭcum, ci, n. s. penult. corr. substantivum. [חלקה chalekah חלקלקה chalekkalkkah. γλοιώδες. Gall. Glissement, grillement. Ital. Sdrucciolare, sbrissare sdrucciolità per strada. Ger. Schipferung, glette. Hisp. Delequamiento. Pol. Sliskość, ześlizg. Vng. Sik, sikamlo. Ang. Slipperness, sudarness.] Tacitus lib. 18: Et lubrico itinerum adempta equorum perniciitate. Idem lib. 1: Illi sanguine suo & lubrico paludum lapsantes, &c. Idem lib. 19: Per angusta, & lubrica viarum flexerunt. ¶ Lubricum ætatis, pro levitate, mobilitate & temeritate posuit Vlpianus l. 11. §. 4. D. minor. Neq; enim ætatis lubrico captus est adeundo locupletem hæreditatem.

Lubrĭco, cas. Lubricum facio. [חחליק hechelik. γλοιώσω, ὀλισθηρὸν ποιῶ. Gall. Faire glissent ou grillant, faire glisser. Ital. Far sdrucciolare. Ger. Schipferig oder glatt machen. Hisp. Hazer deslizar ò resbalar ò otro. Pol. Ześlizko czynić, ześlizgać. Vng. Meg sikotom. Ang. To make slipper.] Iuvenalis: Qui Lacedæmonium pytismate lubricat orbem.

Lucæ boves, sive Lucanæ, Dicti sunt elephantes, eò quòd in Lucania primùm visi sint, eo tempore quo Pyrrhus Romanis bellum intulit. [Vng. Elefántok.] Plin. lib. 8. cap. 6: Elephantes Italia primùm vidit Pyrrhi regis bello, & boves lucas appellavit in Lucanis visos. Dicti autem sunt boves, eò quòd Itali ad ea usq; tempora majus animal nõ nossent, quàm bovem. Nævius: Atque priùs pariet locusta bovem lucam. Varro tamen hanc notationem & etymologiam rejicit lib. 6. de Ling. Lat. multis de causis, & Lucas esse dictas ait, à luce, quòd longè relucebant propter inauratos regios clypeos, quibus eorum tum ornatæ erant turres.

Lucānĭcā, f. p. Genus farciminis ex porcinis carnibus, à Lucanis populis primùm inventum. [ἀλλᾶντες. Gall. Saucisse. Ital. Salciccia. Ger. Ein wurst mit schweines fleisch aufgefüllet. Hisp. Longaniza. Pol. Kiełbasa wieprzowa. Vng. Kolbasz, mázas. Ang. A pudding called a sausage.] Cic. Pat. Solebam antea delectari oleis & lucanicis tuis. Mart. lib. 13.

Filia Picenæ venio lucanica porcæ,
Pultibus hinc niveis grata corona datur.

Lucanus, a, um, Φωνεῖς. Quod ad lucem pertinet, à qua Antelucanus, a, um, & Antelucano, & Antelucor, de quibus suis locis.

Lucar. Pretium (inquit Festus) quod ex lucis captatur: vel erogatio quæ in lucis fiebat. Et Lucaris pecunia, quæ in luco erat data.

Lūcārĭā, orum: Festa quæ in luco Romani faciebant, qui permagnus erat inter viam Salariam & Tyberim: eò quòd victi à Gallis, fugientes à prælio ibi sese occultaverant, Festus.

Lucellum. Vide LVCRVM.

Luceo. Vide LVX.

Lucerna. Lucesco. Vide LVX.

Luci, adverbium, Lucidus, Lucifer, Lucifuga. Vide LVX.

Lucinos. Dicimus quibus sunt parvi utriuq; oculi, & hebes visus. [Pol. Małooczka. Vng. Kisfia, (avagy) sikfiabum.] Illud enim videtur innuere Plin. lib. 11. cap. 37. si vulgatis editionibus adhibeamus fidem. Ab isdem (inquit) qui altero lumine orbi nascerentur, coelites vocantur: queis parvi utriuq; oculi, Lucini, injuriæ cognomen habuere. In quibusdam tamen venerandæ vetustatis exemplaribus legitur: Ab isdem qui altero lumine orbi nascerentur, coelites vocabantur: queis parvi utriuq; oculi, Luscini, &c.

Lucrificabilis, Lucrifuga. Vide LVCRVM.

Lucrum, cri. n. s. Quæstus, cõmodum, compendium, utilitas. [בצע bitsah, רווח, רווחים. Gal. Gain, profit. Ital. Guadagno, acquisto, profitto. Ger. Ein gewin. Hisp. Ganancia, ò el logro. Pol. Zysk. Vng. Nyereség, haszon. Ang. Gaine, profit, winning.] Terent. in Heavt. Nam ille haud scit, hoc paulũ lucri quantũ ei damni apportet. Cic. 5. Tusculan. Nam ut illi alii emendi, aut vendendi quæstu & lucro ducerentur. Ovid. 3. de Arte: Ita subit deforme malum, luciq; cupido: luxuriæq; & noxæ, solicitusq; dolor. ¶ Lucri est, veteres usi sunt pro condoni, vel utile est. Plautus in Amphitr. Lucri est, quod miseriam deputat. ¶ Frequentiùs pro eodem dicimus, Lucro est. Cicero: Quibus ucer vestrũm ceciderit, lucro futurũ est. Deputare in lucro, est tanquam lucrum æstimare. Terent. Phormion. Quicquid præter spem evenit, omne id deputabo in lucro. Pro eodem etiã dicimus Ponere in lucro. Cicer. pro Flacco: Quiescant igitur, & me hoc in lucro ponere, atq; illud agere patiantur.

Lucrātīvus, [Vng. Nyereségi, nyerő.] D. lib. 6. Tit. 2. l. 7. Sed & si quis ex lucrativis cautis rem accepit, habet Publicianam.

Lucrōsus, a, um, Plenum lucro, utilis, fructifer. [בצע bootsah, מרוויח mrvih, רווחני. Gall. Plein de gain, qui apporte gain & profit. Ital. Pien de guadagno. Ger. Gewinsam, gewinnich. Hisp. Ganancioso. Pol. Dochodowy. Vng. Nyereséges, haszos. Ang. Full of gaine, where one gaineth much.] Plinius libro 18. capite 12. ita auctoribus eam adhiberi lucrosum putant. Ovidius 2. Amor. Eleg. 10: Cur mihi sit damno, tibi sit lucrosa voluptas. Plinius lib. 8. cap. 31: Id peræquè lucrosissimum. Idem lib. 37. cap. 12: Neq; est ulla fraus vitæ lucrosior.

Lucellum, li, diminutivum, n. s. Parvum lucrum. [רווחון. Gall. Petit gain, petit profit. Ital. Picciol guadagno. Ger. Ein gewinlein. Hisp. Pequeña ganancia. Pol. Małe zysk. Vng. Nyereségecske. Ang. Small gaine.] Horat. 2. Serm. Sat. 5: De sene gustare recum parvula lucellum. Cic. 5. Verr. Age, quid tum si Apronio delicias Prætoris lucelli aliquid jussi sunt dare? putate Apronio datum: si Apronianum lucellum, ac non Prætoria prædavibus videbitur.

Lucrĭfĭcābĭlis, le, om. t. Lucrum afferens. [רווחני. Gal. Gainguable, qui apporte gain. Ital. Che aporta guadagno. Germ. Gewinbringend. Hisp. Cosa de mucha ganancia. Pol. Zysk przynoszący. Vng. Nyereséget hozó. Ang. That bringeth gaine.] Plaut. Persa: Nat hic tibi dies illuxit lucrificabilis.

Lūcrĭfŭgā, m. p. Qui lucrum fugit. [מרוויח. Gall. Qui fuit le gain. Ital. Che fuge il guadagno. Ger. Der ein gewin hasset und flieht. Hisp. El que huye el logro y ganancia. Pol. Zysku wzbraniający. Vng. Nyereséget gyűlölő. Ang. That fleeth from gaine.] Plautus Mead. Venus hæc mihi Bona dat, quum hos huc adigit lucrifugas, damni fui cupidos.

Lūcrĭōnes, Dicti sunt qui undiq; lucrum aucupantur. [φιλοκερδεῖς. Gall. Qui gaignent de tous costez. Ital. Ingordi al guadagno. Ger. Gewinsüchtig, gewinsbegierig. Hisp. Los que ganan de todas partes. Vng. Nyereségre vágyók. Ang. They which gaynetb much or by all meanes.]

Lūcrōr, aris, d. p. Lucrifacio. [בצע batsah, הרוויח hirvih, רווח. Gall. Gaigner. Ital. Guadagnare. Ger. Gewinnen. Hisp. Ganar. Pol. Zakonić, wygrywać. Vng. Nyerek. Ang. To winne, to gaine.] Cicer. in Parad. An virum bonum dices, qui depositum nullo teste, quum lucrari impunè posset, auri pondo, &c. Idem 7. Verr. Pretio certo missos facere nautas, missorum omne stipendium lucrari. Moram fati lucrari, Stat. 9. Thebaid.

Lūcrĭfĭcĭ'o, cis, act. p. Lucrari. [בצע batsah, הרוויח hirvih, רווח. Pol. Wygrywać. Vng. Nyerek, meg nyerhem. Ang. To get profit, to gaine.] Cic. 5. Verr. Iam verò omnem ex ærario pecuniam lucrifactam videtis. Lucrifacere injuriam, est impunè alicui injuriam inferre, nullasq; ob eam pœnas luere. Plin. lib. 7. cap. 39: Quam quidem injuriã lucrifecit ille mercatus in luctu civitatis, quoniam arguere nulli vacabat. Martial. lib. 8. Emit lacernas millibus decem Baflus: Tyrias colorir optimi lucrifecit. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 4: Atq; adeò non dissimulabo, quod volo de ornithone primùm, quòd lucrifecerũt hoc nomen turdi.

Lūcrĭfĭcō

Lucrifio. [κερδαίνομαι. Gall. Estre gaigné. Ital. Essere guadagnato. Ger. Gewunnen werden. Hisp. Ser ganado. Pol. Zyskuie. Vng. Meg nyeretni. Ang. To be wonne or gotten in aduantage.] Cicer. 5. Verr. Quid si ostendo in hac una emptione lucrifieri tritici modios centum?

Luctiferus, Luctificus, Luctisonus, Vide LVGEO.

Luctor, aris, d.p. Lucta contendo: quod fit quum duo se invicem complectentes, alter alterum in terram dejicere conatur. [נאבק neebak נפתל niphthal. παλαίω. Gall. Luicter. Ital. Lottare giocare alla lotta. Ger. Ringen. Bel. Vechten. Hisp. Luchar. Pol. Biedzę sie. Vng. Tusakodom, kw'zkbdom. Ang. To wrastle, to struggle.] Virg. 6. Aen. Cōtendunt ludo, & fulva luctantur arena. ¶ Per translationem accipitur pro quovis modo contendere & pugnare. Cic. 1. de Orat. Tum ridens Scævola: Non luctabor, inquit, tecum Crasse amplius. ¶ Composita sunt Colluctor, Illuctor, Obluctor, Reluctor, de quibus suis locis.

Luctatio, f.t. Ludus quo alius alium nititur in terram prosternere & deturbare. [נפתול naphthul. πάλαισμα. Gall. Luicte, luictement, effort. Ital. Lotta. Ger. Die ringung. Hisp. Lucha. Pol. Biedzenie sie. Vng. Tusakodas, kw'zkbdes. Ang. A wrastling, a struggling.] Liv. lib. 1. bell. Pun. Terra ibi luctatio erat, ut à lubrica glacie non recipiente vestigium, &c. ¶ Per translationem pro pugna sive contentione, seu concertatione usurpavit Cic. 2. de Fin. Nā cū Academicis incerta luctatio est, qui nihil affirmāt.

Luctator, m.t. Qui lucta cum altero contendit. [נאבק neebak נפתול niphthal. παλαιστής. Gal. Luicteur. Ital. Lottatore. Ger. Ein Ringer. Hisp. Luchador. Pol. Passownik. Vng. Tusakodo, kw'zkedo. Ang. A wrastler.] Ovid. in Ibin: Vt jacet Aonio luctator ab hospite fusus. Plaut. Pseud. -magnum hoc vitium vino est: pedes captat primum: Luctator dolosus est.

Luctatus, tus, tui, m.q. Luctatio. [נפתול naphthul. πάλαισμα. Gall. Luicte, luictement, effort. Ital. Lotta. Ger. Das ringen. Hisp. Lucha. Pol. Biedzenie sie. Vng. Kw'zkbdes. Ang. A wrastling.] Plin. lib. 8. cap. 12: Scit ille imparem sibi luctatum cōtra nexus.

Luctamen, inis, n.t. idem. [Vng. Kw'zkbdes, tusakodas.] Virg. 8. Aeneid. -Remo ut luctamē abesset. Miserum luctamen, Valer. Flac. 2. Argonaut.

Lucto. as, Veteres dicebant pro luctor, quod recentiores maluerunt. [נאבק neebak נפתל niphthal. παλαίω. Pol. Biedzę sie. Vng. Kw'zkbdom, tusakodom.] Terent. in Hecyra: Dicitq; se illi annulum, dum luctat, detraxisse. ¶ Inde etiam legitur compositum Delucto. Plaut. in Trinum. Quibus ærumnis deluctavi, filio dum divitias quæro?

Lucta, luctæ, f.p. Certaminis genus, unum ex Græcorum pentathlo, quo alius alium prosternere in terram nititur. [נפתול naphthul. πάλη. Gall. Luicte. Ital. Lotta. Ger. Ein spyl in dem man mit einanderen ringet. Hisp. Lucha. Pol. Gra wktorei sie passuia. Vng. Kw'zkbdes, tusakodas. Ang. A struggling or striving.]

Luctus, Luctuosus, Vide LVGEO.

Lucubro, Lucubratio, Luculentus, Vide LVX.

Lucumo apud Ausonium pro amēti & furioso: Anticyramq; bibes Samii Lucumonis acumen. Insani autem se purgabant helleboro, cujus magna vis in Anticyra nascitur. Festus quidem ait: Lucumones quosdam ob insaniam dictos, quòd loca ad quæ venissent, infesta facerent. Hæc Turnebus.

Lucunculi, Vide Lucuus.

Lucus, luci, m.s. Locus arboribus consitus, Deo alicui consecratus: à luceo per antiphrasim dictum, teste Servio, eò quòd non luceat, quum enim nullæ illic arbores propter religionē cæderentur, opacus & sine luce erat. [אשרה ascherah. ἄλσος. Gall. Petit bois espais consacré à quelque religion. Ital. Bosco, selua. Ger. Ein dicker und finsterer Wald einem Gott zu ehren eyngewerbet. Hisp. El bosque consagrado à alguin dios. Pol. [illegible] Vng. Szentelt berek. Ang. A grove de dicat to some god.] Vallo lib. 4: Lucus nequaquam cæduus est, quin potiùs manu consitus, religiosusq;, atq; vel alicui Deo, vel alicujus hominis cineribus consecratus. Ideoq; aut circa delubra numinum, aut circa sepulcra positus est. Sunt & alii qui non per contrarium dictum putent, sed propter lumina crebra sacrificiorum, quæ ibi nocturno tempore fiebant. Virgil. 1. Aeneid. Lucus in urbe fuit media lætissimus umbra. Vbi Servius: Vbicunq; Virgilius lucum ponit, sequitur etiam consecratio: ut, -luco tum fortè parentis Pilumni Turnus sacrata valle sedebat. Idem 6. Aeneid. Nulli certa domus: lucis habitamus opacis. Cic. pro Milone: Vos enim Albani tumuli atq; luci, vos inquam imploro, atq; obtestor. ¶ Lucus Martis, dictus est in quo Mars Iliam Vestalem Virginem compressit. Autor Plutarchus. ¶ Fuit & Martis lucus apud Colchos: in quo poëtæ finxerunt aureum Phryxei arietis vellus à pervigili dracone asservari. Meminit hujus luci aliquoties Valerius Flaccus in Argonauticis. Itē Iuvenalis Satyr. 1: Nulli nota magis domus est sua, quàm mihi lucus Martis, &c. Cornel. Frōto de differ. vocabulorū. Lucū dicit esse locū fulmine ictum & arboribus tectum. Quomodo item differant Lucus, templū, sacellum, delubrum, vide suprà in dictione FANVM.

Lucuus, Cibi genus apud Varronem, vel certè pistorii. Varro lib. 2. περὶ φιλοσοφίας. Ac nulla Ambrosia ac nectare, non allia, sarde panis penia, lucuus cibus qui purissimus multò. Ex Nonio. Apud Festum lucunter legitur, pro opere pistorio. Itaque inducor in suspicionem hanc apud Nonium fortassis lucuns legendum mutatione facta u in n, de qua re docti judicabunt. ¶ Inde Lucunculi, orum, sunt genus quoddā edulii, vel panificii potiùs seiti, ita à diminutionis formā vocati. Afranius per diminutionem: Pistori cur non, cur non scriblitario, ut mittat fratris filio lucunculos?

Ludia, Ludibrium, Ludicre, Ludifico, Ludimagister, Ludius, Ludo, Vide LVDVS.

Ludus, di, m.s. Dicitur in factis, inquit Valla, jocus in verbis. [שחוק schechok צחק tsechok משחק mischak שעשועים schaha schuim. παιδιά. Gal. Ieu, esbat. Ital. Giuoco. Ger. Ein spyl. Bel. Een Spel. Hisp. Iuego. Pol. Gra. Vn. Iatek. An. A playe or game.] Est enim propriè ludus, quodvis ludicrum ad animi recreationē, vel corporis exercitationē fieri solitū, proposita tamen quadā lucri spe, & damni periculo. Nā quæ ad solā voluptatē fiunt, ut Valla censet, Lusus propriè dicuntur, vel Lusiones. Itaq; Ludum aleæ, melius dicimus, quàm lusum: & contrà, Lusum trochi, melius quàm ludū. ¶ Accipitur tamen aliquando ludus pro joco, & jocus pro ludo. Horat. lib. 1. Serm. Satyr. 1: Sed tamen amoto quæramus seria ludo. Ovid. lib. 3. de Arte amandi: Mille fac esse jocos, turpe est nescire puellā Ludere: ludendo sæpè paratur amor. In priore exemplo ludus ponitur pro joco, opponiturq; serio. In posteriori jocus est pro ludo, sed hoc rarius. Nā ferè ludus ita accipitur, ut de iis quæ re fiunt, & præcipuè de privatis quibusvis ludicris dicatur. ¶ Nā spectacula publica ludi dicūtur in numero plurali: ut, Ludi Megarēses, Ludi Circēses, Ludi Apollinares, Ludi gladiatorii. Sed de his postea. ¶ Accipitur etiam Ludus frequentissimè pro ipso loco, in quo aliquid exercitii fit, in quo scilicet aut vires corporis aut ingenii acumen exercemus, aut etiā in quo pueri instituuntur à suis præceptoribus: quod etiā Græci ἀπὸ τοῦ γυμνάζειν: hoc est, ab exercendo, vocant Gymnasium. Sic dicimus Ludū palęstræ, ludū pilæ, ludū gladiatoriū, ludū literariū pro eo loco in quo hujusmodi rebus exercemur, atq; instituimur. Asconius: Omnē scholā Ludum dixēre Romani. Cic. lib. 2. de Orat. Tum hoc in ludo non præcipitur: faciles enim causæ ad pueros deferuntur. Sic ludus literarius dicitur schola, in quā pueri literis dant operā. Plautus in Mercat. Hodie ire in ludū occœpi literariū. ¶ Ludimagister, qui præest ludo literario, de quo paulò pòst suo loco. ¶ Ludū aperire, est ludimagistrū agere. Cic. ad Pætū lib. 9. Epist. Dionysius tyrannus quū Syracusis expulsus esset, Corinthi dicitur ludum aperuisse. ¶ Per translationē etiā ludus dicitur pro re jucūda, & minimè factu difficili. Cic. de Orat. Omniū cęterarū rerū oratio, mihi crede, ludus est homini non hebeti. ¶ Ludos reddere. Terentius in Andria: Hiccine me si imparatū in veris nuptiis Adortus esset, quos mihi ludos redderet? id est, ut me luderet, sive irrideret. ¶ Ludos facere eodem sensu. ἐν παιδιᾷ ἄγειν, χλευάζειν. Plautus in Capt. Nūc is te ludos facit. Et absolutè, ludos facere, est quod Gallicum vulgus ait, se gaudir, se moquer. Terent. in Phormione: Vt ludos facit? ¶ Ludū novi, dixit Plautus in Amph. pro dolum fallaciamq; tuā intelligo, haud me fugit quæ tui consilii ratio sit: tua consilia habeo perspecta omnia. ¶ Ludos operam facere, est operam perdere. Plautus in Rud. Iam nunc & operā ludos facit, & retia. ¶ Aliquando ludus pro cantilena ponitur. Virg. 7. Aeglog. Posthabui tamē illorū mea seria ludo. Ita enim hoc in loco ludū interpretatur Servius. ¶ Ludo ablativus ponitur pro per ludum. Virg. lib. 5. Aeneidos: Qua ludo indutus belli simulacra ciebat. ¶ Lusus verò, & lusio (ut jam diximus) ad voluptatem magis pertinent, sine ulla spe lucri aut periculo damni: & puerorum propriè dicuntur. Quintilianus libro 1: Nihil me lusus offenderit. Et paulò pòst: Sunt etiam nonnulli acuendis ingeniis non inutiles lusus. Cicero de Finib. libro 5: Infantes lusionibus vel laboriosis delectantur. Idem libro de Senectute: Sibi igitur alii habent arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clavam, sibi pilam, sibi natationes & cursus: nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquant & tesseras. ¶ Vsurpatur tamen quandoque lusus pro ludo, & ludus pro lusu: similiter lusus pro joco: opponiturq; serio quemadmodum & jocus. Plinius Iun. Aristoni: Quos quantosque autores sequar, facilè impetrari posse confido, ut errare me, sed cum illis sinant, quorum non seria modò, verùm lusus etiam exprimere laudabile est. ¶ Ludi verò tantùm plurali numero, spectacula publica significant. ἀγῶνες, πανηγύρεις. Cicero in Verrem: Inter binos ludos. Idem Philip. 10. de Bruto loquens: Qui ne Apollinares quidem ludos, pro sua, populique Romani dignitate apparatos, præsens fecit. Sic ludos gladiatorios potiùs dicimus, quàm ludum gladiatorium, quoties unum, pluráve paria gladiatorū depugnatura in arenam

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

in arenam producuntur. Contrà, locum ubi gladiatores instituuntur, ludum gladiatorium dicimus in numero singulari. Legitur tamen aliquando ludus gladiatorius pro publico spectaculo. Quintilianus in Declamat. pro gladiatore: Quòd me diu piratæ in carcere retentum: quia redemptorem illis divitem promiseram patrem, in ludum vendiderunt: hoc est, ut me exhiberent in ludis gladiatoriis. Frequentiùs tamẽ in hac significatione numero plurali utimur. Sic legimus Apparare ludos, facere ludos, pro edere. Facere ludos alicui numini: hoc est, in honorẽ alicujus numinis spectacula exhibere. ¶ Itẽ cõmittere ludos: id est, edere & celebrare. Cicero ad Quintũ Fratrẽ lib. 3: Hæc scripsi ad octavũ Kalendas Novembris, quo die ludi committebantur. Fuerunt apud Græcos quatuor ludorum genera præcipua, scilicet Olympici, Pythii, Isthmici, & Nemæi, de quibus dictum est in dictione CERTAMEN. Ludi apud Romanos etiam plures erant, Megalenses, Funebres, Plebeii & Apollinares, Circenses alii. Nam & Piscatorii erant, & Palatini, de quibus in voce PALATINVS, & PISCATORIVS agemus.

Lūdĭŭs, dii, m. f. & Ludo, onis, Ioculator, histrio. [ὀρχηστὴς, χειρονόμος. Gall. Ioueur, basteleur, ioueur de souppleſſes, dançeur. Ital. Giocolari, atteggiatore. Ger. Einer der sich in schauwspylen oder gauckleri übt/ein Gauckler/Spylman. Hisp. Truhan, albardã. Pol. Gracʒ, l'askarʒ, kuglarʒ. Vng. Iátékos. Ang. A dancer or player with puppetes.] Liv. Acciti ex Hetruria ludiones qui ad tibicinis modum saltabant. Cic. pro Publio Sextio: Ipse ille maximè ludius, non solùm spectator, sed actor, & ἀκροάματα. Ovid. 1. de Arte: Ludius æquatam ter pede pulsat humum. Livius 9. bell. Macedon. Et convivalia ludionum oblectamenta addita epulis. Ludii adolescentes erant tuniculas induti insignes, galeati, ensiferi, & peltati: qui Circensibus & theatralibus pompis in versum incedebant, veluti pompæ duces, saliis similes: Ludii ex eo vocati, quòd à Lydis hoc genus ludicri inventum videretur. At si qui erant grandiusculi vellebantur, ut glabri fierẽt. Hæc Turnebus ex Dionysio Halicarnass.

Lūdĭă, diæ, f. p. Dicitur mulier gesticulatrix, quæ saltu & gesticulatione spectatores oblectat: [ὀρχηστρία. Gall. Basteleuse, ou iouevſe de farces. Ital. Donna che giuoca & atteggia. Ger. Ein Gaucklerin. Hisp. La muger del esgremidor, ò truhan o albardan. Pol. L'askarka. Vng. Iátékos aʒʒony. Ang. She that playeth with poppetes.] quemadmodum viri, qui artem eam exercent, ludiones dicuntur, ut jam dictum est. Martial. lib. 5: Hermes cura laborq; ludiarum. Martianus de nuptiis Philologiæ: Ludiam quandã Gaditanam saltantem vidimus semicinctam.

Lūdĭmăgĭstĕr, m. f. Qui ludo literario præest. [γραμματοδιδάσκαλος. Gall. Maiſtre d'eſchole. Ital. Maeſtro di ſchuola. Ger. Ein Schulmeister/Lehrmeister. Hisp. Maeſtro de eſcuela. Pol. Szkolny miſtrʒ. Vng. Eskola meſter. Ang. A ſchole maiſter.] Cicero 1. de Nat. deor. Sed quum agellus eum non aleret, ut opinor, ludimagister fuit. Ludimagistri (inquit Asconius) dicuntur, qui primas literas docent.

Lūdĭbŭndŭs, Ludens, & nullo negotio. [משעשע mesehabaſcheah. παίζων. Gall. Qui ſe ioue & s'esbat. Ital. Che ſi da al giuoco. Ger. Schimpflich/schertzend. Hisp. El que mucho juega à burla. Pol. Pograwaiac. Vng. Iátékoſ deʒo. Ang. That playeth and ſporteth.] Cic. 4. Verrina: Si Vulteium habebis, omnia ludibundus perficies. Idem ad Tironem: Postero die in Italiam ad Hydrũtem ludibundi pervenimus.

Lūdŏ, is, si, sum, act. t. Notæ est significationis, & construitur ferè cum ablativo ejus rei qua luditur. [שעשע ſchihaſchehah שחק ſachak צחק tſichek. παίζω. Gall. Iouer. Ital. Giuocare, burlare, ſcherʒare, beffeggiare. Ger. Spylen. Bel. Spelen. Hisp. Iugar à burlar. Pol. Gram. Vng. Iátéʒom. Ang. To play or ſport.] Terent. in Adelphis: Ita vita est hominum, quasi quum ludas tesseris. Cicero in Antonio: O' hominem nequam, qui non dubitavit vel in foro alea ludere! Idem de Oratore: Vt qui pila ludunt non utuntur in ipsa lusione artificio proprio palæstræ: sed indicat ipse motus didicerintne palæstram, an nesciant. ¶ Nonnunquam etiam accusativo. Suetonius in Augusto: Aliquando ut vincat, lusit assiduè aleam. ¶ Sic ludere ludum dicitur, & ludere ludo. Terentius in Evnucho: Cõsimilem luserat jam olim ille ludum. Plautus in Mostellaria: Scis solere illam ætatem tali ludo ludere. ¶ Ludere alieno corio proverbii vim habet, in re aliena munificum se præbere & liberalem: ut contrà, Ludere suo corio, est de suo largiri, aut suo sumptu periculoq; quippiam aggredi. Martialis lib. 3: Das gladiatores sutorum Regule cerdo: Quodq; tibi tribuit fibula, sica rapit. Ebrius es; neq; enim faceres hoc sobrius unquam, Vt velles corio ludere cerdo tuo. ¶ Interdum est deridere, jocari, leviter, sive scurriliter loqui, vel alterum deludere, sive eludere. ἐμπαίζειν, χλευάζειν. Plautus in Asinaria: Nec me cui ludatis scire possum. Terent. in Adelphis: Cur non ludo hunc aliquantisper? melius est, Quandoquidem hoc nunquam mihi voluit credere. ¶ Interdum moveri. Terentius in Adelphis: Congrũ istum maximum in aqua sinito ludere paulisper. Virgil. lib. 1. Aeneid. -geminos huic ubera circum Ludere pendentes pueros. ¶ Interdum canere, pulsare. Gellius: Is optimè ludere à magistro ejus didicerat. ¶ Interdũ versibus scribere, sed non nisi in opusculis ferè, qualia sunt epigrammata, & hujusmodi opuscula, lusus dicuntur. Virgil. 1. Aeglog: Ludere quæ vellẽ calamo permisit agresti. ¶ Interdum amittere, perdere. Terẽtius in Phormione: In illis fructus est, in his opera luditur. Nã ludere operam, est ipsam perdere, & frustra laborare. Plautus in Casina: Si nunc me suspendam, meam operam lusero. Vbi notandum, ludo modò activum, modò neutrum esse, ut ex iis, quæ scripta sunt, intelligi licet. ¶ Interdum decipere. ἀπατᾶν. Virgil. lib. 1. Aeneid. -vana spe lusit amantem. ¶ Ludere aliquem dolis, est dolo circumvenire. Terentius in Evnucho: An potiùs hęc pati æquum est fieri, ut à me ludatur dolis? Ludere in numerũ, est saltare ad rhythmi modum, & sonum cantilenæ. Virgil. in Sileno: Tum verò in numerum Faunosq; ferasq; videres Ludere. ¶ Ludunt mea verba, venustè dicitur, pro inaniter jactantur, incassum volant, & tanquam ludibria sunt. Propertius lib. 2: Non audis, & verba sinis mea ludere. Fortasse legendum est, Verba sinis me ludere: ut dicamus ludere verba, quemadmodum dicimus ludere operam: hoc est, perdere. Lusum ire. Horat. 1. Serm. Satyr. 5: Lusum it Mecœnas, dormitum ego, Virgiliusq;.

Lūsŭs, lusa, lusum, particip. Deceptus, falsus. [התל hathal. ἐξαπατηθείς. Gall. Moqué, deceu. Ital. Schernito, burlato, beffato. Ger. Betrogen/verspottet/gemärdet. Hisp. Eſcarnecido, burlado. Pol. Oßukany. Vng. Meg iáczattatás. Ang. Mocked, deceived.] Cic. lib. 2. de Fin. Sed & illum, quem nominavi, & cæteros sophistas, ut è Platone intelligi potest, lusos videmus à Socrate.

Lūsĭto, tas, frequentativum, n. p. [πολλάκις παίζειν, συνεχῶς παίζειν. Gall. Iouer ſouvent. Ital. Giuocar ſpeſſo. Ger. Oft spylen oder verwetten. Hisp. Iugar, burlar muchas veʒes. Pol. Pograwam. Vng. Iáteʒodozom. Ang. To play often or all about.] Plaut. Capt. Nam ubi illò adveni, quasi patriciis pueris, aut monedulæ, aut anates, aut coturnices dantur, quibuscum lusitent.

Lūsŏr, lusoris, m. t. Qui ludit, aut decipit. [מהתל mehathel משעשע meſchahaſchehah מצחק metſachek משחק meſachek. παίκτης. Gal. Ioueur. Ital. Giuocatore. Ger. Ein spyler oder verbringer. Hisp. Iugador. Pol. Gracʒ. Vng. Iátéko, iáteʒodozás. Ang. A player or ſporter.] Plaut. in Amphitr. Quid enim censes, te ut deludam contra lusorem meum, Qui nunc primum te advenisse dicas, modò qui hinc abieris? Ovid. lib. 4. Trist. Eleg. 9: Ille ego qui fueram tenerorum lusor amorum id est, scriptor.

Lūsōrĭŭs, a, um, Quod ad ludum spectat. [ὁ τῆς παιδιᾶς, παικτικός. Gal. Appartenant à ieu. Ital. Pertinente à giuoco. Ger. Das zum spyl gehört. Hisp. Perteneſciente à juego. Pol. Kṫory do grania pryſtoiaca. Vng. Iátékra való. Ang. Belonging to playe.] ut Tabula lusoria, in qua tesseris luditur. Plin. lib. 37. cap. 2: Transtulit alveum cum tesseris lusorium gemmis duabus. Lusoria quæstio: id est, ridicula & nullius momenti. Plin. lib. 7. cap. 53: Eadore Diodorus sapientiæ Dialecticæ professor, lusoria quæstione non protinùs ad interrogationes Stilbonis dissoluta, obiit. ¶ Sic lusorium edictum apud Iurisconsultos dictum, quod est inane, ludibrio habitũ, omnium irrisione delusum. L. 75. D. de judiciis, & aliis in locis.

Lūdĭfĭco, as, act. p. & Ludificor, aris, d. p. seu per jocum & ludũ fallo. [התל hethel צחק tſichek. ἐμπαίζω, χλευάζω, ἐκτραγῳδῶ. Gall. Se mocquer, abuſer, tromper & decevoir. Ital. Beffare, burlare, dileggiare. Ger. Verspotten/äffen/betriegen/fatzen. Bel. Bespotten/bedrieghen. Hisp. Eſcarnecer y burlar. Pol. Zartowac, oſzukiwam, poſmiewam ſie. Vng. Meg iáczottatom, meg tſalom, meg gunyolom. Ang. To mocke, to deceive.] Plautus in Casina: Iam hic est lepidè ludificatus. Terentius in Phormio. Ergo sic me ludificamini? Plaut. in Cistel. Meamq; rem perire, & ludificare filiam. Idem in Amphit. Rogásne improbe etiam, qui ludificas me? Cicero pro Rosc. Amer. Quum enim aliquid habeat, quod possit criminosè ac suspiciosè dicere, apertè ludificari & calumniari sciens non videatur. Liv. 1. ab Vrbe: An quicquam superbiùs esse, quam ludificari sic omne nomen Latinum?

Lūdĭfĭcāns, tis, participium, Ludens, deridens. [מצחק metſachek מהתל mehathel. ἐμπαίζων, χλευάζων. Gall. Qui ſe mocque. Ital. Chi beffa altrui, chi ſi burla. Ger. Verspottend/äffend. Hisp. El que ſe burla. Pol. Poſmiewaiac. Vng. Meg iáczottató, gunyoló. Ang. Mocking, deceiving.] Silius lib. 7: -ficci stimulabant sanguinis enses Ludificante ducem Fabio.

Lūdĭfĭcātŭs, aliud participium. [מצחק metſachek מהתל mehathel. ἐμπαιχθείς.] Silius lib. 7: -varie nunc lęvus in orbem, Nunc dexter, levibus flexo per devia gyris Ludificatus equo. Plautus Bachid. -neu quid ei succenseat Mea causa, de auro quod eum ludificatus est. Ludificatus passivè [מהתל mehathal. ἐμπαιχθείς, ἐκτραγῳδηθείς. Gal. Trompé, moqué, abusé. Ital. Ingannato, beffato. Ger. Betrogen/geäffet. Hisp. Eſcarnecido, burlado, engañado. Pol. Poſmiechem oſzukany. Vng. Meg iáczottatott, tſorolhatott, gunyoltatott.

γελαστὸς. Ang. Mocked, derided.] Saluft. in Iugurth. Ludificati incerto prælio.

Ludificatio, onis, f.t. Derisio, deceptio. [הַתּוּל hathul הִתּוּל mahathul שְׂחוֹק sechok. ἐμπαιγμὸς, χλευασμὸς. Gall. Tromperie, mocquerie, abusement. Ital. Inganno, scherno. Ger. Verspottung/ affung/ betriegung. Hisp. Escarnescimiento, engaño. Pol. Posmiech, sfyferstwo. Vng. Meg csalatás, csúfolás, gunyolás. Ang. A deceiving or mocking.] Liv. lib. 8. Dec. 4. Ferri jam ludificatio ista nō potest.

Ludificabilis, le, om. t. [ἐμπαικτὸς, ἐμπαιζόμενος. Gall. Qui on peut tromper, on qu'on doit mocquer. Ital. Che si può burlare. Ger. Betriegisch/ spöttig/ spottig. Hisp. Cosa que se puede jugar. Pol. Ten ktorego sie smieniemi. Vng. Csúfolo, gunyolo. Ang. That may be mocked.] Plaut. Cas. Neq; unquā ludos tām festivos fieri, quām Hic intus fiunt ludi ludificabiles Seni nostro.

Ludibrium, brii, n. f. Res vana & deridēda. [הַתּוּל hathul הִתּוּל mahathul שְׂחוֹק sechok. τὸ ἐμπαιζόμενον. Gall. Mocquerie, risee. Ital. Scherno. Ger. Ein gespött. Bel. Een ghespot. Hisp. Burla ò escarnio. Pol. Posmiewisko. Vng. Iáték, csúfság. Ang. A mockery or a trifling thing to be laughed at.] Virgil. 6. Aeneid. -foliis tantùm ne nomina manda: Ne turbata volent rapidis ludibria ventis. Hinc haberi aliquid ludibrio dicimus. ἐν γέλωτι: id est, derisui, & cōtemptui. Ter. in Hecyr. Non sic ludibrio tuis factis habitus essem. Esse alicui ludibrio: est derideri, vel illudi ab aliquo. Cic. ad Brutū: Nec pati sceleratissimo hosti ludibrio esse imperium populi Romani.

Ludicrum, cri, penult. corr. n. f. Ludus, & quæcunq; res, quæ joco, & nō seriò fiat. [שְׂחוֹק sechok מִשְׂחָק mischak צְחוֹק tsechok שַׁעֲשׁוּעִים schaasuim. ἄθυρμα, παίγνιον. Gal. Ieu de basteleur, farserie, ieu de plaisance. Ital. Cosa da scherzo. Ger. Ein schertz/ schimpff spiel/ turnier. Bel. Een Spel/ tijt verdrijvinge. Hisp. Cosa de burla, juego. Pol. Zart, pograwanie. Vng. Tréfa, csúfság. Ang. Playe, or what so ever is not done in earnest.] Liv. lib. 1. ab Vrbe: Iam tum in Palatino monte Lupercal hoc fuisse ludicrum ferunt, & à Palanteo urbe Arcadica Palanteū: deinde Palatinū montem appellatum. Ibidem: Turbato per metum ludicro mœstæ parentes virginum profugiunt. Idem libro 7. bel. Pun. Simul quòd Olympię ludicrū ea æstate futurum erat, quod maximo cœtu Gręciæ celebraretur. Vertere in ludicrū proverbium id est, jocoso proverbio celebrari. Plin. li. 3. cap. 11: Diomedes ibi delevit gentes Monadorum, Dardorumq; & urbes duas quæ in proverbii ludicrum vertere, Apinam, & Tricam.

Ludicer, a, um, Iocularis, levis. [παιγνιώδης. Gall. Appartenant à ieu. Ital. Pertinente à giuoco, ò à ricreatione. Ger. Schimpffig/ schertzig/ kurtzweilig. Hisp. Perteneciente à juego. Pol. Zartowny, kugla rski. Vng. Iátékos, ala valo. Ang. Belonging to playe.] Virgil. 12. Aeneid. -nec enim levia aut ludicra petuntur Præmia. Artem facere ludicram: id est, histrionicā exercere. Hinc in duodecim tabularum lege cautum erat, ne in quatuordecim gradibus sederet, qui artem ludicram fecisset. Plaut. in Aul. Continuò meum cor cœpit artem facere ludicram: id est, subsilire. Ludicræ tibiæ, quibus in ludis uti solebant ad modos faciendos. Plin. lib. 16. cap. 38: Nunc sacrificæ Tuscorum è buxo, ludicræ tibiæ loto, ossibusq; asininis, & argento fiunt.

Lues, f. t. Dicitur quū in urbe aut in agro febris, aliū lve morbi genus homines vel pecora, arboresve aut segetes corripit. [דֶּבֶר deber. λοιμός. Gall. Maladie contagieuse qui court generalement sur les bestes & gens, peste publique. Ital. Pestilenza contagiosa sopra huomini & bestie. Ger. Ein Plag und Sucht so gemeinlich uber Leut und viehe außgeht. Hisp. Pestilencia, dolencia ò enfermedad que se pega. Pol. Choroba miciaka wlndzi albo wbdl'a wkarzeniana. Vng. Dög. Ang. Pestilence in men, murraine in cattaile, a common and great destruction.] Differtq; à peste, quod hæc aut citò perimit, quæ corripit, aut citò abit ab eo quem invasit. Lues verò generaliùs accipitur etiam pro iis morbis qui lentè ea, quæ corripiunt, conficiunt. Dictam autem putat Festus luem à luendo, quòd omnia, quæ corripuit, ad nihilum usq; diluat. Alii luem dictam putant ἀπὸ τῦ λύειν, quòd omnia dissolvat. Cic. de Aruspic. resp. ad hominem transtulit. Vt eos ludos hęc lues impura pollueret. Virg. lib. 3. Aeneid.

-subitò cum tabida membris
Corrupto cœli tractu, miserandaq; venit
Arboribusq; satisq; lues, & lethifer annus.

Lugeo, es, luxi, luctum, act. f. Deploro, lamentor, defleo, à verbo Græco λύω (ut quidā putant) quod est solvo: eò quòd continuo luctu vita hominis solvatur. [אָבַל abal סָפַד saphadh קִין kinah. ὀλοφύρομαι, πενθέω. Gall. Pleurer abondamment. Ital. Piangere. Ger. Heulen und weinen/ leid tragen. Hisp. Llorar. Pol. Placze, smetek nosic. Vng. Sirok, kesergök. Ang. To lament, waile or to mourne.] Ovid lib. 11. Metam. -fratrem lugebat ademptum. Cicero ad Curium lib. 7. Epist. Sed mehercule & tum Rempublicam lugebam, quæ non solùm suis erga me, sed etiam meis erga se beneficiis mihi erat charior. Lactant. lib. 4: Quis tam facundus, & tam rerum verborumq; copia instructus existet: quæ oratio tanta affluentiæ ubertate decurrens, ut illam crucem meritò deploret, quàm mundus ipse, & tota mundi elementa luxerunt. ¶ Ponitur etiam absolutè & simpliciter, pro in luctu esse. Cic. pro Plancio: Hos pro me lugere, hos gemere videbam. Idem pro domo sua: Lugente Senatu, mœrentibus bonis omnibus. ¶ Aliquando lugere, est ob necessarii alicujus interitum veste lugubri dolorem testari. Liv. lib. 2. ab Vrbe, de Bruto: Matronę annum ut parentē, eum luxerunt, quòd tam acer ultor violatæ pudicitiæ fuisset. ¶ Hujus verbi composita sunt Prolugeo, & elugeo, quorum significata vide suis locis.

Luctus, us, m. q. Mœror, dolor, ex alicujus interitu perceptus. [אֵבֶל ebel מִסְפֵּד mispedh קִינָה kinah. πένθος. Gall. Pleur, dueil, gemissement. Ital. Pianto. Ger. Ein heulung/ ein leid/ fürnemlich von wegen eines abgestorbnen. Bel. Een huylinge. Hisp. Lloro, llanto. Pol. Zal losi, smetek. Vng. Siralom, keserges. Ang. A wailing, a mourning.] Cicero 4. Tusculanarum: Luctus, ægritudo ex ejus qui charus fuerit, interitu acerbo. ¶ Idem pro Plancio: Quā quidem nunc multitudinem videtis, Iudices, in squalore & luctu supplicem vobis. Ovid. 8. Metamorph. Per coacervatos pereat domus impia luctus. Virg. 2. Aeneid. -crudelis ubiq; Luctus, ubiq; pavor, & plurima mortis imago. ¶ Sæpè etiam ipse habitus, vultusq; & vestes, luctus dicitur. Is enim mutatione significabatur. Nam in luctu atrati sunt, purpura auroq; depositis: quum eluxerunt, nigrām vestem exuunt, purpuramq; resumunt. Itaque post cladem illam Cannensem Senatusconsulto cautū est, ne matronæ ultra triginta dies in luctu essent. Quo in loco luctus pro dolore accipi nō potest: quandoquidem in potestate Senatus non erat dolori imperare: sed potiùs pro veste lugubri, cæterisq; exterioribus doloris indiciis. ¶ Antiqui etiam efferebant Luctus, Lucti. Accius: Cesso hinc ire, & rapere lucti vestem in lecto conjugis.

Luctifer, a, um, Ferens vel nuntians luctum. [מְאַבֵּל maabil. πενθοφόρος. Gall. Qui apporte ou annonce dueil. Ital. Ch' apporta pianto. Ger. Das leid und weinen bringt/ oder anzeigt. Hisp. Cosa que trahe lloro. Pol. Zal' oscia przynaszaci. Vng. Siralom hozo. Ang. That causeth mourning.] Seneca Hercul. furen. Hic vultur, illic luctifer bubo gemit. Fax luctifera. Senec. Medea: -ter latratus Audax Hecate dedit, & sacros Edidit ignes faces luctifera.

Luctificabilis, e, om. t. Quod luctu affectum est. [Vng. Siralmas keserues.] Pers. Satyr. 1: Antiopa ærumnis cor luctificabile facta.

Luctificus, a, um, penult. corr. Quod luctum inducit. [מְאַבֵּל maabil. πενθικός, ὀλοφυρτικός. Gall. Qui cause dueil, qui fait porter dueil. Ital. Ch' induce pianto. Ger. Das leid anstattet / das heulen und weinen macht. Hisp. Cosa que haze llorò ò luto. Pol. Zal' oscz zadawaci. Vng. Siralom hozo. Ang. That causeth mourning and heavinesse.] Cic. 2. Tusc. Luctifica clades nostro infixa corpori. ex Poeta. Lucan. lib. 7: Luctificus Titan nunquam magis æthera contra Egit equos. Verba luctifica, Sen. Theb. Luctifici clangores, Stat. 10. Thebaid.

Luctisonus, a, um. Luctū sonitu præ se ferens. [ὀλοφυρόθροος. Gall. Son qui signifie dueil. Ital. Sono che significa duolo. Ger. Kläglich thönend. Hisp. Cosa que sona luto ò lloro. Pol. Zal' osnie brzmiaci. Vng. Siralommal valo zörgés. Ang. That hath the sound of mourning.] Ovid 1. Metam.

Quos potuit solos, tendens ad sydera vultus,
Et gemitu, & lacrymis, & luctisono mugitu,
Cum Iove visa queri est, finemq; orare malorum.

Luctuosus, a, um, Luctu plenum, lugendus. [πενθώδης, γοώδης. Gall. Plein de dueil. Ital. Pieno di pianto. Ger. Voll leids. Hisp. Lleno de luto ò lloro. Pol. Smetku pel ne. Vng. Siralmas keserues. Ang. That causeth mourning and heavinesse.] Salust. in Catil. Virorum more pugnantes, cruentam atque luctuosam victoriam hostibus relinquatis. Horat. 3. Carm. Ode 6: Di multa neglecti dederunt Hesperię mala luctuosæ. Dicitur etiam Luctuosum, quod luctum affert. Cic. de lege Agrar. Quàm me hercle ego præconi huic ipsam luctuosam, & acerbam prædicationem futuram puto.

Lugubris, & hoc lugubre, pen. corr. om. t. Quod ad luctū pertinet. [πενθικός. Gall. De dueil, appartenant à dueil. Ital. Da duolo, lugubre, funebre. Ger. Leidlich/ das zu leid gehört. Hisp. Cosa llorosa ò enlutada. Pol. Zal' osni, smetni. Vng. Siralombez valo gyász. Ang. Belonging to wailing or mourning.] ut, Vestis lugubris, qua dolorem ob necessarii alicujus interitū testamur. Terent. in Heavt. Mediocriter vestitam veste lugubri. Cicero Post reditum, ad Quirit. Me fratris miserrimi, atq; optimi, quotidianæ lacrymę, sordesq; lugubres à vobis deprecatæ sunt. Idem 1. Tusc. Sed illa lugubris lamentatio, fletusq; mœrens ex eo est, quod, &c. Idem Attic. lib. 8: O' rem lugubrem, itaq; intercludor mœrore. ¶ Lugubria absolutè, pro vestibus lugubribus. Ovid 11. Metamorph. Surge, age, da lacrymas, lugubriaq; indue, nec me indeploratum sub inania Tartara mitte. Senec. Herc. fur. Amicta conjux lugubribus.

Lugubrē, pen. corr. adverb. Lugubriter. [πενθικῶς. Gall. Avec pleur &

plene & duoil. Ital. *Con pianto ò duolo.* Ger. Jämerlich. Hisp. *Con luto ò lloro.* Pol. *Zal ostie.* Vng. *Siralmassan.* Ang. *With wailing or mourning.*] Plaut. Cist. Nam si hæc non nubat, lugubrè fame familia pereat.

Lumā, lumæ, Genus spinæ quæ in pratis nascitur, & locis uliginosis: sic dicta, quod agricolæ eam è terra luunt: id est, solvunt. ἄκανθα. ¶ Hinc Lumeta, loca lumis plena: & Lumaria falx, qua lumeta secantur: ut ait Varro de ling. Lat. lib. 4.

Lumbrici, m. f. Vermes terreni à lubricitate dicti. [תולעת *tolaath* תולעת *tolabath.* ἔντερα γῆς. Gal. *Vers de terre.* Ital. *Vermi di terra.* Ger. Erdwurm/mettel/oder Regenwürm Bel Pierwoim. Hisp. *Lumbrizes.* Pol. *Glisti.* Vng. *Galiszta.* Ang. *Wormes of the earth or in mannes body.*] Plaut. in Aul. Foras lumbrice qui sub terra erepsisti modò. Colum. li. 7. cap. 9: Terrā rimentur, effodiant q; lumbricos. ¶ Lumbrici etiam vermes dicuntur, qui in ventre hominis, aut etiam aliorum animalium nascuntur: qui teste Galeno ad finem Methodi, in triplici sunt differētia. Aut enim lati sunt, aut teretes, aut omnium minimi, quos ἀσκαρίδας nominant. Colum. li. 6. cap. 24: Solent autem vitulis nocere lumbrici, qui ferè nascuntur cruditatibus. Idem li. 6. cap. 30: Solent etiam vermes quasi lumbrici nocere intestinis.

Lumbus, bi, m. f. vel quod usitatius est, Lumbi, orum, A rei anatomicæ peritis dicitur pars inferior spinæ, quinq; constās vertebris, quæ mediæ sunt inter os sacrum, & vertebras dorsi. [מתנים *mothnâijm* חלצים *chalatsâijm*, ὀσφὺς, ψόα, ψοῖαι. Gall. *La partie du dos qu'on appelle le rable.* Ital. *Lombi.* Ger. Die lende Hisp. *Los lomos.* Pol. *Ledzwie.* Vng. *Agyik.* Ang. *The loines, the haunche.*] Plin. lib. 20. cap. 2: Lumborum verò dolori, femine sole siccato. Plaut. in Epid. Plaudite, valete: lumbos extollite, atq; exurgite. ¶ Dicuntur etiam lumbi de brutis. Horat. lib. 1. Serm. Curto ire licet mulo, vel si libet, usque Tarentum, Mantica cui lumbos onere ulceret, atq; eques armos. ¶ Hinc fit Elumbus, a, um, vel Elumbis, elumbe, quod lūbis caret, seu potius quod lumbos cōfractos habet, aut invalidos. ἀσφύων. ὀσφύ. Bona enim pars virium in lumbis sita est: ut qui soli, nullius alterius ossis adminiculo, superiorē corporis compagem sustineant. Hinc factum est, ut elumbis accipiatur pro debili. Plin. lib. 10. cap. 33: Perdix prægravem, aut elumbem sese simulans. ¶ Item delumbis pro molli & effœminato. Persius Satyr. 1: -summa delumbe saliva, Hoc natat in labris. ¶ Inde Delumbe carmen, pro lascivo, minimeq; virili. ¶ Et verbum Delumbo, as, are, delumbem reddere, debilitare. ἰξυοκοπέω. Plin. lib. 20. cap. 4: Hoc sæpè delumbata quadrupeda approbatur. ¶ Delumbare sententias, per translationem est, nervis illas & robore suo spoliare. Cic. in Orat. Nec minutos numeros sequens concitet, delumbetq; sententias.

Lumbulus, li, diminut. [ὀσφύδιον, ψοΐδιον. Gall. *Petit rable.* Ital. *Picciolo lumbo, arnione, rognone.* Ger. Ein kleine lende. Hisp. *Pequeño lomo.* Pol. *Ledzwinka.* Vng. *Agyikotska.* Ang. *A litle loine.*] Plin. lib. 28. cap. 11: Sicca lippitudo, lumbulis suum tostis, atq; contritis, & impositis tollitur.

Lumbifragium, gii, n. f. Fractura lumborum. [ψοάγμιον. Gall. *Rompure de rable & reins.* Ital. *Rottura de gli arnioni.* Ger. Ein lendebruch. Hisp. *Quebradura de lomos.* Pol. *Ledzwi przetracenie.* Vng. *Agyek szakadás.* Ang. *The breaking of the loines.*] Verbum est fictitium, quo usus est Plautus in Amphitr. Nam si me irritassis, hodie lumbifragium hinc auferes.

Lumbāgo, Vitium & debilitas lumborum, ut ait Festus. ὀσφύος ἀτονία.

Lumbāre, Tegmen quo pudenda teguntur. [אזור *ezor.* περίζωμα. Vn. Berho.] Quo verbo usus Bibliorū interpres in Ieremiā.

Lumēn, inis, n. t. Res aliqua splendorem diffundens: ita dictū quasi lucimen [אור *or.* φῶς. Gall. *Lumiere.* Ital. *Lume.* Ger. Ein liecht Bel Em licht. Hisp. *Lumbre ò luz qualquiera.* Pol. *Swiatl'o.* Vng. *Vildgossag.* Ang. *Light.*] Servius in 2. Aeneid. Lumen à luce distinguit, quòd in lumine sit splendor, sed cum fumo: in luce solus splendor. Virg. 7. Aeneid. -tum fumida lumine fulvo Involvi, ac totis Vulcanum spargere tectis. Idem 6. Aeneid. -nec fumea tedis Lumina. Idem 9. Aeneid. -piceum fert fumida lumen Teda. Verùm hæc Servij differentia non est perpetua. Nam & Solem & Lunam, & cætera cœlestia corpora lumina appellamus, quę tamen fumi omnino sunt expertia. Alii lumina intelligunt corpora ipsa lucida, quæ claritatem à se diffundunt. Sic Solem ipsum lumen appellant, lucem autem claritatem à Sole profectā. Sed hoc, ut in Sole fortasse verum est, ita in cæteris locū non habet. Neque enim splendorem à candela, lychnove per ędes diffusum, statim lucem appellaveris. Lucem itaq; alii uni Solis splendori proprium esse volunt: aliarumq; rerum claritati nonnisi per abusum, aut per translationem tribui. ¶ Ponitur aliquando pro luce, sive die. Cicero pro Rab. Posthumo: Si te secundo lumine hic offendero, moriere. Virg. 6. Aeneid. -vix lumine quarto Prospexi Italiā. ¶ Aliquando pro oculo, quòd oculorum beneficio lumen conspicimus. Quint. in Procem. lib. 6: Prior alterum ex duobus eruit lumen. ¶ Doctorē ac lumen desiderare, est desiderare rei alicujus difficilis ac obscuræ interpretationē. Cic. ad Trebat. lib. 7: Qui quanquā plurimi sunt, doctorē tamen, lumenq; desiderant. ¶ Lumen ponitur aliquando pro fenestra, per quam lumen in ædes immittitur. Hinc luminibus obstruere, est ædificando officere luci domus vicinæ, & quæ è regione est. Cic. pro Domo sua: Quum ille negaret, primò se luminibus ejus obstructurū minabatur. ¶ Per translationem quoq; alienis luminibus obstruere dicimur, quum nominis ejus claritatem obscuramus. Cicero in Bruto: Catonis luminibus obstruxit hæc posteriorū, quasi exaggerata altiùs oratio. Lumina præferre menti alicujus, id significat, quod vulgò *inspirare aliquem* dicimus. Cic. antequam iret in exilium: Vos, vos obtestor dii immortales, qui meæ mentis lumina prætulistis, quum consensum extinxi conjurationis, arcemq; urbis ab incendio ac flamma liberavi. Lumina civitatis, dicuntur insignes viri, & clari. Cicero in Catilinam Oratione 3. in fine: Lumina civitatis extincta sunt. ¶ Lumina in pictura umbræ opponuntur. Plin. lib. 35. cap. 5: Tandē se ars ipsa distinxit, & invenit lumen, atq; umbras, differentia colorum alterna vicesese excitante: deinde adjectus est splendor alius hic, quàm lumen, quē quia inter hoc & umbram esset, appellaverunt tonon. ¶ Lumina orationis, sunt sententiæ & figuræ, quæ suis locis, velut emblemata quædam interjecta, orationem mirum in modum illustrant. ¶ Lumen soli mutuas, τῷ ἡλίῳ φῶς δανείζεις. Quū docemus doctissimum, monemus vehementer prudentem: aut quum conamur exponere quæ per se sunt clarissima. Simile huic est, quod Quintil. refert: Lumen soli inferre. Luminis tremor, & lumen tremulum. Vide STELLA.

Lumino, as, act. p. Illumino, illustro. [האיר *heir.* φωτίζω, φωταγωγέω. Gall. *Esclairer.* Ital. *Illuminare, alluminare.* Ger. Leuchten. Hisp. *Alumbrar.* Pol. *Oswiecżam.* Vng. *Meg vilagositom.* Ang. *To light, or to giue light.*] Martianus: Quos stellantibus oculis intersinctos crebri vibratus ignium luminabant. ¶ Relumino, lumen reddo.

Lumināre, aris, n. t. Ipsum lumē, aut id quod claritatem, splendoremve ex se diffundit. [מאור *maor.* φωστήρ. Gall. *Lumiere & clarté, luminaire.* Ital. *Lume, luminare.* Ger. Ein liecht. Hisp. *Lumbrera, ò cuerpo luziɔ.* Pol. *Swiatl'osc.* Vng. *Vilagositot, vilag.* An. *Light or brightnesse.*] Hieronymus in Genes. Fecit Deus duo luminaria magna, unum ut præesset diei, alterum ut præesset nocti. ¶ Luminaria per translationem viros eximios, in quibus singularis quidā virtutis splendor elucet, quiq; sui ordinis hominibus decori est, & ornamento appellavit. Cic. 2. Phil. Iste aūt, M. Antoni, id decrevit Senatus: & quidē incolumis, nōdū tot luminaribus extinctis, &c. id est, tot egregiis viris, qui fuit lumen & splendor, atq; ornamentum Senatus & civitatis.

Luminōsus, a, um, Quod est clarū, & apertū. [מזהיר *mazhir* בהיר *bahir.* φωτεινός. Gal. *Plein de lumiere, fort reluisant & esclairant.* Ital. *Luminoso.* Ger. Voll liechts/heiter. Hisp. *Cosa llena de lumbre.* Pol. *Swiatl'y.* Vng. *Vilagos.* Ang. *Shyning, full of light.*] Cicero in Orat. Tum sunt maximè luminosæ, & quasi actuosę partes duę.

Luna, lunæ, f. p. A lucendo dicta, quòd noctu sola luceat: vel certe à Lucina voce concisa vox formata. [ירח *iareach.* σελήνη. Gall. *La lune.* Ital. & Hisp. *Luna.* Ger. Der Mon. Bel. De Maen. Pol. *Miesiac.* Vng. *Hold.* Ang. *The moone.*] Alii Lunā quasi lucem alienā dicunt, quòd lumē à Sole recipiat. Cicero in Somnio Scipionis: Ex quibus erat minima, quæ ultima cœlo, citima terris, luce lucebat aliena. Hæc Solis discipula, obsequitur cursibus supernis, & prout accedit ad Solem, vel recedit à Sole, crescēs aut senescēs, dispēsat lumē, ideoq; semper est instabilis. Ovid. 15. Metam. Nec par aut eadem nocturnæ forma Dianę Esse potest usquam, semperq; hodierna sequēte Si crescit, minor est: major, si cōtrahit orbē. Luna (ut inquit Macrobius) dispensationibus septenariis luminis sui vices sempiterna lege variando disponit. Primis septē diebus dimidiata semiorbē ostendit. Gręcoq; sermone διχότομος & διχόμηνος vocatur, quasi dimidia. Secundis totū orbē cōplet, fitq; plenilunium, quod Græci πανσέληνον vocant. Tertiis rursus διχόμηνος efficitur. Quartis fit totius Lunæ cū Sole, quod interluniū vocant, & silentē lunam, & intermēstruam coitio, Græcè σύνοδος dicitur. Hinc plenilunium, quod est, quū luna quintadecima & rotunda est, Soliq; ex diametro opponitur. Plin. lib. 18: Quā verò occidente Sole orietur (scilicet luna ex adverso) ita ut pariter aspiciantur, tunc erit pleniluniū. Interlunium, quum apparere desierit, & nova fit, & coeunte vel silenti luna. Vnde lunæ conjūctio dicitur dies silentis lunę. Luna vigesima, pro vigesimo die pòst novam lunam. Plin. lib. 2. cap. 97: Actus idē triduo in mēse cōsistit, septima, octava, nonaq; luna. ¶ Quarta luna nati, ἐν τετράδι γεγονότες, dicuntur qui parum feliciter nati sunt, ut autor est Eustathius in lib. Ilia. 2: Propterea quòd Hercules hac luna natus feratur, cujus omnis vita voluptatum omnium expers, ac laborum plena fuit. Dici potest & in eos qui laboribus sibi neutiquam frugiferis fatigantur, Herculis

cula videlicet exemplo, qui juvãdis aliis sudavit, sibi inutilis.

Lūnŭlă, diminut. [שהרון *saharōn. σεληνίδιον*. Gal. *Petite lune*. Ital. *Picciola luna*. Ger. Ein Mönlin. Hisp. *Pequenna luna*. Pol. *Miesiac-zek*. Vn. *Hold formaiu kõsbetye*. An. *A litle moone*.] Plaut. in Epidic. Lunulam, atq; anellum aureolum in digito. Cæterùm hic Plauti locus indicat Lunulam sive lunulas fibulas esse ad lunæ similitudinem factas, quas Græci interpretes LXX. apud Isa. cap. 3. *μηνίσκους* verterunt: Hoc est quod scribit Hieronym. habere mulieres in lunæ similitudinem bullas dependentes. [Vng. *Kis holdatzka, kapots*.]

Lūnāris, are, om. t. Quod ad lunam pertinet. *σεληνιακός*, ut, Lunaris ratio, Lunaris annus. Plin. lib. 15. cap. 39. Lunaris annus, qui mense uno suum efficit cursum. Ovid. 15. Metamor. Cæruleus, & vultum ferrugine lucifer atra Sparsus erat: sparsi lunares sanguine currus. Idem 5. Fast. Sol quoq; cum stellis nulla gravitate retētus: Et vos lunares exiluistis equi. Cic. in Somn. Scipionis: Quã ob causam summus ille cœli stelliferi cursus, cujus conversio est incitatior, acuto & excitato movetur sono: gravissimo autem hic lunaris & infimus.

Lūnāriă, æ, f. p. minor à Fuchsio vocatur. [Pol. *Nasyezal*.] Vetulæ ad phyltra utuntur, sicuti & opioglosso. Lege Gesn. de Lunaria minore sive petrea, ut ipse cognominat in commentario de admirandis herbis, ubi confutat eos, qui hanc herbulam epipactin vocant.

Lūno, as, are. act. p. In modum lunæ, quando in cornua curvatur, flecto, [*σεληνοειδῶς κάμπτω*. Gall. *Faire & tourner en courbe en la forme de la lune croissant*. Ital. *Torcere à guisa di luna*. Ger. Nach der Mona gestalt biegen. Hisp. *Plegar en guisa di luna*. Pol. *Wkrag na kolo miesiaca zgibam*. Vng. *Meg horgasitom*. Ang. *To make crooked lyk the moone*.] Ovid. 1. Amor. Lunavitq; genu, sinuosum fortiter arcum: id est, intendit.

Lūnātŭs, a, um, Quod est ad lunæ similitudinem factum, vel quod habet speciem lunæ: [*σεληνοειδής, μηνοειδής*. Gal. *Cornu comme la lune*. Ital. *Ch' a forma di luna cornuta*. Ger. Gestaltet oder gebogen wie der Mon wañ er erst neuw wordē ist. Hisp. *Plegado en guisa de Luna*. Pol. *Wkrag nagieti, iakmiesiacz na nowie bywa*. Vng. *Holdas, hodlas, hajlatu*. Ang. *Made lyk the moone, horned*.] ut, Lunatum ferramentum. Colum. lib. 12. cap. 54: Deinde, sicut conlueverunt falgamarii, decussatim ferramento lunato incidito. Tres enim sunt figuræ crescentis lunæ: nam modò curvatur in cornua, modò in orbem circumacta, ut quum est plena, & Soli adversa: modò dimidio orbe cæsa: hoc est, quum æqua proportione dividitur: & ob id à nostris *dividua*, à Græcis *διχότομος* vocatur. Virg. lib. 1. Aeneid. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Penthesilea furens. Classis lunata, Lucan. libro 3. Cauda lunata delphinorum, Seneca Oedip. Frons lunata vituli, Claudianus de Rapt. Proserp.

Lūnātĭcī, m. f. dicuntur qui furore laborant, non illo quidem perpetuo, sed intervallis quibusdam recurrente. [*οἱ σεληνιαζόμενοι*. Gall. *Lunatiques, ou maladez par lunes*. Ital. *Lunatici, che impazzano à ponti di luna*. Ger. Monsüchtige. Hisp. *Lunaticos, alunados, locos par lunas*. Pol. *Lunatik, ten ktori na nowie szaleie*. Vng. *Hanar*. Ang. *Lunaticke, sick at certaine tymes of the moone*.] Quod mali genus inde nomen accepit, quod iis qui ipso interlunio nati sunt, familiare esse consueverit: sive quod statis lunæ ratione intervallis soleat reverti. Iulius Firm. 4. Math. Et si luna malè fuerit collocata, aut spasticos, aut lunaticos, aut caducos facit.

Lūnārĭă, riæ, f. p. Herbæ nomen, sed quam nondum vidi. Mira de ea fabulantur Herbarii, quæ tamen an ita habeant, ut non inficior, ita eò procliviùs crederem, si ejus rei periculum aliquod aut fecissem, aut ab alio vidissem. A' Mercurio exhibitã primùm, Marsilius Ficinus author est libro de Triplici vita 3. capite 14. cæruleis atq; rotundis foliis. Fertur crescente Luna unum quotidie producere folium, decrescente Luna deponere, & annos utenti promittere lunares.

Lŭo, luis, lui, n. t. Persolvo, exolvo, pēdo. [שלם השיב *heschib schillem* גאל *ghaal* נאל *ghaal* פדה *padhah* כפר *chipper* בקה *nikkah*. *λύω*, *τίνω*. Gal. *Payer, satisfaire, souffrir punition*. Ital. *Purgare, pagare*. Ger. Bezahlen/büssen. Bel. Betalen. Hisp. *Lastar ò pagar la pena*. Pol. *Place. Zaflo pnie*. Vng. *Meg fizetök*. Ang. *To paye, satisfie, to suffer punishment*.] Liv. lib. 1. ab Vrbe: Vt tamē debito supplicio scelus lueret: id est, debitum sceleri supplicium solveret. Dictum putatur à verbo Græco *λύω*, quod inter cætera significat etiam purgo: aut ἀπὸ τοῦ λούειν, quod est lavare sive abluere. ❡ Luere pœnas, est dare pœnas, seu ferre suppliciũ. Cicer. Attico li. 3: Itaq; mei peccati luo pœnas. Sic luere suppliciũ, est supplicio affici. Iustin. lib. 1: Quicunq; capi potuerūt, supplicia crucibus luerunt. Luere capite, est capite plecti. Liv. 9. ab Vrb. Obsides etiam sexcenti imperati capite luerunt. ❡ Luere maculas sanguine, est abstergere, purgare, eluere, & tũm à lavando quidam ductum volũt. Cic. in Verrem, Act. 7: Errabas Verres, & vehementer errabas, quum te maculas furtorum & flagitiorum tuorum, sociorũ innocentium sanguine luere arbitrabare. Luere peccata, est delictorum supplicium ferre. Liv. 8. bell. Maced. Ego tamen, & cum aliis pro dignitate imperii vestri coactis luere peccata sua, pacem pepigi. ❡ Luere aliquãdo est, preciũ redemptionis redemptori offerre, ait Bud. Vlp. Qui status controversiam patiuntur, non debent per id tempus militare: sed nec hi qui ab hostibus redempti sunt, priùs quàm se luant. Item res oppigneratas soluta pecunia liberare. Imperator in Institut. Sed etsi rem obligatam creditori aliquis legaverit, necesse habet hæres, eam luere, *&c.*

Lŭĭtŭr, impersonale, Lucanus lib. 2. hac cæde luatur Quicquid Romani meruerunt pendere mores.

Lŭĭtĭo, onis, f. t. Redemptio, liberatio. [פדיום *pidhjōm* פדיון *pidhjōn* שלום *schillūm* גאולה *gheullāh*. *λύσις, λύτρα*. Gal. *Rachat, payement de rancon*. Ital. *Pagamento che si fa per riscatto*. Ger. Bezahlung. Hisp. *Pagamiento de deltaja*. Pol. *Zapl'ata, vikupienie*. Vng. *Meg váltás, kabadítás, meg fizetés*. Ang. *Redemption, paying of ransom*.] Vlp. de cap. & postl. rever. l. Si patre: Si patre redempto, & ante luitionem defuncto, filius post mortem ejus redemptionis quantitatem offerat, dicendum est suum ei posse hæredem existere.

Lŭĭtūrŭs, particip. Luitura pœnas puppis, Claud. 4. Panegyr.

Lŭendŭs, Ovid. 2. Trist. Scilicet in superis etiã fortuna luēda est.

Luto, as, are, frequentativum à luo. [*πολλάκις λύω*. Vng. *Meg fizegetök*.] Habes qui & cujus rei causa fecerim Hecatomben, in quo, ut puto, quoniam est luere solvere, lutavi: id est, lui. Ex Nonio.

Lupa, Ricinum, vel Cnici apud Diosco r. lib. 4. cap. 163.

Lŭpār, Lupanar, Lupanarius, Luparum, Vide LVPVS.

Lŭpīnus, ni, & Lupinum, pini, substantivum, Leguminis genus est omnium amarissimum, quod sui circumactu agricolis horas etiam nubilo die ostendit. [*θέρμος*. Gall. *Du lupin*. Ital. *Lupino*. Ger. Feigbonen/ wolffsbonen. Hisp. *El altramuz*. Pol. *Wilczy groch*.] Dictus autē putatur lupinus, à lupi natura, quod non minus terrã appetat, voraxq; illius sit, quàm lupus, & tellurem adeò amat, ut quãvis fruteroso solo conjectus inter folia vepresq; ad terram tamen radice perveniat. Vide Plin. lib. 18. cap. 14. Horat. 1. Epist. 7: Nec tamē ignorat quid distent æra lupinis. Vide Erasmum in Chiliad. Virg. 1. Georg. tristisq; lupini Sustuleris fragiles calamos.

Lŭpŭs, lupi, m. f. Animal rapax, quod nulli notũ nõ est. [זאב *zeēb*. *λύκος*. Gall. *Vn loup*. Ital. *Lupo*. Ger. Ein wolff. Hisp. *Lobo*. Pol. Wilk. Vng. *Farkas*. Ang. *A wolf*.] Hujus fœm. est lupa. Ovid. 1. Trist. Excussa est avidi dētibus agna lupi. Horat. Epod. 15: Dũ pecori lupus, & nautis infestus Orion Turbaret hybernum mare. Virg. 3. Georg. Quid lynces Bacchi variæ, & genus acre luporum, Atq; canum? Horat. Epod. 6: habitandaq; fana Apris relinquũt, & rapacibus lupis. Virg. 6. Aen. pleno lupus insidiatus ovili. ❡ Est etiam Lupus, piscis genus, quem Romani olim piscibus omnibus prætulerũt, eosq; præcipuè, qui in Tyberi inter duos põtes capti essent: quos *catillones*: hoc est, liguritores vocabãt: metaphora ducta ab hominibus gulosis, & delicatis, quos ideo catillones vocabant antiqui, quòd absumptis cibis ipsos etiam catillos lingerent. *λάβραξ*. Est enim hic piscis voracissimus, stercorũq;, ac latrinarum avidissimus sectator: à nullo sordium genere temperans. Paulus Iovius in eo libello quē de piscibus Rom. edidit, Spigolã vocari ostendit: multisq; argumentis eorũ opinionē convincit, qui hunc Stationem esse putaverũt. Plin. lib. 9. cap. 17: Postea præcipuã autoritatē fuisse lupo & asellis Cornelius Nepos, & Laberius poeta Mimorũ tradidēre. Luporũ laudatissimi qui appellãtur lanati, à candore mollitiaq; carnis. Martial. lib. 13: Laneus Euganii lupus excipit ora Timavi, Aequoreo dulces cum sale pastus aquas. Idem lib. 2: Mullum dimidiũ, lupumq; totum. ❡ Itē lupus, genus est fræni asperrimi, quod & lupatũ dicitur, à lupinis dentibus, qui inæquales sunt, quorũ propterea morsus est asperrimus. His frænis utebantur Galli. Ovid. lib. 4. de Tristibus: Tēpore paret equus lentis animosus habenis. Et placido duros accipit ore lupos. ❡ Itē Lupus, est instrumentũ aduncum, quo vasa quæ in puteũ fortè ceciderunt, extrahuntur. *ἅρπαξ* Græco vocabulo, & à nostris *arpago* nominatur. Liv. 8. bel. Pun. In alios lupi supernè ferrei injecti, ut in periculo essent, ne suspensi in murũ extraherentur. ❡ Itē aranei genus. Plin. lib. 11. cap. 24: Luporũ nomine minimi nõ texunt. ❡ Hoc nomine etiã dicta est herba, quæ asparagi vice mãdi solet: quę & lupus salictarius appellatur, quòd salices ad similitudinem vitis ascendat. Hanc herbã officinæ vocant *lupulum*, Galli *houbelon*. Ea utuntur Belgæ ad condiendã cerevisiam admistis frugibus. ❡ Itē lupus (ut Palladius autor est) ferula manubriata vocatur. ❡ Ovem lupo cõmisisti, Terent. in Evnucho. Cõcinnè hoc utemur proverbio, quoties ei servandũ aliquid committitur, cujus gratia custodē magis oporteat adhiberi. Cic. 3. Philip. Etenim in concione dixerat se custodē futurũ urbis, usq; ad Calendas Majas ad urbem exercitũ habiturũ. O' præclarum custodem oviũ (ut ajunt) lupũ. Custosne urbis an di-

ceptor & vexator esset Antonius? Quadrare videtur quoties inimico negotiū cōmittitur:eiq; qui nobis pessimè velit: propterea quòd lupus & agnus genuino quodā odio dissident. ❡ Lupo agnū eripere. Plaut. Pœn. Lupo agnum eripere postulant: nugas agunt. Hoc uti possumus proverbio, ubi quis frustra conatur prædā recipere, cui semel manus injecit rapax aliquis. Improbum enim videtur sperare futurū, ut lupus agnum semel arreptū amittat. ❡ Lupus est in fabula, proverbium est notissimū, quo utimur quoties nostro sermoni supervenit is, de quo loquebamur, & nobis sua præsentia amputat loquēdi facultatē. Proverbium tractum est à lupi natura, quē ferūt iis, quos prior aspexerit, vocē intercludere. Ad quod alludit Virgil. 9. Aeglog. vox quoq; Mœrim Iam fugit ipsa: lupi Mœrim videre priores. ❡ Lupū auribus tenere, proverbium est, quod in re ancipiti periculosaq; dici solet. Nā qui auribus lupum tenet, nec eum dimittere audet, nec retinere potest sine periculo. Sueton. in Tiberio: Cunctandi causa erant metus undique imminentium discriminum, ut sæpè lupum se auribus tenere diceret. ❡ Lupus aquilā fugit, λύκος ἀετὸν φεύγει. Vbi periculum eminens evitari nō potest. Aquilam enim, alata quum sit, frustra lupus fugit. ❡ Lupus ante clamorē festinat, λύκος πρὸ τῆς βοῆς σπεύδει. Vbi quis admissi cōscius, ultrò timet priusquā accusetur: siquidē lupus simulatq; prædā rapuit, mox properat aufugere, ne coorto rusticorum clamore, veniat in periculum. ❡ Ale luporum catulos, θρέψαι λυκιδεῖς. Proverbium est, teste Theocriti interprete, in eos qui læduntur ab iis, de quib. benemeriti sunt: aut in ingratos. ❡ Lupus hiat. λύκος ἔχανεν. Dicebatur si quis re multùm sperata, multumq; appetita frustratus discederet. Ajunt enim lupum prædæ inhiantē rictu latè diducto accurrere: quasi frustretur, obambulare hiantē. Aristot. in Lysistrata. ❡ In laqueos lupus, ἐς πάγας ὁ λύκος. Quum improbus quispiam tandē in extremum adducitur discrimē. ❡ Ex ore lupi, ἐκ λύκου φάρυγος. Vbi res quæpiam præter spē recipitur, quæ jam planè periisse videbatur. ❡ Vt lupus ovem amat, ὡς λύκος ἄρνα φιλεῖ, qui sui cōmodi gratia simulat amorem: nō is vulgò dicitur amor, quum revera sit odium. Socrat. in Phædro. ❡ Lupus pilum mutat, non mentem, ὁ λύκος τὴν τρίχα, οὐ τὴν γνώμην ἀλλάττει. Senecta canitiē affert improbis, nō item aufert malitiam.

Lupus, li, Salictarius memoratus à Plinio vulgariter *lupulus*. Græci hodie vulgo *Bryon* dicunt, nimirum, à Bryoniæ similitudine. Vtuntur eo ad coquendam cervisiam. [Pol. *Chmiel.* Vng. *Komlo.*]

Lŭpă, lupæ, f. p. [λύκαινα, πόρνη. Gal. *Louve, paillarde publique.* Ital. *Lupa, bagascia, putana.* Ger. Ein wölffin. Hisp. *Loba ò la puta del burdel ò ramera.* Pol. Wilczyca. Vng. *Nöstény farkas.* Ang. *A she wolf, a common hoore.*] Plin. de Viris illust. Ad vagitum lupa accurrit, eosq; uberibus suis aluit. Ovid. lib. 3. de Arte amandi: -rapidæ tradis ovile lupæ. ❡ Ponitur tamen quandoque pro meretrice, quòd ut lupa edendi, ita hæc quæstus appetens sit. Plaut. in Epid. Devorāt mores virgini longè, ac lupæ. Cicer. pro Milone: Ille qui semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat.

Lŭpānăr, penult. prod. n. t. Prostibulum, ganeum, in quo lupæ: hoc est, meretrices prostant. [πορνεῖον, χαμαιτυπεῖον. Gall. *Bourdeau.* Ital. *Chiasso, bordello.* Ger. Ein Hurenhauß. Bel. Een Hoerhuys. Hisp. *El burdel.* Pol. *Zamtuz.* Vng. *Bordélyház.* Ang. *A brothels house, the commonhouses of baudrie.*] Quintil. lib. 7. cap. 4: An deprehēsus in lupanari cum aliena uxore, adulter sit, quæritur. Iuvenal. Satyr. 6: Intravit calidum, veteri centone lupanar. Olitum lupanar, Catullus.

Lŭpānārium, arii, n. t. Lupanar. [πορνοβοσκεῖον. Vn. *Bordély ház.* An. *A brothelshouse.*] Vlpian. de Petit. hæred. Licet à lupanario præceptæ sint. Nam & in multorum honestorū virorum prædiis lupanaria exercentur.

Lŭpānāris, & hoc re. om. t. ut, infamia lupanaris, apud Apuleium, pro spurca & fœda fama, qualis esse solet meretricibus. [χαμαιτυπικός. Gall. *De bourdeau.* Ital. *Di bordello.* Ger. Das des Hurenhauß ist. Hisp. *Cosa de burdel.* Pol. *Zamtuzy.* Vng. *Bordélyhazi.* Ang. *Of a brothels house.*] Ambros. Cum meretricibus scortabatur in contubernio lupanari.

Lŭpŏr, aris, ari, d. p. Scortari, meretricari. [זנה *zanah.* πορνεύω. Vn. *Bordélyeskedem, paráználkodom.*] Turpilius apud Nonium: Qui cum meretrice per vias habitu nostro lupātur. Antiquū.

Lŭpārĭus, rii, Qui venatur lupos. [λυκοθήρας. Gall. *Chasseur de loups.* Ital. *Cacciatore de lupi.* Ger. Ein wolffsjäger. Hisp. *Caçador de lobos.* Pol. Wilkołowiec. Vng. *Farkas vadász.* Ang. *That hunteth wolfes.*] Servius in comment. Georg. Cōstat enim luparios carnibus tinctis veneno lupos necare.

Lŭpātum, ti, n. Lupus pro fræno asperrimo. [χαλινός. Gall. *Vn mors de bride fort rude, vn frein fort aspre.* Ita. *Morso, aspero, duro.* Ger. Ein scharpff gebiß, wie man es den Rossen einlegt. Hisp. *El freno de la brida ò de coscoja.* Pol. Wędzidło. Vng. *Keményzabola.* Ang. *A sharpe bitte for an horse.*] Virg. 3. Georg. -pressiq; negabunt Verbera dura pati, & duris parēre lupatis. Dicta lupata (ut Servius inquit) à lupinis dentibus, qui inæquales sunt: unde & eorum morsus vehementer obest. Ovid. 1. Amor. Eleg. 2: Asper equus duris confunditur ora lupatis.

Lŭpīnŭs, a, um. Quod est lupi. [λύκειος. Gall. *De loup.* Ital. *Lupino, di lupo.* Ger. Das des wolffs ist/oder von einem wolff. Hisp. *Cosa pertenesciente à lobo ò loba.* Pol. Wilczy. Vng. *Farkashoz való.* An. *Belonging to a wolf.*] Cic. in Catil. Quem inauratū in Capitolio parvum atq; lactantem uberibus lupinis inhiantem fuisse meministis. Plin. lib. 18. cap. 11: Lupino quoq; adipe, vel medulla suum fucari oculos contra lippitudines præcipiunt.

Lurā, (inquit Festus) Os culei sive utris ab antiquis dicebatur.

Lurco, as, Cibum cum aviditate nimia sumo. [λαφύσσω. Gall. *Gourmander, manger avidemment.* Ital. *Tranguggiare.* Ger. Gotig fressen/schlemmen. Hisp. *Tragar, mucho.* Pol. *Łakomie jadam.* Vng. *Tobzodom, telhetetlenkedem.* Ang. *To eat gredely lik a glutton.*] Pompon. Syris, apud Nonium: Lardum lurcabat lubens.

Lurcor, aris, d. p. Idem. [Vng. *Tobzodom.*] Lucil. Satyr. 2: Vt lurcaretur laridum & carnaria furtim.

Lūrcōnĕs, m. t. Dicti sunt gulosi, & bonorum suorum cōsumptores, comedones, edaces. [λάμυροι. Gall. *Gourmands, qui despendent tout leur bien en gourmandise.* Ital. *Tranguggiatori, golosi.* Ger. Schlemmer/ Prasser/ die jhr Hab und Gut unnützlich verthempffen. Hisp. *Golosos ò glotones.* Pol. *Marnotrawcy.* Vng. *Tobzodo, nagy ebero.* Ang. *Gluttones, gullegutes.*] Plaut. in Persa: Pernonisere, lurco, edax, furax, fugax. Lucil. Satyr. li. 8, ut citat Nonius: Edite lurcones, comedones vivite ventres. Sueton. de clar. Gram. cap. 15: Lastaurum & lurconem, & nebulonem, popinonemq; appellans, & vita scriptisq; monstrosum.

Luridus color, Vide FVLVVS.

Lūrĭdŭs, a, um, pen. cor. Quicquid est supra modum pallidū, quasi loridum, seu loro percussum, & lividum factū. [ירקרק *jerakrak.* ὠχρός, πελιδνός. Gall. *Fort pale & comme bazané ou meurtri d'esgrugnes, blaffard.* Ital. *Pallido molto.* Ger. Gantz bleich. Hisp. *Cosa de color amarillo.* Pol. *Barzo blady.* Vng. *Kék.* Ang. *Pale as beaten with whippes, wanne.*] Horat. lib. 3. Carm. Mœretiq; partus fulmine luridum Missos ad orcum. Ovid. 1. Metamor. -Lurida terribiles miscēt aconita novercæ. Horat. 4. Carm. 13: -& refugit te, quia luridi Dentes, te quia rugæ turpāt & capitis nives. Ovid. 15. Metamor. -solis quoq; tristis imago Lurida sollicitis præbebat lumina terris.

Lūrŏr, oris, m. t. Pallor, color subflavus. [ירקון *jerakon.* ὠχρότης. Gall. *Paleur.* Ital. *Pallidezza.* Ger. Bleichfarb/ gelbfarb. Hisp. *Amarillez.* Pol. *Blada barwa.* Vng. *Sargaság.* Ang. *Palenesse, wannesse.*] Lucret. lib. 4: Lurida præterea fiunt, quæcunq; tuentur Arquati: quia luroris de corpore eorum Semina multa fluunt simulachris obvia rerum.

Lŭscĭnĭă, niæ, f. p. Avis cantus suavitate præcellēs, quæ & philomela appellatur: ita dicta, ut volunt, quòd lugens canat: aut certè quòd canat ante lucem. [ἀηδών. Gal. *Rossignol.* Ital. *Rosignuolo, lusignuolo.* Ger. Ein Nachtgall. Hisp. *Ruyseñor.* Pol. *Słowik.* Vng. *Fülemile.* Ang. *The nightingale.*] Plin. li. 10. cap. 29: Lusciniis diebus ac noctibus cōtinuis quindecim garrulus sine intermissu cantus densante se frōdium germine, nō in novissimis digna miratu ave. Poetæ fabulantur Philomelā à Tereo violatam, in hanc avē fuisse mutatam, ad quam fabulam alludit Martial. li. 14: Flet Philomela nefas incesti Tereos, & quæ Muta puella fuit, garrula fertur avis. Ob eandē causam & Atthis dicitur. Fuit enim Philomela patria Atheniēsis, Pandionis regis filia. Martialis lib. 6: Sic ubi multisona fervet sacer Atthide lucus. Animadvertendum cōtrà, plures, qui hanc fabulam tradiderunt, existimasse Gorgiam Philomelam in hirundinē Prognem sororē ipsius in lusciniam cōversam fuisse: quam etiam opinionē sequutus est Marcus Varro. Lusciniola luctuosè canere existimatur, atq; esse ex Attica Progne in luctu facta avis. Et Virgil. Aeglog. 6: Quas illi Philomela dapes. Ex comment. Petri Victorii in 3. li. Rhetoricorum Aristot. Nec quantum lusciniæ dormiunt, οὐδ' ὅσον ἀηδόνες ὑπνώττει. In eos convenit, qui somni sunt parcissimi. Lusciniæ minimum dormire feruntur, vel propter Itin extinctum, vel propter timiditatē. Potiùs dictum videtur, quòd lusciniæ vernis mensibus per omnem ferè noctem perpetuo cantu garriant.

Lŭscĭnĭŏlă, diminutivum. [ἀηδόνιον. Gall. *Petit rossignol, rossignolet.* Ital. *Picciolo lusignuolo, lusignoletto.* Ger. Ein kleine nachtgall. Hisp. *Pequeño ruyseñor.* Pol. *Słowiczek.* Vng. *Fülemülécske.* An. *A litle nightingale.*] Plaut. in Bacc. Pol ego quoq; metuo lusciniolæ ne defuat cantio.

Lŭscĭōsŭs, sive luscitiosus, m. f. is dicitur, teste Nonio, qui ad lucernam non videt. [μύωψ. Gall. *Qui a courte veue.* Ital. *Che ha corta vista.* Ger. Überſichtig/ ein blintzung/ der bey dem liecht nicht gesicht. Hisp. *El que no vee si non con poca luz.* Pol. *Cźiemnoch ...* Vng. *Vaksi, ...* Ang. *Purblind.*] Varro disciplinarum lib. 8. ut citatur à Nonio, Vesperi nō videre quos appellant lusciosos. Idem etiam Andabatis,

Ac de pol

Acdepol idem cæcus, non luſcioſus eſt. Budæus in annot. luſcioſos, ſive luſcitioſos eos dici exiſtimat, qui propius admota oculis vident, remota verò nõ: quod genus hominũ res intuendas oculis ferè cõtingere ſolent, & limis etiam clausisq; oculis aſpicere, eoſdemq; à Græcis μύωπας vocari ait.

Luſcitus, a, um, μύωψ. Qui hebeti viſus eſt, & qui meliùs noctu quàm die videt.

Luſcus, ſci, m. f. Qui altero captus eſt oculo: [ἑτερόφθαλμος. Gal. Louſche. Ital. Loſco. Ger. Einäugig. Hiſp. Tuerto, mengnado de un ojo. Pol. Jednooki. Vng. Egy ſzemü, kancsal. Ang. That hath but one eye, poareblind.] qualis fuit Annibal, de quo Iuvenal. Satyr. 10: Quum Getula ducem geſtaret bellua luſcum. Cic. lib. 2. de Orat. Et tamen id dixit, quod in omnes luſcos conveniret. Martial. lib. 8: Oculo Philenis ſemper altero plorat: Quo fiat illud quæris modo? luſca eſt. ¶ Compoſitum Eluſco, as, quod eſt luſcum facio, & oculum eruo, πηρόω. Scribit Iulianus Iureconſultus Aquilia lege teneri eum, qui eluſcaverit diſcipulum in diſciplina.

Luſio, vide Ludo in LVDVS.

Luſito, vide Ludo in LVDVS.

Luſtrum, ſtri, n. ſ. Ferarum habitaculum in ſylvis, latibulum, latebræ, à luto, ut Servius putat, eò quòd apri ſuesq; ſylveſtres in lutoſis ferè locis ſua habeant cubilia. [סבך מחר ſebec ſi-bech, σηκός, ἰλεός, φωλεός. Gall. Caverne où ſe retirent les beſtes ſauvages & bois. Ital. Habitatione di fiere, caverna dove ſe ritrano gli animali ſalvatichi. Ger. Ein hüle der wilden thieren. Bel. Een hol. Hiſp. Lugar de las fieras. Pol. Jaskinia dzikich zwierząt. Vng. Barlang. Ang. A cave or denne where wyld beaſtes haunteth.] Alii putant luſtrum per antiphraſin dictum, quod minimè ſit luce illuſtratũ, ſed obſcurum & immundum. Virgil. lib. 2. Georg. Non abſunt illis ſaltus ac luſtra ferarum. ¶ A' qua ſimilitudine ii, qui in locis abditis ac ſordidis deſidiæ & ventri indulgent, in luſtris agere vitam dicũtur. Propter quod & luſtra dicuntur popinæ & lupanaria, ubi ſcorta deliteſcunt. τὰ πορνεῖα, τὰ καπηλεῖα. Cicer. 2. Philip. Quum omnes impuritates impudica in domo quotidie ſuſceperis, vino luſtrisq; cõfectus. Idem Caſſio: Quæ autem in luſtris & in vino commentatio potuit eſſe? ¶ Luſtrum item dicebatur ſacrificii quoddam genus, quo urbis luſtrandæ gratia, ſus, ovis & taurus immolabantur. Liv. lib. 1: Omnes centuriæ & equites in Campum Martium convocati, ſue, ove, tauro cæſis immolarunt: quod luſtrũ eſt dictum, ſicq; à ſacrificio illo cenſus obtinuit nomen luſtri. Luſtrum autem quemadmodum Varro eſt autor à luendo dicitur: id eſt, ſolvendo, quòd quinto quoq; anno vectigalia per cenſores locata perſolvebãtur, & à civibus tributa cõferebantur. ¶ Quia verò cenſus ipſe ſive luſtrum quinto quoq; anno habebatur (quo temporis ſpatio durabat Cenſorũ magiſtratus) invaluit conſuetudo ut Luſtri appellatione ſpatium quinq; annorum appelletur: quod Olympias apud Græcos dicitur: id eſt, quinquenniũ: ita tamen ut quadriennio exacto, quinto quoq; anno ineunte, luſtrum peractum intelligatur. [πενταετηρίς, πενταετηρὶς, πεντάετες. Gall. Eſpace de cinq ans. Ital. Spatio di cinque anni. Ger. Ein zeit fünff jar begreiffend. Hiſp. Eſpacio di cinco annos. Pol. Czas wiebodzący na pięć lat. Vng. öt eſztendő. Ang. The ſpace of fyve yeares.] Plin. lib. 2. cap. 47: Omnium quidem (ſi libeat obſervare minimos ambitus) redire eaſdẽ vices quadriennio exacto Eudoxus putat, non ventorum modò, verùm & reliquarum tempeſtatũ magna ex parte. Et eſt principium luſtri eius ſemper intercalari anno Caniculę ortu. Intercalarem annum dixit, quem biſſextilem dicimus. Vlpian. de rebus cred. Nam etſi colonus poſt luſtrum completum fructus perceperit, condici eos conſtat. Tacitus ſecundum luſtrum dixit, ut ſecundam Olympiadem, de ludicro quinquennali loquens Romæ inſtituto. Hæc Budæus.

Luſtro, as, act. p. Perago, ambio, circumago, obeo, viſo. [סבב ſabab מחר ſachar. περιέρχομαι, περιάγω, περιοδεύω. Gal. Environner, tournoyer. Ital. Circondare. Ger. Durchgehen/umbgehen/beſchauwen. Hiſ. Andar en derredor de lugar. Pol. Przeglądam, wypatruię. Vng. Bé iárom, el ſzemlélem. Ang. To environne, to go about.] Lactant. lib. 2: Sed luna quæ orbem illum ſigniferum triginta dierum ſpatio luſtrat. Cic. lib. 5. de Finib. Cur ipſe Pythagoras & Aegyptum luſtravit, & Perſarum magos adiit? Virgil. lib. 3. Aeneid. quò tamen hoſpita luſtres Aequora & Auſonio poſſis conſidere portu. Idem lib. 4. Georg. Arvaq; Riphæis nunquã viduata pruinis Luſtrabat. ¶ Interdũ ſignificat expiare. [כפר chippir נקה nikkah. ἁγνίζειν, ἀποκαθαίρειν. Gall. Purger. Ital. Purgare. Ger. Reinigen. Hiſp. Purgar, alimpiar. Vng. Meg tiſztítom. Ang. To purge.] Liv. lib. 3, ab Vrbe: Ibi inſtructum exercitum ove, ſue, tauris tribus luſtravit. Virgil. 5. Aeglog. & quum ſolennia vota Reddemus nymphis, & quum luſtrabimus agros. Idem libro 6. Aeneid. Idem ter ſocios pura circumtulit unda, Spargens rore levi, & ramo felicis olivæ, Luſtravitq; viros, dixitq; noviſſima verba. ¶ Interdũ idem eſt, quod circumquaque aſpicio, circumſpicio, oculos circumduco, περιβλέπω. Virg. lib. 8. Aeneid. ille os, oculosq; loquentis Iamdudum & totum luſtrabat lumine corpus. ¶ Luſtrare animo id eſt, perpendere & examinare: ἐξετάζειν. Cicer. lib. 3. Offic. Sed quum omnia ratione atque animo luſtraveris. ¶ Interdum luſtrare accipitur pro ſequi, ἀκολουθεῖν. Virgil. 2. Aeglog. At mecum raucis, tua dum veſtigia luſtro, Sole ſub ardenti reſonant arbuſta cicadis. ¶ Interdum patefacere, illuſtrare, illuminare, aperire. ἀποκαλύπτειν, λαμπρύνειν. Virg. 3. Aen. Poſtera Phœbea luſtrabat lampade terras Orta dies. ¶ Luſtrare exercitũ id eſt, recognoſcere, recenſere. [פקד pakad. ἐξετάζειν.] Cæſar lib. 7. bel. Gall. Legionibusq; omnibus ex hybernis ad fines Treverorũ evocatis, eò profectus eſt, ibiq; exercitum luſtravit. ¶ Huius verbi compoſita ſunt Colluſtro, illuſtro, perluſtro, quorum ſignificata vide ſuis locis.

Luſtrŏr, aris, paſſivè, Purgor, expior, diis reconcilior. [Vn. Meg tiſztúltatom.] Ovid. lib. 13. Metamorph. ego luſtror ab illis, Et purgante nefas novies mihi carmine dicto, Pectora fluminibus jubeor ſupponere centum. Idem lib. 10. Metam. magico luſtrabere ritu. Virgil. lib. 3. Aeneid. Luſtramurq; Iovi, votisq; incendimus aras. Vbi Serv. Aut luſtramur: id eſt, purgamur, ut Iovi ſacra faciamus aut certè luſtramur Iovi: id eſt, expiamur.

Lūſtrŏr, aris, d. p. Scortor, in luſtris & lupanaribus verſor, lupor. A' luſtris, quæ interdum pro meretricũ latibulis accipiũtur. [זנה zanah. πορνεύω. Gall. Hanter le bordeau, bordeler. Ital. Puttaneggiare. Ger. Huerey treyben/ zů böſen heuſern gehen. Hiſp. Andar por las putterias. Pol. Po zamtuziech ſię tułać. Vng. Paráználkodom, bordélyozkodom. Ang. To haunt the brothels houſe or bandetie.] Plaut. in Pſeud. Luxuriantur, luſtrantur, comedũt quod habent. Plaut. item in Caſin. Vnde is nihil: ubi luſtratus? ubi bibiſti?

Lūſtrātŭs, participium, Purgatus, expiatus: [מכפר mechuppar. ἀποκεκαθαρμένος. Gall. Purgé & nettoyé. Ital. Purgato. Ger. Gereiniget. Hiſp. Alimpiado por ſacrificio. Pol. Oczyſzczony. Vng. Meg tiſztíttatott, ſzepitetett. Ang. Purged, cleanſed.] ut Luſtratum atq; purgatum Capitolium, Liv. lib. 2. ab urbe. Martial. in præfat. lib. 8: Meminerit nonniſi religionis purificatione luſtratos accedere ad templa debere. Corpus luſtratum divino odore, Ovid. 14. Metamorph.

Luſtrātĭo, verbale, f. t. Circuitio, peragratio. [περίοδος. Gall. Aller à l'entour, tournoyement. Ital. Il torniare, l'andare quà & là. Ger. Das umbgehn/das hin und her gehn. Hiſp. Andadura en derredor. Pol. Przepatrowanie. Vng. Meg iárás, ſzemlélés. Ang. A compaſſing or going about.] Cicer. 2. Philip. Quæ fuit ejus peragratio itinerum? luſtratio municipiorum! ¶ Ponitur & pro ſacrificio expiationis. [כפור chippur. ἁγνισμός, καθαρμός. Gal. Purgation. Ital. Purgatione. Ger. Ein reinigung durch etwas opffer. Hiſp. Purgation. Pol. Oczyſzczenie. Vng. Meg tiſztítás, ſzentelés. Ang. A purging by ſacrifice.] Colum. lib. 2. cap. 28: Hoc loco certum habeo, quoſdam, quum ſolennia feſtorum præcenſuerim, deſideraturos luſtrationum, cæterorumq; ſacrificiorum, quæ pro frugibus fiunt, morem priſcis uſurpatum.

Luſtrātŏr. [καθαρτής. Vn. Szemlélő, el nézõ, el iárò, bodozo.] Apuleius in Apologia: Hercules luſtrator orbis, purgator ferarũ, gentium domitor.

Lūſtrāmĕn, inis, n. t. Luſtratio. [Vn. Meg tiſztítás, ſzentelés.] Valerius lib. 6 Argonaut. Semineceſq; duces inter ſua tela, ſuosque Inter equos ſævam miſero luſtramine verſant Cõgeriem.

Lūſtrāmĕntum, ti, n. ſ. [Vng. Kitiſztító ſzöbaia tiſztogatás.] Purgatio facta per veneficium, aut ſacrificium, aut incantationem, à luſtrando dictum. Marcel. ad leg. Cornel. de Venef. & ſicar. l. ejuſdem. Si, quis, inquit, luſtramenti cauſa dederit cantharides.

Lūſtrālĭs, ſtrale, om. t. Quod luſtrandi: hoc eſt, purgandi, ſeu expiandi vim habet. [ἀγνιστικός, καθαρτικός. Gall. Purgatif. Ital. Purgativo. Ger. Das zu der reinigung/oder verſünung gehört. Hiſp. Coſa para alimpiar. Pol. Do oczyſzczenia ſpoſobny. Vng. Szentelő. Ang. Purgative.] Vnde aqua luſtralis dicitur, quæ à ſacerdote luſtrationis: hoc eſt, purgationis cauſa aſpergebatur. Ovid. 3. de Ponto: Spargit aquã captos luſtrali Graia ſacerdos. Sic Luſtrale ſacrificium dicitur, quod luſtrationis cauſa fit. Liv. lib. 1: Sacrificium luſtrale in diem poſterum parat. Luſtralia exta, veteres dixerunt præpinguia: eò quòd luſtralis: id eſt, quinquennalis bos dicitur eſſe perfectę ætatis. Adi vocem MOLA, ubi certa hujus rei ratio redditur.

Lūſtrĭcŭs, a, um, Luſtralis. [καθαρτήριος. Vng. Szentelő, tiſztító. Ang. Pertaining to purging & making holy.] Vnde Luſtrici dies infantium appellantur: puellarum octavus, puerorum nonus: quia his infantes luſtrantur, & nomina eis imponuntur. Hæc Feſtus. ¶ Et qui eos luſtrant, luſtratores vocantur, & fœminæ luſtratrices: & qui luſtrantur, luſtrati nominantur.

Lūſtrĭfĭcŭs, a, um, idem quod luſtralis: [[illegible]. Vng. Szentelő, tiſztító.] ut, Cantus luſtrificus, Valer. 3. Argon.

Lūſŭs, vide Ludo in LVDVS.

Lutamentum, Lutarius, vide LVTVM.

Lutĕă,æ,f.p. Herba est in aquosis & palustribus locis nascens, flore rufo vel aureo, cauliculos spargens cubitales, eoq; majores, quorũ è geniculis folia exeunt gracilia, salicis foliis non dissimilia. Ἀυτοφάρμακον quibusdã. Rustici Carmelam vocant pannorum infectoribus hoc nomine notissimam, qui cærulei coloris pannos ei incoquentes, colorem viridem efficiunt. Nam ex flavi cæruleiq; commistione viridis color emergit. Qua ratione olim etiam adulterinam chrysocollam conficiebant, lutea herba cæruleo subtrita Plin.lib.33.cap.5: Luteam putant à lutea herba dictam, quam ipsam cæruleo subtritam, pro chrysocolla inducunt, vilissimo genere atq; fallacissimo.

Lutĕr,eris, penult.prod. [λουτήρ. Vng. Borulegyteni valo edény.] Vasis genus est (ut quidam existimant) quo vinum diluitur: cujus meminit Hieronymus in Iovinianum. ¶ Alii hoc nomine pelvim significari arbitrantur, aut certè vas in quo vasa abluuntur. Quibus etiam vocis ipsius etymon suffragari videtur, quòd ἀπὸ τοῦ λούειν: hoc est, à lavando deducitur. [Vng. Mosdencze.] ¶ Vnde & λουτήριον deminutum inde nomen vasis genus est, Iulio Polluci, in quo calices abluuntur. [Vng. Pohár, es kanna moso edény.]

Lutescere, Vide LVTVM.

Lūtĕŭs, tea, teum, prima syllaba producta, Quod est coloris rufi, sed dilutioris. [צָהֹב tsahob. ὠχρός. Gall. Iaune. Ital. Di color d'oro, giallo. Ger. Gelb/od gelbfarb. Bel. Dotyer verwe/goud gheel. Hisp. Cosa de color amarillo. Pol. Zol'tawi. Vng. Verbenyh. sárga. Ang. Pale yealow lik the yolke of an egge.] Vnde Luteum ovi, dicimus pro vitello, qui albumine ambitur. ¶ Hujus nominis primitivum est lutum priore syllaba producta, quo nomine herba quædam significatur, croceo colori tingendo idonea, quam & luteam nominat Plinius, ut paulò pòst latiùs sumus dicturi. Hoc colore nuptialia vela, quæ flámea vocabant, olim tingebantur. Plin.lib.21.cap.8. Lutei video honorē antiquissimum, in nuptialibus flammeis totum fœminis concessum. Lucanus lib.2: Lutea demissos velarunt flammea vultus.

Lūtĕŏlŭs, diminut. [ὑπόχλωρος. Gall. Vn peu iaune. Ital. Alquanto giallo. Ger. Gälblechtig. Hisp. Vn poco de color amarillo. Pol. Zol'ciuchna. Vng. Verbenyh. sárgácska. Ang. Somewhat yealow, yealowyh.] Virg.2.Aegl. Mollia luteola pingit vaccinia caltha. Colum lib.12. cap.47: Oliva pausea vel orchitã, quum primùm ex albo dulcoratur, fitq; luteola.

Lŭtĕŭs, priore correpta, Vide LVTVM, priore correpta.

Luto,as, vide LVTVM.

Lutră,æ,f.p. Animal est ex iis, quę Græci ἀμφίβια vel ἐνυδρα vocant, simile fibro, sola cauda ab eo differens. ἐνυδρις Herodoto. Nam fiber, piscis caudam habet. [Gall. Vn Loutre. Ital. Lodra. Ger. Ein otter. Hisp. Nutria. Pol. Widra. Vn. Vidra. An. An otter.] Plin.li.8 cap.30. de fibro loquēs: Cauda piscium iis: cætera pars lutræ. Vtrũq; aquaticum, utriq; mollior pluma pilus.

Lŭtum,ti, pen. correp. n.f. Cœnum. [טִיט tit. בֹּץ bots. πηλός. Gall. Boue, fange. Ital. Fango, loto. Ger. Lätt/kaat/leim. Bel. Leem/slyck. Hisp. Lodo. Pol. Bl'oto. Vng. Sár. Ang. Claye, dirte.] Iuvenalis Satyr.6: Compositiq; luto nullos habuēre parentes. Horatius lib.1. Epist.2: Vixisset canis immundus, vel amica luto, sus. ¶ Per translationem dixit, Fictus ex argilla & luto homulus, Cic. in Pisonem. Volutatus in luto totius corporis vestigiis Verres, 6. Verr. Tibullus lib.1. Elegia 4: Fictilia antiquus primùm sibi fecit agrestis Pocula, de facili composuitq; luto. ¶ In eodem luto hæsitare: id est, in eodem statu, eodemq; periculo manere. Terentius in Phormione: quid nunc porrò? Quid fiet? in eodem luto hæsitas, vorsuram solvis Geta: præsens quod fuerat malũ, in diem abiit, plagæ crescunt. ¶ Huic penè contrarium est Extra lutum pedes habes, ἔξω τοῦ πηλοῦ πόδας ἔχεις: hoc est, emersisti è periculo, aut extra periculũ constitutus es. A' viatoribus sumptum. ¶ Lutum luto purgare, πηλῷ πηλὸν ἐκκαθαίρειν, dicitur ubi res sordida sordibus tollitur: hoc est, quum sordes non tolluntur, sed aut mutantur, aut augentur etiam. Apollonius. ¶ Per translationem Plautus in Persa lenonem vocat lutũ. Possum, inquit, te facere, ut argentum accipias, lutum? Quemadmodum Cicero sæpè Antoniũ & Pisonem vocat cœnum.

Lŭtĕŭs,a,um, prima syllaba correpta, Quicquid ex luto confectum est: [πηλώδης. Gall. Fait de boue ou de mortier, de terre. Ital. Di terra, di loto. Ger. Leimin/das auß läm gemacht ist. Hisp. Cosa toda de lodo. Pol. Bl'otem oblepiony. Vng. Sárbol valo. Ang. Made of clay.] ut, Luteus paries, lutea vasa. Ovid.lib.1. Fast. ignoraq; prodit hirundo, Et luteum celsa sub trabe fingit opus. ¶ Per translationem luteum dicimus, quicquid vile est, & nullius pretii. Plaut. in Pœn. Neq; perjurior, neq; pejor alter usquã est gentiũ, Quàm herus meus est, neq; tàm luteus, neq; tàm cœno collitus. Idem in Truc. Blitea & lutea est meretrix, nisi quæ sapit in vino ad rem suã. Cic.6. Verr. Tum illos cœpisse Prætori dicere, putasse id se, quod audissent, alicujus pretii scyphos esse Pamphili: luteum negotium esse, non dignum quod in suo argento Verres haberet.

Lŭtōsŭs,a,um, Cœnosus, luto plenus, vel luto infectus, lutulentus. [πηλώδης. Gall. Boueux. Ital. Fangoso. Ger. Läckchtig/kaatechtig. Hisp. Lleno de lodo. Pol. Bl'otpisti. Vng. Sáros. Ang. Full of clay.] Plin.lib.18.cap.19: Lutosam terram ne tangito. Colum. lib.12.cap.54: Raporũ quàm rotundissima sumito, eaq; si sunt lutosa, detergito, & summam cutem novacula decerpito.

Lŭtŭlentŭs, a, um, Lutosus [πηλώδης, βορβορώδης. Vng. Sáros. Ang. Dirtie.] Colum lib.2. de Arboribus cap.12: Lutulentam terram neq; arare, neq; fodere oportet. Declamat. in Salust. Itaq; nihil aliud studet, quàm ut lutulentus sus cum quovis volutari. Horat.1. Serm. Satyr.5. de Lucilio: Quum flueret lutulentus, erat quod tollere velles.

Lŭto,as, act.p. Luto inficio, sive oblino. [πηλόω. Gall. Embourbir, faire de boue. Ital. Infangare. Ger. Mit leim oder läm beschmieren/mit läm oder kaat machen. Bel. Leemen. Hisp. Enlodar con lodo. Pol. Gliniam oblepiam. Vng. Be sározom. Ang. To defile with clay.] Cato de Re rust. cap.92: Postea conspergito amurca bene omne quod lutaveris. ¶ Ponitur etiam pro maculare. Mart. lib.14: Ne lutet immundum nitidos ceroma capillos.

Lŭtātŭs, Particip. [Vng. Be sározot, sárofzitatot.] Lampridius in Heliogab. Sed ubi primùm lutati sunt tituli statuarum, milites omnes exarserunt.

Lŭtēscĕrĕ, Significat luteum fieri, & in luti morem mollescere. [πηλοῦσθαι. Gal. Se convertir en boue. Ital. Divenir fango. Ger. Zu laat werden/und werden wie der kaat. Hisp. Ser enlodado. Pol. Wbl'oto sie obraczac, bl'otniec. Vng. Sárra lenni, sár vagy gyarlóvá leggeni. Ang. To waxe clay or lyk clay.] Colum. lib.8. cap.17: Nam quæ limo, cœnoq; lutescunt, ut antè jam dixi, conchyliis magis & jacentibus apta sunt animalibus. Nonius ex Poëta Vetere: Sanguine diluitur tellus, cava terra lutescit.

Lŭtāmĕntum,ti,n.f. Paries, aliudve opus ex luto cõfectum, lutóve oblitum. [πήλωμα. Gall. Chose faicte de terre ou boue. Ital. Cosa fatta di terra ò loto. Ger. Ein leimine oder kaatige wand. Hisp. Cosa hecha de lodo ò de tierra. Pol. Zbl'ota vliepiony. Vng. Sárbol csinált. Ang. A wall or any thing made of clay.] Cato de Re rust. cap. 128: Neque mures cava facient, neq; herbæ nascentur, neq; lutamenta scindent se.

Lŭtārĭŭs,a,um, quod in Luto degit: [πηλοχαρής. Gall. Qui vit en bourbier. Ital. Che vive nel fango. Ger. Das in dem kaat oder mist lebt. Hisp. Cosa que vive enel lodo. Pol. Na bl'ocgie mießkaiacy. Vng. Sárba lako. Ang. That liveth in the clay.] ut, Testudines lutariæ, apud Plin. lib.32. cap.4. Lutarius mullus, qui ex luto sibi pabulum petit, vilissimum ex omni mullorum genere, teste Plin. lib.9.cap.17.

Lūtum, pen. prod. n.f. Herba eadem est, quam & luteam diximus vocari, qua olim cæruleo subtrita chrysocollam adulterinam faciebant. Ἀυτοφάρμακον quibusdam. Virg.4. Aegloga: Ipse sed in pratis aries jam suave rubenti Murice, jam croceo mutabit vellera luto. Vitruvius, luteum appellat per tres syllabas. Vnde nonnulli etiam apud Virgilium, Luteo, legendum censent, duabus postremis syllabis in unam contractis.

Lūx, cis, f.t. Splēdor, fulgor, claritas, & propriè ea, quæ à Sole diffusa, orbem illustrat. [אוֹר or. φῶς. Gal. Lumiere, clarté. Ital. Luce, splendore. Ger. Liecht. Bel. Licht. Hisp. La luz. Pol. Swiatl'osc. Vng. Világosság. Ang. Light, clearenesse.] Cic. de Divin. Si Deus erat, cur se cõtra naturã abdidit, ut patefactus aratro lucē aspiceret? Hinc lucē intueri dicimus, pro vivere, ac vita frui. ¶ Quoniam aũt dies clara est, quemadmodum nox obscura, usurpatur quandoq; pro die, sicut nox, pro tenebris. Gell. lib 2. cap. 29: Alta luce orta, avis in pastum profecta est. Mart. lib.8: Quũ facias versus nulla non luce ducentos. Cic. pro Mil. Centesima lux est hæc ab interitu P. Clodii, & opinor ultra. ¶ Prima luce: hoc est, ubi primùm cœperit dilucescere: sicut cõtrà, Primis tenebris: id est, incipiente jam nocte. Terent. Adelph. Cæterùm rus cum filio cum prima luce ibo hinc. Vbi Donatus, Cum primo lucu legit. ita enim ait: Cum primo lucu, veteres dicebant, Lucũ pro luce, seu Sole ponentes. Ergo, Cum primo lucu, quùm primùm Sol cœperit lucescere. Liv.1. ab Vrbe: Vt omnes cives Romani, equites, peditesq; in suis quisq; centuriis in campo Martio prima luce adessent. ¶ Lux autem ἀπὸ τοῦ λύκου dicta est: λύκον enim veteres Græci appellant primã lucem, quæ præcedit Solis exortum: quod etiam summũ mane dicitur. ¶ Aliquãdo idem est, quod splendor, & nitor. Lucret.li.4: viridis cum luce smaragdi. Virg.2. Aen. Exultat telis & luce coruscus ahena. ¶ Aliquãdo est vitæ usus. Cic.1. Tusc. Tamen objiciebatur interdũ animo meus quidã, cogitanti fore aliquando finem hujus lucis, & amissionē omnium vitæ commodorũ. ¶ Lucis usurã alicui dare, est sinere eum vivere. Cic. in Verrē, act 7: Cur, inquam, civibus Romanis, quos piratæ cœperant, securi statim percussis, ipsis piratis lucis usurã tam diuturnam dedisti? ¶ In luce, pro in Repub. vel in publico, dixit venustè Cic. in Cat. Majore: Nec verò ille in luce modò, atque in oculis civium magnus, sed intùs domiq; præstantior. ¶ Lux mea, blandiendi vox, qua mulierculis blandimur. Mar-

tial. ad

tis],ad Gell. Si non mentiris, si verum lux mea dicis. Cic. Terent.lib.14: Item, mea lux, meum desideriū. ¶ Lux pro oculis, Stat.lib.11.Theb. & effossę squalent vestigia lucis. ¶ Luces in plurali, pro stellis. Cic.in Arato: Illæ quæ fulgent luces ex ore corusco.

Lūcī, adverbium, Interdiu, de die: cui opponitur noctu. [יוֹמָם yomām. Gall. *De iour.* Ital. *Di giorno.* Ger. Am tag/oder tagszeit. Hisp. *Entre dia.* Pol. Wdnie. Vng. *Nappal.* An. *In tyme of day.*] Cic.12.Philip. Quis enim audeat luci, quis in militari via, quis bene comitatum, quis illustrem aggredi? Plautus in Menæchmis: O' facinus indignum & malum, Epidamnii cives, herum meum Hoccin pacato oppido luci deripier in via.

Lūcŭlentŭs, a, um, Quod est luce plenū, splendens, clarus, splendidus. [בָּהִיר *bahir* נֹגַהּ *noghah.* λαμπρός, εὐφεγγής. Gall. *Fort clair, plein de lumiere.* Ital. *Rilucente, chiaro, splendido, pieno di luce.* Ger. Hell/klar/liecht. Hisp. *Claro, lleno de luz.* Pol. *Iasni, swietni.* Vng. *Vilagos, fenÿ nӧklӧ.* Ang. *Bright, full of light.*] Cicer.Treb. Camino luculento utendū. Plaut. in Curc. Pulchrum & luculentum hoc nobis evenit prælium. ¶ Aliquādo accipitur pro ornato, gravi, elegāti. Salust. in Catilina: Tum M. Tullius orationem habuit luculentam, & utilem Reipub. ¶ Ponitur aliquando pro probato, & optimo: ut quū Cic. ad Attic.lib.7. dicit: Luculentus autor, & luculēta conditio: id est, optima, vel opima. Plautus in Rud. Vin' tibi luculentam conditionem ferme? ¶ Aliquando pro divite. Plaut. in Capt. Multos jam lucrum luculentos homines reddidit. ¶ Aliquando pro magno. Cic.7. Philipp. Luculentam tamen ipse plagam accepit, ut declarat cicatrix.

Lūcŭlentĕr, adverbium, Egregiè & splendidè, valde multum. [λαμπρῶς. Gal. *Clairement, gentement.* Ital. *Chiaramente, splendidamente.* Ger. Fein/herrlich/scheinbarlich. Hisp. *Clara y manifiestamente.* Pol. *Iasnie, swietnie.* Vng. *Ielesen, nyiluan, vildgossan.* Ang. *Clearlie, planelie.*] Cicer.2.de Finib. Quum Græcè, ut videor, luculenter sciam.

Lūcŭlentē, Idem. [Vn. *Nyilván, ielessen.*] Cic.1.de Divinat. Quū ipse paucis interpositis versibus dicas satis luculentè. ¶ Aliquando ponitur pro apertè. Cic. de Claris Orat. Et luculentè scripserunt, etiamsi minus quàm tu politè.

Lūcŭlentĭtās, tatis, Antiquū est. Laberius Tucca, ut citat Nonius: Dominus noster tua luculentitate captus. Cæcilius Hymnide: Vide Luculentitatē ejus, & magnificentiā apud eundē.

Lūcĕo, ces, xi, n.f. Splēdeo, lucem emitto. [אוֹר *or* נָגַהּ *naghah.* ἐκλάμπω, λάμπω, φαίνω. Gall. *Luire, rendre lumiere & clairté.* Ital. *Lucere, risplendere.* Ger. Scheinen Bel. lichten. Hisp. *Luzir o resplandecer.* Pol. *Swiecę sie.* Vng *Vilagoskodom.* Ang. *To geue light, to shine.*] Cic. in Somn. Scipionis: Luna quæ luce lucebat aliena. ¶ Aliquādo significat diem esse. Plaut. in Mil. Vigila, expergiscere, inquam, lucet. Cicer. pro Roscio Amerino: Occisus est cœna rediens: nondum lucebat, quū Ameriæ scitum est. Idem 7. Verrina: Lucebat jam ferè. ¶ Lucere facem alicui aut cereū, est alicui præferre facem aut cereū. Plaut. in Cas. Primū omniū huic lucebis novæ nuptæ facem. Idem in Curc. Tute tibi puer es lautus, luces cereum. ¶ Ejus composita sunt, Alluceo, colluceo, diluceo, eluceo, illuceo, interluceo, pelluceo, sive perluceo, reluceo, & transluceo: quorum significata suis explicantur locis.

Lūcēscit, vulgò *dilescit.* [ὑποφαίνει, ἡμέρα γίνεται. Gall. *Il fait clair, il fait iour, le iour poind.* Ital. *Si fa giorno.* Ger. Es taget/es fahet an heller werden. Bel. Et werd licht. Hisp. *Se haze dia.* Pol. *Dnieie.* Vng. *Meg virrad.* Ang. *It waxeth light or day.*] Plaut. in Amphit. Exire ex Vrbe priusquam lucescat volo. Liv.4.ab Vrbe: Et jam lucescebat, omniaq; sub oculis erant.

Lūcēns, particip. Splendens, conspicuus. [נֹגַהּ *noghéah.* φαίνων. Gal. *Luisant.* Ital. *Lucente.* Ger. Scheinend. Hisp. *Luzida cosa, resplandesciente.* Pol. *Swiecąci sie.* Vng. *Vilagos, fenÿ dӧklӧ, fenlӧ.* Ang. *Geuing light.*] Virgil.6.Aeneid. Lucentemq; globum lunæ. Faces lucentes, Ovid.3.Fast. Marmora lucentia, Stat.1.Syl. Tunicæ lucentes auro, Idem 9.Theb.

Lūcĭdŭs, a, um, Clarus, perspicuus, luculentus: [בָּהִיר *bahir* נֹגַהּ *noghah.* φανερός, φωτεινός. Gall. *Clair, plein de lumiere, rendant clarté.* Ital. *Lucido, chiaro.* Ger. Das heiter und hell ist/scheinbar. Bel. Klaer. Hisp. *Claro, luzio y resplandesciente.* Pol. *Swiatli, iasno.* Vn. *Vilagos, tiszta swudӧkӧ.* Ang. *That giueth light ful of light.*] ut, Lucida nox, apud Plin.lib.2.cap.7. Ovid.Epist.21: Nec premit articulos lucida gemma meos. Idem 1.Fast. Lucidior visa est, quàm fuit antè, domus. Horat.1. Carm. Ode 3: Sic fratres Helenæ lucida sydera, &c. ¶ A' quo Pellucidus, & Translucidus. διαφανής. Quintil.lib.8: Similiter illa translucida, & versicolor quorundam elocutiores ipsas effœminat. Lucidum autem & luminosum differunt, quòd lucidum sit, vel per se splendidū, vel facilè illuminetur: luminosum verò quòd multis foraminibus illuminatur.

Lūcĭfer, penult.corr. m.f. Stella Veneris, ita dicta, quū antegrediat Solem: quū subsequitur, Hesperus. Cic.li.2.de Nat.deor. & Varr.3.de Re rust. cap.5. [הֵילֵל *helel* נֹגַהּ *noghah.* φωσφόρος. Gall. *L'estoille du iour.* Ital. *Stella diana.* Ger. Der Morgenstern. Bel. Die Morgensterre. Hisp. *El luzero del alua.* Pol. *Iutrzenka.* Vng. *Haynal csillag.* Ang. *The day starre.*] Infima est quinq; errantiū (inquit Cic. de Natu.2.) terręq; proxima stella Veneris, quę φωσφόρος Græcè, Lucifer Latinè dicitur, quum antegreditur Solem: quum aūt subsequitur, Hesperus. Virg.li.2.Aen. Iamq; jugis summæ surgebat Lucifer Idæ, Ducebatq; diem. Ovid.8.Metam. Iam nitidum retegente diem, noctisq; fugāte Tempora Lucifero: cadit Eurus, & humida surgūt Nubila. *&c.*

Lūcĭfĕrŭs, fera, ferum, Adferēs lucē: [ὁ φωσφόρος. Gall. *Qui porte lumiere.* Ital. *Che porta lumiera ò luce.* Ger. Das liecht bringt. Hisp. *Cosa que haze ò trae luz.* Pol. *Swiat l'orodzacÿ.* Vng. *Vilagosség hozó.* Ang. *That bringeth light.*] ut, Diana lucifera, Valer.Arg.7. Equi luciferi. Ovid. Epist.11: Iam novies erat orta soror pulcherrima Phœbi, Denaq; Luciferos Luna premebat equos. ¶ Luciferū Poetæ filiū faciunt Iovis & Auroræ, qui Trachyniā nymphā amavit, & ex ea suscepit geminā prolem, Ceycen videlicet & Dædalionem. Dictus aūt est Auroræ filius, quia stella illa, quæ & Venus dicitur, manè Solem præcedens, quasi ex ejusdem sinu oriri videtur. Virg.Aeglog.8: Nascere præq; diē veniens age Lucifer almum.

Lūcĭfĭco, as, penult. corr. Lucidū facio: à quo compositū Elucifico, de quo suprà. Agnoscas verbum è Calepini officina.

Lūcĭfŭgŭs, & Lucifuga, pen.cor. Qui fugit lucē. [ὁ τὸ φῶς φεύγων, φιλοσκότος. Gal. *Qui fuit la lumiere.* Ital. *Che fugge la luce.* Ger. Ein liechtscheuw/der das liecht fleucht/und lieber in d finstere ist. Hisp. *Cosa que huye de la luz.* Pol. *Przed swiatl em veyiekaiacy.* Vng. *Vilagosságtal futo.* Ang. *That fleeth frome light.*] Cic.1.de Finib. Lucifugi, maledici, monstrosi, etiā aliis amatoriis levitatibus deditis. Virg.4 Georg. nam sæpè favos ignotus adedit, Stellio, & lucifugis cōgesta cubilia blattis. ¶ Seneca Lucifugas homines appellat, qui contra naturam nocte utuntur pro diequi & λυχνόβιοι dicuntur, quasi lucernarii.

Lūcĭgĕnă, f.p. Luce genitus. [λυκηγενής. Gall. *Engendré de lumiere.* Ital. *Generato di luce.* Ger. Vom liecht erboren. Hisp. *Engendrado de luz.* Pol. *Zswiatl'asiji vrodzeni.* Vng. *Nappal szwlettetet.* Ang. *Begotten of light.*]

Lūcernă, f.p. Instrumentū, in quo unū plurave ellychnia accensa, oleoq; sota, nobis lumen præbet, quanquā etiam non rarò pro ipso lumine accipitur. [נֵר *ner,* λύχνος. Gall. *Lampe, lumiere.* Ital. *Lucerna.* Ger. Ein kertz oder ampel. Bel. Een keertse oft lampe. Hisp. *El candil.* Pol. *Swieca, item lampa.* Vng. *Giertya tarto, gyertya szӧvetnӧk.* Ang. *A lampe or light.*] Hujus prima corripitur, quū tamen in luceo producatur. Iuvenalis: Dispositæ pinguē nebulam vomuēre lucernæ. Cic.4.Acad. Itaq; Timagoras Epicureus negat sibi unquā, quū oculū torsisset, duas ex lucerna formulas esse visas. Plaut. in Mostel. Lucernā fortè oblitus fueram extinguere. Plinius: Ex medulla ejus elegantiū lucernarū ellychnia fiunt. Lucernarum usum primi Aegyptii monstravēre, ut autor est Eusebius lib.10, Præparat. Evang. Lucernarū alia simplex est: quæ habet partem unam tantùm exporrectā, & quæ uno ellychnio cōtenta est: quæ cubicularia dicitur: de qua Martialis lib.14: Alia dimyxos, ad duo ellychnia ferenda, alia trimyxos, ad tria, alia polymyxos, ad plura. Martial.li.14: Illustrem quum tota meis cōvivia flammis, Totq; geram myxos, una lucerna vocor. ¶ Lucernam adhibes in meridie, λύχνον ἐν μεσημβρίᾳ ἅπτεις. Id est, facis, non suo tempore: aut, explicas quæ per se sunt clarissima.

Lūcernŭlă, diminutivum. [λυχνίον. Vn. *Szӧvetnӧkӧcske.*]

Lūcernārĭŭs, Qui lucernam fert. [λυχνοῦχος. Vn. *Szӧvetnӧk hodozo.*] Lucernarium oleum, Vide in voce, OLEVM.

Lūcubro, lucubras, penult.corr. Vigilo, & nocte ad lucernā aliquid compono. [νυκτογραφῶ. Gall. *Veiller de nuit, besongner à la chandelle.* Ital. *Vegghiare, comporre, ò scrivere qualche cosa vegghiādo.* Ger. Bey dem liecht zu nacht arbeiten. Hisp. *Velar trabajando à la candela.* Pol. *Prisłwiecę nankspilnuie.* Vng. *Vigyazok, éyel munkálkodom.* An. *To make any thing by candell light.*] Varro de Origin. Nō solùm ad Aristophanis lucernam, sed etiam ad Cleanthis lucubravi. Livius lib.1.ab Vrbe: Sed nocte sera deditam lanæ, inter lucubrantes ancillas in medio ædium sedentem inveniunt. Cicero in Paradox. Accipies igitur hoc parvum opusculum lucubratum his jam contractioribus noctibus.

Lūcubrātĭo, onis, f.t. Vigilia, & opus quod fit lucubrando. [ἡ ὑπὸ φῶς ἐργασία, ἀγρυπνία. Gal. *Veille ou besongne faite à la chandelle.* Ital. *Vegghia ò compositione è scritto fatta alla candela.* Ger. Ein arbeit zu nacht bey dem liecht. Hisp. *Aquella obra de velar ò trabajar à la candela, cosa hecha à la candela.* Pol. *Nauka albo praca prsyswietle.* Vng. *Eyeli vigyazás.* Ang. *A studying by candell, a worke made in the night by candell.*] Cicero lib.1 de Natura deorū: Nam ista quæ vos dicitis, sunt tota commentitia, vix digna lucubratione ancillarum. ¶ Sunt & lucubrationes rusticanæ, vespertinæ & antelucanæ, quando à vespere & ante lucem conficiunt intra villam opera rei rusticæ conducibilia. Columella lib.11. cap.2:

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

cap 2: Item ad lucubrationem vespertinam palos decem, vel ridicas quinque conficere, totidemq; per antelucanam lucubrationem.

Lūcubrātiuncŭlă, diminutivum. [Vn. Vigyázásotska.] Gell. lib. 20. cap. ult. Voluptasq; erit lucubratiunculas istas cognoscere.

Lūcubrātōrĭă lectica à Tranquillo in Augusto cap. 78, dicitur in qua lucubrare solebat Augustus. [Vn. Vigyázó lektika.]

Luxo. as, act. p. Membrū aliquod intorqueo, & loco suo moveo, à verbo Græco λύω, solvo. [הוקיע hokiah. ἐκβάλλω, ἐξαρθρόω. Gall. Desmettre de son lieu, desnouer. Ital. Slogare, sconciare, muover di luogo. Ger. Verrenckē. Hisp. Descoiuntar o desencasar hueßos. Pol. Wywinąć em, wywracam. Vng. Ki menyitem, ki rekesztem, ki facsarom. Ang. To put out of ioint.] ❡ Vnde luxa, sive luxata membra dicuntur locis suis mota, & soluta ἐξηρθρωμένα. Plin. lib. 38. Cato prodidit luxatis membris carmē auxiliari: M. Varro podagris. Idem lib. 31. cap. 6: Luxata hominum corpora & quadrupedum natando in cujuslibet generis aquam facillimè in artus redeunt. ❡ Et luxati, dicuntur quorum membra suis locis mota sunt. ἐξηρθρωμένοι. Idem: Althææ radix decocta luxatis prodest. ❡ Stirpium quoq; radices luxari dicuntur, quum aratro aut ligone perstrictæ mutilantur, locoq; moventur. Plinius lib. 17. cap. 24: Aut culpa vinitorum colentium ægrotant vites, quum perstringuntur: aut circunfossor injuriosq; ictu verberavit, vel etiam subarator imprudens luxavit radices corpúsve desquamavit.

Luxŭs, xi, [Vn. Kificzamodás, ki teres, belinnulás.] Probus in Catholicis: Luxus hujus luxus luxuriam scilicet significans. Terentius: Adolescens luxu perditus. Nam luxus vacillans, luxi facit. Salustius in ablativo, luxo pede.

Lŭxŭs, xus, m. q. Non solùm pro re venerea, sed etiam, & ferè semper, propriéq; pro omni superfluitate, & nimia profusione, & sumptuosiore cibi, vestitus, & aliarū rerū cura dici solet. [סרח serach עגב haghab עגבה haghbah תזנות taznuth ἀσωτία. Gall. Superfluité, excez. Ital. Lussuria, sontuosità. Ger. Ein unzimliches oberfluß/ unmaß/ geilheit Bel Overvloedicheyt/ onmaeticheyt. Hisp. Qualquiera superfluidad viciosa, luxuriosa. Pol. Zbytnie piçie, Rozpustnosç, Zbitek. Vng. Fayialág. Ang. All superfluitie and excesse in carnall pleasure, sumptuous fare or building.] Cic. 5. Verr. Nisi fortè existimatis, eum in vino & luxu non eisisse, qui, etc. Regali luxu splendida domus. Virg. lib. 1. Aeneid. At domus interior regali splendida luxu Instruitur. Regifico luxu paratæ epulæ, Virgil 6. Aeneid. Tacit. lib 20: Effugi in luxum, & epulas, & nocturnos cœtus. ❡ Luxum deponere, est fastū, pompam, habitusq; splendorem abjicere. Claudian. lib. 2: Sub tua purpurei venient fastigia reges, Deposito luxu.

Luxŭrĭă, æ, f. p. sive Luxuries, ei, f. q. Lascivia, petulantia, immodicus voluptatum deliciarumq; usus, nimiaq; non modò in rem veneream, verumetiā in molliorem vestitum, lautioresq; epulas profusio. [סרח serach עגב haghab עגבה haghbah תזנות taznuth ἀσωτία. Gall. Superfluité, excez. Ital. Lussuria, superfluità. Ger. Uberflüssigkeit/ unmässigkeit/ geilheit/ mutwill in essen/ trincken/ kleydūg/ etc. Hisp. Luxuria, superfluidad. Pol. Rozpustnosç, wszeteczeństwo. Vng. Buyialkodás, buyiaság. Ang. Superfluitie, excesse.] Cicero lib. 1. Offic. Luxuria cum omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est. Et paulò pòst: Turpe est diffluere luxuria. Idem pro Muræna: Odit populus Romānus privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit. Idem pro Sexto Rosc. In urbe luxuries creatur, ex luxuria avaritia, ex avaritia erumpit audacia. Idem 2. Verr. Luxuries in flagitiis, crudelitas in suppliciis. ❡ In segetibus item, cæterisq; stirpibus, luxuries dicitur, quum alimēti ubertate quodammodo lasciviunt, herbarum frondiūmve copiam justo majorē emittentes. ἐξυβρισμός. Virg. li. 1. Geor. Luxuriem segetū tenera depascit in herba.

Lŭxŭrĭōsŭs, a, um, Immodicè voluptatibus, deliciisq; indulgens, & non solùm in rei venereæ usu, verùm etiam in epularum apparatu, vestiumq; ornatu modum excedens, in voluptate corporis profusus, lascivus. [עגב haghab זנה zoneh. ἄσωτος, ἐκλελυμένος, ἀσελγής. Gall. Luxurieux, excessif, trop sumptueux. Ital. Lussurioso, dissoluto, sontuoso Ger. Dem uberfluß und mutwillen ergeben: Uberflüssig/ unmässig/ geil. Bel. Dertel/ brooddroncken. Hisp. Viciosa, superfluo, y luxurioso. Pol. Wszeteczny, zbytny, rozpustny. Vn. Buyialkodo, tobzodo. Ang. Excessive, or superfluous, very costly.] Quintilianus in Procem. lib. 1: Muliebris & luxuriosus cultus non corpus exornat, sed detegit mentē. Cicero de leg. Agrar. contra Rullū: Vt in suis rebus, ita in Rempubl. luxuriosus nepos. Idem 6 Philipp. Multa & lauta supellex, non illa quidem luxuriosi hominis, sed tamen abundantis. Cicer. 2 de Finib. Si ea quæ sunt luxuriosis efficientia voluptatum, liberarent eos deorum & mortis, & doloris metu etc. Ibidem: Luxuriosi reprehendendi sunt ob eam ipsam causam, quòd ita vivant, ut persequantur cujusq; modi voluptates. ❡ Luxuriosa lætitia dicitur nimia, & profusior quàm par sit. Livius lib. 2. ab Vrbe condita: Sed patribus nimis luxuriosa ea fuit lætitia. ❡ Luxuriosa frumenta, quæ tam confertim, & copiosè nimis proveniunt, ut immitti in ea soleant oves ad depascendum. Cicero in Oratore de rusticis agens: Siquidem est eorum gemmare vites, sitire agros, lætas esse segetes, luxuriosa frumenta. ❡ Luxuriosa vitis, quæ plures æquo frondes habeat, aut farmenta. Colum. lib. 4. cap. 21: Siquidem luxuriosa vitis, nisi fructu compescitur, malè desflorescit. & in materiam frondemq; effunditur. ❡ Luxuriosa pabula, quæ maximā herbarum copiam adferunt. Plin. lib. 17. cap. 4: Nec luxuriosa pabula pinguis soli semper indicium habent.

Luxŭrĭōsē adverbium: [ἀσώτως. Gall. Avec excez & superfluité, excessivement. Ital. In superfluità, eccessivamente. Ger. Uberflüssiglich/ unmässiglich/ in mutwillen und uberfluß. Hisp. Viciosa y superfluamente. Pol. Zbytnie, hojniani. Vng. Buyiáu. Ang. Excessiuelie superfluouslie.] ut, Luxuriosè vivere: id est, molliter & delicatè. Cic. pro Celio: Cum facinorosis audacter, cum libidinosis luxuriosè vivere.

Lŭxŭrĭo, xurias, n. p. & luxurior, luxuriaris, d. p. Propriè de plantis dicuntur, quum nimia alimenti ubertate quodammodo lasciviunt, ramos, frondesq; justo plures emittentes. [סרח sarach. ἐξυβρίζω. Gall. S'abandonner à toutes superfluitez, delices & voluptez, croistre trop. Ital. Redundare, soprabondare, lussuriare. Ger. Geilen. Hisp. Lozaniarse, ser superfluo. Pol. Rozkoszowaç, item zbytkowe pałętę. Vng. Buyialkodom. Ang. To springe or grow rankelie, to excede, to be wanton and geuen to riote.] Col. lib. 5: Cacumina virgarum, ne luxurientur, demutilato. Plin. lib. 18. cap. 24: Aliqui in frigidis ab æquinoctio autumni: in calidis serius, ut ante hyemem luxurient. Agri quoq; præpingues luxuriare dicuntur, quum abundè stercorati præter modum feraces evadunt. Ovid. 1. Epistol. Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus. ❡ Trāsfertur & ad homines, quos & ipsos luxuriare dicimus, quum rebus secundis, otiove lasciviunt. [Ger. Dem uberfluß/ mutwillen und geilheit pflegen. Bel. Dertelen / brooddroncken zijn.] Tibullus: Luxuriant animi rebus plerunq; secundis. Ovidius Epist. 15: Deliciisq; decet luxuriare novis. Idem lib. 3. Fast. Nos quoq; idem facimus tunc, quum juvenilibus annis Luxuriant animi, corporaq; ipsa vigent. Liv. li. 1: Positis externorum periculorum curis, ne luxuriarent otio animi, quos metus hostiū disciplinaq; militaris continuerat. ❡ A' luxurior fit compositum Eluxurior, de quo vide suo loco.

Lŭxŭrĭāns, tis, partic. [סרח sorêach. ἐξυβρίζων. Vn. Buyialkodo. An. That vseth thinges excessiuely.] Horat. lib. 2. Epist. 2: Latiumq; beabit divite lingua: Luxuriantia compescet, nimis aspera sano Levabit cultu.

Lŭxŭrĭātŭs, participiū. [סרח sorêach, ἐξυβρισμένος. Vn. Buyialkotot. An. That hath vsed thinges excessiuely.] Ovid. lib. 5. Trist. Non tamen ut lusit, rursus mea littera ludet: Sit semel illa mea luxuriata joco. Fames luxuriata multo sanguine, Stat. 2. Theb.

L ante Y.

Lybiestason, Glyzirhyza, Dioscor. lib. 3. cap. 6.

Lycanthemon, Smilax apud Dioscor. lib. 4. cap. 145.

Lycapsos, Anchusa, teste Aetio, Serm. 10. cap. 2.

Lychene, Rubus apud Dioscor. lib. 4. cap. 147.

Lychni fictiles, per noctem lucentes, monomyxi, dimyxi, trimyxi, polymixi: id est, angulorum fluminum, unius, duorum, trium, plurium: violæ similis, quo corallæ fastinantur. Vide Dioscor. lib. 3. cap. 113.

Lўcanthrōpĭă, λυκανθρωπία, Melancholicæ affectionis sive insaniæ genus est, quo qui afficiuntur, lycanthropi, λυκάνθρωποι dicuntur, teste Aegineta, eò quòd lupos imitentur, noctu tectis exilientes, & ad diē usq; inter sepulchra deversantes, facie interim pallida, oculisq; arcicētibus, & lingua siti būdi quoq; cruribusq; immedicabiliter exulceratis. [Pol. Wilkołek.]

Lўchnĭs coronaria. [λυχνὶς στεφανωματική. Pol. Stokroc.] Herba est quę à Romanis gonicularu vel bellaria vocatur. Florē habet violę albę magnitudine, sed purpureū. Nectitur ad coronas. Plin. lib. 21. cap. 4 rosam Gręcā appellat: vulgus hodie Candelarum. ❡ Lychnis sylvestris, λυχνὶς ἀγρία, herba est sativæ lychnidi per omnia similis, cujus radicē Afiani bolitem vocant. Dioscorides à Romanis accipitrinū pedem appellari testatur. Penitùs tamen diversa est à lysimachia, sive lutea, quā vulgus hodie Accipitrini pedis nomine cognoscit. ❡ Plin lib. 25. cap. 10: Lychnidem agriā scribit esse herbam lino similem, radice nulla, flore hyacinthi, semine vitulinarum narium similitudinem referente, alioq; nomine antirrhinon, sive anarrhinon appellari.

Lychnītēs, pen. prod. [λυχνίτης. Vn. Eeter marvan kő.] Marmor album, quod in Paro insula effodiebatur: sic cognominatum, quòd ad lucernam in cuniculis cæderetur, sicut Plin. li. 36. cap. 5. testatur. ❡ Est etiam hoc nomine gemma ardens, ita dicta à lucernarum accensarum præcipua gratia. Plin. lib. 37 cap. 7.

Lўchnītĭs, tidis, f. t. λυχνῖτις. Herba est ex phlomidos generibus, alio nomine thryalis dicta: foliis ternis aut quaternis, crassis, pinguibus, plumosis, ad lumina lucernarum utilibus. Autor Plin. lib. 25. cap. 10.

Lychnus, ni, m. f. [נר ner. λύχνος, Græcis idem est quòd nobis lucerna.

lucerna, παρὰ τὸ λύειν τὸ νύχος. Gall. *Lampe, lumiere, chandelle.* Ital. *Lucerna, lume.* German. Ein Liecht/Kertz oder Ampel. Hisp. *Candil, lumbre.* Polon. *swieca, lampa.* Vngar. *Giertya, vilag, fe-tek.* Angl. *A lampe, light or candle.*] quòd tenebras solvat. Virg. 1. Aen. -dependent lychni laquearibus aureis. Plautus: Lucernam emunge parumper, ut videat anus ubi pedes ponat. Lychni pensiles, lucernæ erant multis lucentes myxis quæ ex laquearibus suspensæ, totum illustrabant triclinium. ¶ Hinc ellychnium, ἐλλύχνιον, dicitur funiculus, qui lucernis adhibetur, ut affuso oleo flammam nutriat.

Lychnobĭi, [λυχνόβιοι. Vngar. *Eyeli vilagnal vigiazók.*] Dicti sunt, qui loco dierum noctibus utuntur, & ad lucernas vivunt, quasi lucernarii. Apparetque proverbii joco dictos, qui lucernarum vitam ducerēt, ut torqueri possit vel in nocturnū potorem, vel hominem supra modum studiosum, qui (quemadmodum dictum de Demosthene) plus absumat olei quàm vini: vel in sordidum & parcum, quasi de lucernario oleo victitantem. Senec. ult. epist. Nil consumebat, nisi noctem. Itaque crebro dicentibus illum quibusdam avarum & sordidum, Vos, inquit, & lychnobium dicetis.

Lychnūchus, m. f. [מנורה *menorah.* λυχνοῦχος. Gall. *Vn chandelier, ou qui soustient la lampe, qui tient la chandelle ou autre lumiere.* Ital. *Lucerniere.* Ger. Ein Liechtstock/alles das/darauff ein Liecht stehet/ ein Liechtrager der dasselbet. Hispan. *Donde se pone el candil.* Pol. *Lichtarz albo to czokolwiek swiecę trzyma.* Vngar. *Giertya tartók anagy, gertya schoetnek hordozó emberek.* Ang. *A candlestick.*] Græcè nominatur quicquid lucernas sustinet, sive id sit candelabri genus, sive homo quispiam lucernam gestans. Plin. lib. 34. cap. 3: Placuēre & lychnuchi pensiles in delubris, aut arborum modo mala ferentium lucentes.

Lychnūchi, pro hominibus qui lucernas portabant, quique ab elephantis gestabantur. Sueton. in Cæs. dicta, cap. 37: Ascenditque capitolium ad lumina quadraginta elephantis dextra atque sinistra lychnuchos gestantibus.

Lўcium, λύκιον, Dioscoridi spinæ genus, folia habens buxeis similia: unde & pyxacantham appellarunt. Virgas habet tricubitales, quibus cum radicibus tusis, succoque expresso, fit medicamentum, quod & ipsum Lycium appellant. Nascitur hæc spina copiosissimè in Lycia Asiæ regione, teste Dioscoride: unde & nomen videtur accepisse. Plinius libro 24. cap. 14: Lycium præstantius è spina fieri tradunt, quam & pyxacanthon Chironiam appellant.

Lўcium, cii, n. g. Medicamentum ex radice rhami sylvestris factum. Plin. lib. 24. cap. 12: Hac radice decocta in aqua fit medicamentum, quod vocant Lycium.

Lўcoctŏnon, λυκοκτόνον, Aconiti genus, ita dictum, quòd eo in crudæ carnis offis occultato lupos necent venatores. Vide Dioscor. lib. 4. cap. 66.

Lўcophthalmos, λυκόφθαλμος, Gemma est quatuor colorum ex rutilo & sanguineo: in medio nigrum candido cingitur, ut luporum oculi, illis per omnia similis, Plin. lib. 37. ca. 11.

Lўcopsis, λύκοψις, Anchusæ species, longioribus quàm lactucæ foliis, crassioribusque, caule longo, hirsutoque. Vide Plin. lib. 27. cap. 11. Galli *Linguam caninam* appellant.

Lўcos, [λύκος. Vngar. *Apro pók.*] Minimum aranei genus à rapacitate dictum. Plinius libro 30. cap. 6: Araneus & maximè qui lycos vocatur, dolenti medetur lieni. Idem alibi lupum appellat, ut lib. 11. cap. 24: Luporū nomine minimi nō texunt.

Lўdĭus lapis, Coticula est, cujus attritu aurum proditur cujusmodi sit: alio nomine Heraclius lapis vocatus, teste Theophrasto de Nat. lapidum. [βάσανος. German. Ein Goldstein/ damit man das Gold probiert.] Latini etiam indicem appellant: in quem Batus ille pastor apud Ovidium transfiguratus fingitur, manente nimirum etiamnum prodendi studio. De hoc meminit Plinius libro 33. capite 8, his quidem verbis: Auri, argentique mentionem comitatur lapis, quem Coticulam appellant, quondam non solitus inveniri, nisi in flumine Tmolo, ut autor est Theophrastus: nunc verò passim, quem alii Heraclium, alii Lydium vocant. In coticulis periti quum è vena, ut lima rapuerint experimentum, protinùs dicunt quantum auri sit in ea, quantum argenti, vel æris, scrupulari differentia, mirabili ratione non fallente. ¶ Vicem autem proverbii habet in eos, qui vehementer acri, exactoque judicio sunt, ut lapides Lydii, λίθοι ἠρακλεῖαι, ἢ λίθοι λυδοὶ vocentur.

Lўgæus, a, um, Latinè tenebricosus, Inde Homer. Lygæam noctem vocat.

Lўgos, seu, Lygus, λύγος, Frutex est ad justæ penè arboris magnitudinem excrescens, in asperis nascens locis, & ferè in fluminum ripis, ramos habens longos, folia olivæ, sed molliora. ¶ Duo ejus sunt genera, unum flore partim albo, partim purpureo: alterum flore purpureo tantùm, & semine piperi non dissimili. Ratio nominis ducta est à ramorum flexibilitate. Nam λύγος, à Græcis dicitur vimen. Ob quam etiam rationem à Latinis Vitex dicitur. Officinæ vocant *Agnum castum.*

Lўmphă, f. p. [מים *maim.* ὕδωρ. Gall. *Eau.* Ital. *Acqua.* Ger. Wasser. Hisp. *Agua.* Pol. *Woda.* Vngar. *Víz.* Ang. *Water.*] A nostris *aqua* per mutationem n in l, quasi Nympha. Nam Græcè dicitur νύμφη. Col. lib. 10: Doctaq; Parthenope Sebethide roscida lympha. Virg. 4. Aen. Dic corpus properet fluviali spargere lympha. Horat. Epod. 16: -montibus altis Levis crepitante lympha desilit pede. Virg. 9. Aen. -hausit de gurgite lymphas. Restinguere pocula lympha, Horat. 1. Serm. Satyr. 5.

Lўmphātĭci, m. f. Furiosi, insanientes, quasi Nympharum conspectu in furorē versi. [משׁגעים *meschugghahim.* νυμφόληπτοι. Gall. *Forcenez, troublez d'esprit par quelque vision.* Ital. *Matti, pazzi, stolti, furiosi.* Germ. Vnsinnig/verschreckt. Hisp. *Locos, rauiosos.* Pol. *Zawroczona glowe maiacy, szaleny.* Vng. *Fonas, bolondos, nem tellies eszu, baudi.* Ang. *Which ar mad or out of wit by seing some thing in the water.*] Nam creditum est ab antiquis, ut inquit Festus, qui in fonte speciem quandam: id est, imaginem nymphæ vidisset, furore corripi, quos Græci νυμφολήπτους, Latini Lymphaticos vocant. Plin. lib. 25. cap. 5, de Elleboro albo: Medetur itaq; morbis comitialibus, vertigini, melancholicis, insanientibus, lymphaticis. Plin. lib. 26. cap. 8: Semen ejus potum lymphatica somnia facere dicitur. Liv. 10. ab Vrb. Ita victorem equitatum velut lymphaticus pavor dissipat. Tales sunt ferè ii, qui cerriti & larvati dicuntur: quasi Cereris ira, aut larvarū occursatione vexati. Plautus: Larvatus certè es, aut ceritus. Et alibi: Iube hanc pro certa circumferri. Lymphatici nummi apud Plautum, Vide verbum CONSISTO.

Lўmpho, as, act. p. In furorem ago. [שׁגע *schigghehah.* ἐκμαίνω. Gall. *Mettre hors du sens.* Ital. *Infuriare.* German. Vnsinnig oder verschreckt machen / verwirren. Hispan. *Rauiar, y hazer rauiar à otro.* Polon. *Szalonim czinie.* Vng. *Meg bolonditom.* Ang. *To make mad.*] Valer. 3. Argonaut. Rupta quies: Deus ancipitem lymphaverat urbem. Id est, turbarat, & in belli furorem verterat. Ejus passivo usus est Plin. lib. 34. cap. 17: Hac herba epota lymphati homines. ¶ Aliquando etiam legitur Lymphor deponens, teste Prisciano: ut apud Curtium: Quippe lymphati, trepidare cœperunt, omnia pectora occulto metu percutiente. Nisi fortè ibi malimus legere lymphati.

Lўmphātus, ta, tum, Furiosus, insanus, furore correptus. [משׁגע *meschugghah.* νυμφόληπτος, φρενήρης. Gall. *Forcené troublé de son sens pour quelque vision.* Ital. *Insano, furioso, pazzo.* German. Vnsinnig. Hispan. *Rauioso.* Polon. *Szaloni, zawroczonego glowe.* Vngar. *Bolond funes, hauas.* Ang. *Mad, furious.*] Horat. lib. 1. Carm. Mentemq; lymphatam Mareotico Redegit in veros timores. Virg. 4. Aen. Immensam sine more furit lymphata per urbem: id est, mente commota, furiata. Plin. lib. 30. cap. 10: Rursus magi tradūt lymphatos sanguinis talpæ aspersu resipiscere. Metu lymphato trepidare, Luc. li. 7. Pectora lymphata, Ovid. 11. Metamorph.

Lўmphātĭo, onis, f. t. [שׁגעון *schigghahon.* νυμφοληψία, φρενοβλάβεια. Gall. *Troublement d'esprit, forcenerie.* Ital. *Pazzia, furia.* Ger. Wütung. Hispan. *Apassionadura de rauiar.* Polon. *Szalenistwo.* Vngar. *Bolondság.* Ang. *Rage, madnesse.*] Plinius libro 35. cap. 15: Et præfixisse in limine è sepulchro evulsos clavos, adversus nocturnas lymphationes.

Lyncurĭum, λυγκούριον, Gemma est coloris subflavi, quam vetustas credidit ex lyncis urina concrescere: unde & nomen videtur accepisse: in qua etiam sententia fuit Plin. lib. 8. cap. 38. Item Ovid. 15. Metam. ubi sic habet: E quibus (ut memorant) quicquid vesica remisit, Vertitur in lapides, & congelat aëre tacto. Recentiores tamen afferunt lyncis urinam non concrescere: quod etiam superioribus annis compertum est, lyncibus aliquot ex Africa in Galliam advectis.

Lynx, masculini vel fœminini generis, genitivo lyncis. [λύγξ. Gall. *Lynx, une espece de cerf de diuerses couleurs, & ayant le cuir tacheté & de veue fort ague.* Ital. *Lupo ceruiero.* German. Ein Luchs/ ist ein fleckechtig Thier/das oberaus ein scharpff gesicht. Hispan. *Lobo cerual, animal de aguda vista.* Pol. *Rys.* Vngar. *Hiuz (aniz) Hiuz.* Ang. *A beast sharpe of sight called linx.*] Animal est ex luporum cervariorum genere, vario colore, & maculoso tergore, acutissimoq; visu. Plin. lib. 28. cap. 8: Peregrinæ sunt & lynces, quæ clarissimè omnium quadrupedum cernunt. Horat. 2. Carm. Timidos agitare lynces. Virg. 1. Aen. -maculosæ tegmine lyncis. Hujus urina in calculi duritiem verti olim credebatur, & in lapidem eum concrescere, quem ob id lyncurium appellant. Quod tamen falsum esse nuper compertum est, lyncibus aliquot ex Africa in Galliam advectis.

Lyncēus, a, um, adject. penult. corr. Quod est Lyncis, vel quod lyncis habet naturam. λύγκειος. Horat. 1. Sermon. Satyr. 2: -ne corporis optima lynceis Contemplere oculis. Est enim prius hemistichium versus dactylici finis: nisi per synæresim malis duas syllabas in unam contrahi. ¶ Homo lynceus: id est, vehementer perspicax, quem non facilè quis fefellerit. Cic. ad Varr. lib. 9. Epistol. Quis est tam linceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat?

Lynostrophon, Vide Linostrophon.
Lynter, Vide Linter.
Lyparis, Vide Liparis.
Lypote, Vide Lipote.

Lyrā, f. p. [λύρα, χέλυς. Gall. Vne harpe. Ital. Lira. Ger. Ein Leyren. Hisp. Cierto instrumento musico de cuerdas, como guitarra. Pol. Harfa. Vng. Hegedu', lant. Ang. An harpe.] Instrumentum musicū in quo quot sunt fides, tot resonant voces. Lyra dicta, quasi λύσις, propterea quòd Apollini à Mercurio (qui eam primus creditur invenisse) pro boum compensatione fuerit data: quū antè chelys diceretur. Formam habet (ut inquit Plin. lib. 9. cap. 10.) testudinis. Horat. 1. Carm. Ode 10: Te canam magni Iovis, & deorum Nunnum, curvęq; lyrę parentem. Ovid. 11. Metam. Distinctamque lyram geminis, & dentibus Indis Sustinet à lęva. Idem 10. Metam. Te lyra pulla manu te carmina nostra sonabunt. ¶ Lyra etiam signum cœleste est. Varro libr. 2. de Re rust. cap. 5: Hoc secundum astri exortum facito, quod Græci vocant Lyram, Fidem nostri. Lyra occidit quarto Nonas Februarii, vel certè Calendis Februariis, idq; noctu, teste Higino, quando occidūt terga Leonis. Ovid. 5. Fast. Illa nocte aliquis tollens ad sydera vultū Dicet, ubi est hodie, q̄ Lyra fulsit heri? Qui poeticam Astrologiam scripserūt, volunt hanc lyrā esse à Mercurio primùm inventam in Cyllene Arcadiæ monte, & ab eo Apollini donatam. Apollinem aūt, inventa cithara Orpheo lyram concessisse: mortuo autem Orpheo, à musis in cœlo fuisse collocatam. Alii dicunt esse lyram Arionis citharœdi, qui floruit tempore Periandri Corinthiorum tyranni, & primus fuit omnium citharistarum.

Lȳrĭcūs, ca, cum, adject. Quod ad Lyram pertinet. [λυρικός. Vng. Lanthoc valo.] Hinc Poëtæ Lyrici dicti, quòd ad Lyram sua carmina cantabant, statuebaturq; eis chorus quinquaginta virorum, ac tauro donabantur. Horat. 1. Carm. Ode 1: Quòd si me lyricis vatibus inseris, Sublimi feriam sidera vertice. Modi lyrici. Ovid. Epist. 20: -quum lyricis sim magis apta modis.

Lȳrĭcē, orum, n. s. Pro carminibus lyricis. Plinius Iunio, libro 1. Epistol. 5: Scribit enim & utraque lingua lyrica doctissima.

Lȳrĭcēn, nis, pen. cor. m. t. Qui lyra canit, cujus significationis est etiam lyristes. [λυρῳδός. Gall. Iouueur de harpe. Ital. Sonatore de lira. Ger. Ein Leyrer. Hisp. Tanedor de aquel instrumento. Polon. Gedek. Vngar. Hegedus, lautes. Ang. An harper.] Plinius Iunior ad Genitorem: Quàm multi, quum lector, aut lyristes, aut comœdus inductus est, calceos ponunt?

Lyron, Alysma apud Diosc. lib. 3. cap. 170.

Lysimachia. Plinio, Λυσιμάχειον Dioscoridi, Herba est, quæ vulgò Salicaria dicitur, sive quòd folia habeat salicis, sive quòd subter salices nascatur. Dicta Lysimachia, sive ab inventore Lysimacho, sive παρὰ τὸ λύειν τὴν μάχην. Refert enim Plin. tantam huic herbæ componendorum dissidiorum vim inesse, ut discordantibus etiā jumentis jugo imposita, asperitatē eorum colubeat. ¶ Hujus varię sunt species. 1. Lysimachia lutea, sive flore luteo. [Polon. Tojeść wielki, item Bursztynowiec.] 2. Lysimachium flore purpureo. [Polon. Wilcy ogon, item Merkurya.] 3. Lysimachy genus, secundum quosdam, dicitur herba quæ Antony vocatur, & filius ante patrem. [Polon. Polne gwiazdki.]

Lȳsis, hujus lysis, & lysios, λύσις: Id est, solutio, à λύω, solvo. Cic. 3. Tusc. Ex quo ipsam ægritudinem & λύσιν Chrysippus, quasi solutionem totius hominis appellatam putat. ¶ Lysis in architectura, hiatus est januarum: id est, solutio continui parietis. Vitruvius lib. 6. cap. 10.

Lyrrā, λύσσα, Genus vermiculi, qui nascitur in lingua canum. [German. Ein würmlein so den jungen hunden vnder der zungen wachst/ Taubwurm. Polon. Robak ktory pod język psom wpada, który wyrzynay vmal odtąd psom, ingdy się narzyjeka. Vngar. Eb nyelvben termö ferog. Ang. A worme in a dogges tunge which maketh him mad if he be not taken out.] Hic si infantibus catulis eximitur, nec rabidi fiunt, nec fastidium sentiunt. Plin. lib. 29. cap. 5.

M

LITERA una est ex iis quas Græci Grammatici ἡμίφωνα ἄτρεπτα, & ἀμετάβολα: hoc est, semivocales simplices, & immutabiles, Latini Liquidas appellant. In compositione & derivatione migrat in n, sequēte d vel t, vel c, vel q: ut Tantū, tantundē; Idem, identidem, Eorum eorundem, Num, nuncubi, nunquis, nunquā. Sic circunquaq; tanquam, nanque, quenque, quanque, quicunque. Similiter Am præpositio sequentibus f, vel c, vel q, mutat m, in n, ut anfractus, &c. Vide in dictione Anfractus. M. in interiori ejus parte sonum colligit, compressis labris, concluso oreque: mox postea mugitu quodā non sine molestia extrudit. Ejus possimùm infelicitas apparet, quum claudit dictiones: quod quum Latina lingua nimis quàm sæpè patiatur, habetur & ipsa infelicior. Græca quum in nulla dictione id ferat, hoc etiam nomine censetur beatior. Hujus elementi mugientem sonum fugientes Poëtæ Latini, curant id elidendum in carmine, sequente vocali. Ejus soni tamen major & minor obscuritas deprehenditur à loci situ: augetur & his modis, idemque minuitur, quibus & aliæ mutæ, ut suprà dictum est. ¶ M. In notis antiquorum, Marcus, vel Mutius, vel Martius, vel monumentum, vel mulier, vel miles, vel meum, vel meam, mihi, molestus, modò, mors, munus. M.A. Macrvius. M.A.G. magistratus. M. A.G. militis ager. M.A.G.E.Q. magister equitum, M.A.G.M.I.L. magister militum. M.A.L major. M. AE.M. Marcus Aemilius. M.A.T.P.F.F.C. E.T.H.S.P.Q. mater piissima fecit, & hi, suis, posterisq; eorum. M.A.R.I.T. Maritus. M.A.V.R. Marcus Aurelius. M.A.X. Maximus. M.B. Mulier bona. M.C. Mancipio. M. C. Marcus Cicero, vel Marcus Censor, vel monumentum condidit, vel consistit, vel cōsecravit. M.C.F. mortis causa fecit, vel fuit. M.C.M. mortis causa manumissus. M.C.V. manu consertum vocavit. M. C.S. Marcus Cæs. M.D.O. mihi dare oportet. In numeris mille significat, quod mala scribendi consuetudine inductum est. Nam cùm his notis CIↃ. apud veteres mille significarentur, errore quodam ex tribus istis notis M factum est.

Mācēllum, li, n. s. Locus Romæ, quo venalia omnia quæ ad victum humanum pertinebant, contrahebantur. [ἰχθυοπώλιον. Gall. Boucherie, marché. Ital. Piazza, mercato. German. Ein speismarckt/ an dem man allerley essige spesy/ als fleisch/ eyer/ käs/ vc feil hat/ Ein Metzg. Hispan. Carnicaria, ò pescaderia. Polon. Rzeźnik gdzie przedaią wszelakie pokarmi, item mięsne carki. Vngar. Mészszék, piacz. Ang. The shambles or place where flesh is sold.] Plaut. in Aul. Venio ad Macellum, rogito pisces: indicant caros: agnum caram, cara omnia. Cicero 2. de Divinat. Si Epicuri de voluptate liber corrosus esset, putarem annonam in macello carriorem fore. Dictum Macellum, teste Varrone & Festo, à Macello quodam homine improbissimo, qui in urbe latrocinia exercebat, quo damnato, Censores Aemylius & Folvius statuerunt, ut in domo ejus obsonia venderentur, redactum ærarium ejus bonis. Alii Macellum dictum putant, quòd ibi fuerit hortus, quem macellū à Lacedæmoniis appellatum ferunt. Et Iones ostia hortorum Macella vocabant, ut ait Varro lib. 4. De Ling. Lat. Donatus à mactandis pecoribus deriv.

Mācēllārĭŭs, rii, m. s. dicitur venditor eorum quæ ad victum pertinent: non solùm carnium, sed omnium obsoniorum: quinetiam panis & frumenti venditor: nam hæc omnia in macello venundabantur. [ὀψοπώλης. Gall. Vendeur de toute viandes. Ital. Venditore d'ogni vivanda. German. Ein Speiser kauffer. Hispan. El carnicero ò el que vende pescado y otra cosa. Polon. Pokarmu przedawca. Vngar. Ele del arulo kofar. Ang. A seller of all manner of victuailles.] Varro libro tertio, capite quarto: Duo sunt ornithonis genera: unum delectationis causa, ut Varro hic fecit noster sub casino: quod amatores invenit multos: alterum fructus causa, quo genere macellarii, & in urbe quidem habent loca clausa, & rure maximè conducta, in Sabinis, quod ibi propter agri naturam frequentes apparent turdi. Suetonius in Cæsar. Ea quæ ad epulum pertinebant, quamvis macellariis oblocata etiam domesticum apparabat.

Mācēllārĭŭs, deductum nomen à macello, ut Macellaria taberna. [ὀψοπωλικὴ ἐργαστήριον, ὀψοπωλεῖον. Vng. Mekarsyki, pokrv.] Valerius Maximus lib. 3. cap. 4.

Mācēr, cra, um, Exilis, extenuatus, gracilis, macilentus. [רזה, רזון, ἰσχνός, λεπτός. Gall. Maigre. Ital. & Hispan. Magro. German. & Belg. Mager/ dün. Polon. Chudy, mizerny. Vngar. Sovany. Ang. Leane.] Virgil. 3. Aeglog. Heu heu quàm pingui macer est mihi taurus in ævo? Columel. libro 2. capite 9. Nam vel pinguissima vel macerrima humo jaciatur. Sipontinus à Græco μακρός, deduci putat. Illi enim μακρὰ longa dicunt: quæ autem tenuia sunt, longiora videntur. ¶ MACER, μακρός, est etiam poëtæ proprium, qui de herbarum viribus scripsit.

Mācēllŭs, a, um, diminutivum à macer pro macilento. [Vng. Schoverdoke.] Lucil. lib. 6: Si nosti, nō magnus homo est, nalatus, macellus. Nonius. ¶ Fuit præterea Macellus hominis improbissimi, & seditiosi nomen, quo capitis damnato, redactisque in æratium ejus bonis, ædes etiam ejus diruta sunt, earq; in area